cui, b inest, a in aliquo b esse, at sumptum est a nu
... r b: efficitur igitur prima figura. Eadem e rati
q... sit conclusio: sed effectum sit modò, a in quom
nitur enim a in omni b: iam verò positum est a n
in omni b: hac enim via efficitur prima figura. R...
probatum sit in tertia figura, a in omni b inesse, ...

...m sumptum
incommodu...
... sit in aliq...
...umptum est
...ns ex fictio...
c in nullo a.
...to non sit p...
sumptum est
. Perspicuũ e...
...ma, tum p...
tum per incommodum concludi posse. Eadem quo
bit, vbi ratiocinationes recta probantes fuerint, ea
conuertere, in his quæ sumpta fuerint extrema, d...
propositio in conclusione sumatur: efficiuntur enim
mi atque sunt, qui per conuersionem fiunt, vnde &
ras ipsas habemus, per quas vnaquæque quæstio co...
stat igitur omnem quæstionem vtraque via prob...
commodum, tum recto ductu, nec posse alteram vn
iungi.

De ratione concludendi ex contri...
Cap. XI.

Perspicietur autem hac via, in quanam figu... ex
contrarijs concludere liceat, in qua non liceat. Cõar...
nuntiata in voce quatuor esse dico, nempe omne ... lli
omne, aliquod nullum, aliquod non aliquod: reue... tri...
contraria, nam quoddam, & non quoddam ve m...
Ex his autem aduers...

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΟΛΙΤΙΚΩΝ ΤΑ διεσπόμενα.

ARISTOTELIS POLITICA,

A

PETRO RAMO REGIO PROFESSORE LATINA FACTA, ET Dialecticis rerum summis breuiter exposita & illustrata.

Cum Indice rerum & verborum memorabilium locupletiss.

FRANCOFVRTI
Typis Wechelianis apud Claudium Marnium & heredes Io. Aubrij.

M. DCI.

Cum S. Cæs. Maiest. priuilegio ad decennium.



Typographus Lectori benigno S. P. D.



AMETSI quis non minus Gręcę quam Latinæ vernaculæque linguæ peritus sit: quin tamen maiore cum fructu Græca lecturus & intellecturus sit, si interpretationem Latinam habeat è regione adiunctam, mihi quidem certe dubiũ non est. Etenim cũ lingua quælibet suas habeat proprietates, necesse est, vt, si quid ego videre possim, vna declaret interdum illustretque aliam: idque tanto magis, quanto interpres quisque linguæ illius, quam in aliam transfert, & doctior, & peritior est. Quod cum ita sit, equidem non vereor, ne tibi interpretatio librorum Aristotelis, politicorum per Petrum Ramũ Professorem Eloquentiæ in Academia Parisina quondam regium exarata, & post mortem inter lucubrationes eiusdem reperta, mihiq; per fautorem quendam singularem commu-

nicata, diſplicitura ſit: quod vir ille linguæ non minus Græcæ quàm Latinæ peritiſſimus eſſe per viros bonos omnes iudicatus ſit. Tu igitur laborem hunc illius animo beneuolo amplecteris, mihique ſtudia tua Græca promouere cupienti, emolumentumq; meum priuatum minime quærenti fauebis. Vale. Dat. Francofurti ad Mœnum anni 1600. die Marti vndeuigeſimo.

Summa primi huius libri.

PRIMO hoc libro traduntur caussæ & elemēta ciuitatis politicæq; disciplinæ in vico seu pago, & familia siue œconomia ac domestica societate triplici, herili, coniugali, paterna. Itaque hic liber primus totus est de œconomia rectaque dispensandi ratione in partes quatuor distributus. Prima parte duobus primis capitibus ciuilis societatis definitionem constituit Arist. vt sit præstantißima societas præstantißimi boni caussa constituta. Vt enim percipiatur quomodo sit præstantißima societas, societates (quæ sunt partes ciuitatis) definiuntur, vicus, dominium, & connubium, vt ex earum collatione præstantia ciuitatis concludatur. Deinde disputat quomodo ciuitas sit secundum naturam hominis ad humanam beatitudinem constituta. Sic Plato 2. leg. Omnes mortales amant bona, oderunt mala. Itaque hac prima parte concludit Arist. ciuitatem esse perfectam & omnibus rebus ad viuendum necessariis affluentem societatem. Qua definitione posita, si potuisset Arist. vti & assumere, at in hac mortali vita societas eiusmodi nulla est (nec enim malis detra-

ctis omnibus locus est in terris vllus bonis omnibus expletus) tum concluderet, hic igitur ciuitas nostra non est, vt in somnio testatur Tullius; alibi itaque nobis inquirenda: peruenisset profecto quo vera philosophia perducere eum debuisset. At Arist. ciuitatis veram definitionem vidit, exemplum verum non vidit. verumenimuero Resp. hic bonum publicum non significat, sed publici ciuilisque boni ordinationem ciuiumque ipsorum institutionem & vitam, vt 4. lib. loquitur. & lib. 3. c. 4. πολιτείαν καὶ πολίτευμα, *id est, rempub. & reip. administrationem idem significare affirmat.*

ARI-



ΑΡΙΣΤΟΤΕ'ΛΟΥΣ ΠΟΛΙΤΙΚῶΝ ΤΟ Α.

ARISTOTELIS POLITICΩN, LIBER I.

De Ciuitate.

Ἐπειδὴ [1] πᾶσαν πόλιν ὁρῶμεν κοινωνίαν τινὰ οὖσαν, [2] καὶ πᾶσαν κοινωνίαν ἀγαθοῦ τινος ἕνεκεν συνεστηκυῖαν· [3] τοῦ γὰρ εἶναι δοκοῦντος ἀγαθοῦ χάριν πάντα πράττουσι πάντες· [4] δῆλον ὡς πᾶσαι μὲν ἀγαθοῦ τινος στοχάζονται· μάλιστα δὲ, καὶ τοῦ κυριωτάτου πάντων, ἡ πασῶν κυριωτάτη, καὶ πάσας περιέχουσα τὰς ἄλλας· αὕτη δ' ἐστὶν ἡ καλουμένη πόλις, καὶ ἡ κοινωνία ἡ πολιτική.

5 ὅσοι μὲν οὖν οἴονται πολιτικὸν, καὶ βασιλικὸν, καὶ οἰκονομικὸν, καὶ δεσποτικὸν εἶναι τὸν

CVM [1] omnem ciuitatē societatem quandam contineri videamus, [2] omnemq; societatem boni cuiusdam gratia constitui (ad [3] id enim quod bonum videatur vniuersi suas actiones vniuersas referunt) [4] certe cum omnis societas bonū aliquod, tum vel imprimis ea quæ est omnium princeps ac summa quæque cęteras omnes alias vna complexa est, primum summumque bonum tanquam scopum sibi propositum spectat & intuetur: Hęc autem societas ea est, quę ciuitas ciuilisque communitas appellatur.

5 Quicumque vero censent vnum & eundē esse politicum regalemq; virū, itemq; patrēfamilias & dominum, hi non

Plato 494.

1 Cōstituit initio finem ciuitatis esse beatitudinem, id est, summū & primum bonum: deinde ciuitatē esse societatem præstantissimā: vnde colligi potest hæc definitio ciuitatis: ciuitas est societas præstantissima, præstātissimi boni constituta: duo capita definitionis huius paulo post explicabuntur. Demonstratio vero est hæc eius societas est boni alicuius gratia constituta. Omnis ciuitas est societas: quare omnis ciuitas est boni alicuius gratia constituta. Assumptio præcedit.

2 Propositio syllogismi. *3 Prosyllogismus propositionis.* *4 Complexio syllogismi cum eiusdem prosyllogismo seu approbatione à minoribus, vbi concludit ciuilem hanc societatem summum bonum expetere.*

5 Hoc à Platone docetur in regno, quia vna est beatæ vitæ via quam societas omnis se-

hi non recte sentiunt: multitudine enim & paucitate nō specie vnumquemq; horum differre iudicant, veluti si paucis imperet dominus, si vero multis paterfamilias, si etiam pluribus, politicus vir aut regius esse videatur: quasi vero inter amplam familiam & angustam ciuitatem, interque politicum regalemq; virū nihil intersit, quoniam quidem cum imperat, regius, cum vero ex politicæ scientiæ præscripto & formula vicissim imperat ac paret, is politicus habeatur. At hæc vera non sunt, idque planum erit iis, qui rem ipsam, ex disputationis huius & doctrinæ progressu considerabunt.

6 Etenim quemadmodū cæteris in reb. vt totū quod compositum & ex pluribus effectum est, via & ordine exponatur, vsque ad simplicia & extrema necessario diuiditur. hæ siquidem minutissimæ sunt partes vniuersi: sic etiam si ea, ex quibus ciuitas constat & effecta est, intueri volumus, clarius sane & acutius cernem⁹, & quod inter se

αὐτῷ, οὐ καλῶς λέγουσι· πλήθει γὰρ καὶ ὀλιγότητι νομίζουσι διαφέρειν, ἀλλ' οὐκ εἴδει, τούτων ἕκαστον· οἷον ἂν μὲν ὀλίγων, δεσπότην· ἂν δὲ πλειόνων, οἰκονόμον· ἂν δ' ἔτι πλειόνων, πολιτικὸν, ἢ βασιλικόν· ὡς οὐδὲν διαφέρουσαν μεγάλην οἰκίαν, ἢ μικρὰν πόλιν· καὶ πολιτικὸν δὲ καὶ βασιλικὸν, ὅταν μὲν αὐτὸς ἐφεστήκῃ, βασιλικόν· ὅταν δὲ κατὰ λόγους τῆς ἐπιστήμης τῆς τοιαύτης, κατὰ μέρος ἄρχων καὶ ἀρχόμενος, πολιτικόν. ταῦτα δ' οὐκ ἔστιν ἀληθῆ. δῆλον δ' ἔσται τὸ λεγόμενον ἐπισκοποῦσι κατὰ τὴν ὑφηγημένην μέθοδον. [6] ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ σύνθετον μέχρι τῶν ἀσυνθέτων ἀνάγκη διαιρεῖν· ταῦτα γὰρ ἐλάχιστα μόρια τοῦ παντός· οὕτω καὶ πόλιν ἐξ ὧν σύγκειται σκοποῦντες, ὀψόμεθα καὶ περὶ τούτων μᾶλλον,

qui debet, vt Aristoteles ipse 7. lib. docebit: quæstio hæc extra ordinē arripitur, neq; hic neq; postea numero huius 24. 41. bene refellitur. Plato & Aristoteles Græce vocant, πολιτικὸν, βασιλικὸν, οἰκονόμον, δεσποτικὸν, qui scientiam habet politici, regii, familiaris, herilis imperii: de quibus postea idem de philosophia fol. 17.

Itaque variis nominibus, πολιτικὸς, βασιλικὸς, οἰκονόμος, δεσποτικὸς, id est ciuilis, regalis, œconomus, herilis, vel potius peritus regēdæ ciuitatis, regni, familiæ, domini. moralis vero philosophiæ doctor & exercitator vocatur à Platone in regno: quia hi omnes & ciuilis, & regalis, & paterfamilias, & domini, veluti magistri in recta gubernatione ciuiū, liberorū, seruorum eandem ethicam disciplinam propositam, eandemque beatitudinem habeāt, tantumq; discipulorum numero non magisterio differant. Eadem sententia Platonis in dialogo de philosophia apertior & explicatior est: Aristoteles postea rursus attinget: quæ licet in Platone in vniuersum vera sint ad exercendam tamen ciuilem disciplinam alia quædā in regno, alia in Aristocratia, aliuq; rebusp. via quadam est, & species reip. diuersæ nominantur, regnum, Aristocratia, Democratia, politia: quod Arist intelligit hoc loco. & duobus locis sequentibus. Hæc quæstio expositis generibus rerump. melius dicetur.

6 Ratio hæc ex dialecticæ methodi regula sumitur, quia totum & vniuersale præcedit

μᾶλλον, τί τε διαφέρουσιν ἀλλήλων, καὶ εἴ τι τεχνικὸν ἐνδέχεται λαβεῖν περὶ ἕκαστον τῶν ῥηθέντων. Εἰ δή τις ἐξ ἀρχῆς τὰ πράγματα φυόμενα βλέψειεν ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐν τούτοις, κάλλιστ' ἂν οὕτω θεωρήσειεν. 7 ἀνάγκη δὴ πρῶτον συνδυάζεσθαι τοὺς ἄνευ ἀλλήλων μὴ δυναμένους εἶναι· οἷον θῆλυ μὲν καὶ ἄρρεν τῆς γενέσεως ἕνεκεν καὶ τοῦτο οὐκ ἐκ προαιρέσεως, ἀλλ' ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις καὶ φυτοῖς φυσικὸν τὸ ἐφίεσθαι, οἷον αὐτό, τοιοῦτον καταλιπεῖν ἕτερον· 8 ἄρχον δὲ φύσει καὶ ἀρχόμενον, διὰ τὴν σωτηρίαν· τὸ μὲν γὰρ δυνάμενον τῇ διανοίᾳ προορᾶν, ἄρχον φύσει, καὶ δεσπόζον φύσει· τὸ δὲ δυνάμενον τῷ σώματι ταῦτα ποιεῖν, ἀρχόμενον, καὶ φύσει δοῦλον. διὸ δεσπότῃ καὶ δούλῳ ταὐτὸ συμφέρει. 9 φύσει μὲν οὖν

differant & an aliqua tãdem arte atque doctrina singulæ tradi separatim & instituí possint. Quare si quis ab initio vt quidq; oriatur & existat, inspexerit, vt in cæteris, sic in his etiã reb. pulcherrimum cõsiderationis & contemplationis genus adhibebit.

7 Principio igitur sociãtur & coniunguntur hi necessario, qui societate mutua & coniunctione carere nõ possunt, vt procreandæ sobolis gratia mas & fœmina: neq; id consilio tamen animiue iudicio, sed velut in reliquis animantibus ac stirpib. naturali quodam desiderio & appetitu, quale vnumquodque est, aliquid alterum tale relinquendi. 8 Sic itẽ & qui imperat & qui paret salutis gratia copulatur. Naturali enim iure meritoq; fit, vt qui prouida mente sagaciq; fuerit, is imperet atq; dominetur, qui autem corporis viribus & lacertis hæc ipsa obire possit, is contra subiiciatur & seruiat. Itaque domino & seruo res eadem conducit. 9 Ac natura quidem à seruo fœminam

re debet, partes singulares seq. hic tamen ordo nõn hic ab Aristotele turbatur, quia primũ definitur ciuitas & connubiũ & dominiũ & familia & vicus: deinde ὕστερον πρότερον tractantur ciuitas, dominium, res familiaris, connubium cõmodius item esset à toto ad partes.

Hic nota quedã est dialecticæ methodi vt res vniuersæ partibus diuisis & deductis aperiantur: hic deinceps ad explicandã ciuitatẽ, connubiũ, dominiũ, familia, vicus, quia ciuitatis sunt partes, definiũtur.

7 Connubiũ definitur ex suo fine, qualis est apud Virg. Et pulchra faciat te prole parentem. De connubio rursum nu. 30.

8 Societas Domini & serui circumstantiis suis definitur, de qua infra rursus amplius.

9 Distinguit in duabus antecedentib. societatibus virum à Domino fœminam à seruo. Naturæ ratio hic infirma est, vt patet de manu, cuius tam multiplex est vsus: & eadẽ definitio viro conuenit, quod postea magis patebit.

δελφικὴν non legitur in quibusdam Græcis exemplaribus. Sic tamen vetustiores typi est

fœminam distinxit, neque enim tale quicquam natura facit, qualem fabri per inopiam Delphicum gladiũ fabricãtur, sed singulis instrumentis singulares vsus attribuit: sic enim præclare vnumquodq; instrumentum, suum munus exequetur, si non variis operibus sed vni duntaxat accõmodetur. Apud 10 Barbaros autem fœmina & seruus eiusdem ordinis locique sunt, quoniam apud eos qui iure naturæ imperet, nullus est, sed ex serua & seruo omnis eorum communio constituitur. Quare hoc canunt poetæ.

11 Barbaris Græcos decet imperare.

Tãquam natura sit vnum & idem barbarum esse atq; seruum.

12 Ex his autem duabus societatib. prima simplexq; familia extitit, recteq; Hesiodus in illo poemate.

13 Tum domus & coniunx tum bos habeatur arator.

διώρισαι τὸ θῆλυ, καὶ τὸ δοῦλον. οὐθὲν γὰρ ἡ φύσις ποιεῖ τοιοῦτον, οἷον οἱ χαλκοτύποι τὴν Δελφικὴν μάχαιραν, πενιχρῶς, ἀλλ' ἓν πρὸς ἕν. οὕτω γὰρ ἂν ἀποτελοῖτο κάλλιστα τῶν ὀργάνων ἕκαστον, μὴ πολλοῖς ἔργοις, ἀλλ' ἑνὶ δουλεῦον. 10 ἐν δὲ τοῖς βαρβάροις τὸ θῆλυ καὶ δοῦλον τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν. αἴτιον δ', ὅτι τὸ φύσει ἄρχον οὐκ ἔχουσιν, ἀλλὰ γίνεται ἡ κοινωνία αὐτῶν, δούλης καὶ δούλου. διό φασιν οἱ ποιηταί, 11 Βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκός· ὡς ταὐτὸ φύσει βάρβαρον καὶ δοῦλον ὄν. 12 ἐκ μὲν οὖν τούτων τῶν δύο κοινωνιῶν, οἰκία πρώτη. καὶ ὀρθῶς Ἡσίοδος εἶπε ποιήσας.

13 , Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα,

vertit. hic autẽ gladius ad varios vsus accõmodabatur, ad immolãdas victimas & plectendos damnatos. Hæc lex est Platoni in rep. vehementer probata singulos homines ad singula opera nasci, egregium in duabus artibus artificem nunquam futurũ.

10 Occupat cõtrariũ de barbaris exemplũ, sed videtur indicare de Græcis hanc disciplinam tradi non de barbaris apud quos nulla sit legitima societas. Vnde in extremo sexto idem fere de Democraticis n. 42.

11 Versus Euripidis in Iphigenia sic habent,

ἀλλ' οὐ βαρβάρους βαρβάρων δ' ἕλληνας εἰκὸς ἄρχειν. Μήτηρ ἑλλήνων τὸ μὲν δοῦλον οἱ δ' ἐλεύθεροι.

Barbaris vero Græcos decet imperare, & non Barbaros, mater gratis, hi enim serui sint illi autem liberi.

12 Definitur familia ex complexione superiorum societatũ, quod testimoniis illustratur.

13 Locus est Hesiodi in operibus: vir habeat domi vxorem, prima societas est, habeat pro seruo bouem, secunda est. Olim autem vxores pretio emebantur, vt patet libro 2 Itaque Hesiodus ait:

γυναῖκα κτητὴν οὐ γαμετήν.

vxorem emptam non ductam, Plato 3. de legibus, primam societatem in familia, secundam in viro, tertiam in ciuitate, quartam in multis coniunctis vrbibus statuit.

bos

ὁ γὰρ βοῦς ἀντ' οἰκέτου τοῖς πένησίν ἐστιν. ἡ μὲν οὖν εἰς πᾶσαν ἡμέραν συνεστηκυῖα κοινωνία κατὰ φύσιν, οἶκός ἐστιν. οὓς Χαρώνδας μὲν καλεῖ ὁμοσιπύους, Ἐπιμενίδης δὲ ὁ Κρὴς ὁμοκάπνους.

14 ἡ δ' ἐκ πλειόνων οἰκιῶν κοινωνία πρώτη χρήσεως ἕνεκεν μὴ ἐφημέρου, κώμη. μάλιστα δὲ κατὰ φύσιν ἔοικεν ἡ κώμη ἀποικία οἰκίας εἶναι· οὓς καλοῦσί τινες ὁμογάλακτας, παῖδάς τε καὶ παίδων παῖδας. διὸ καὶ τὸ πρῶτον ἐβασιλεύοντο αἱ πόλεις, καὶ νῦν ἔτι τὰ ἔθνη· ἐκ βασιλευομένων γὰρ συνῆλθον. πᾶσα γὰρ οἰκία βασιλεύεται ὑπὸ τοῦ πρεσβυτάτου. ὥστε καὶ αἱ ἀποικίαι διὰ τὴν συγγένειαν. καὶ τοῦτ' ἐστὶν ὃ λέγει Ὅμηρος.

15 , θεμιστεύει δὲ ἕκαστος
Παίδων ἠδ' ἀλόχων. *

σποράδες γάρ. καὶ οὕτω τὸ ἀρχαῖον ᾤκουν. καὶ τοὺς θεοὺς δὲ διὰ τοῦτο πάντες φασὶ [16] βασιλεύεσθαι

bos enim pauperib. loco serui est. Quotidiana igitur societas secundum naturam constituta, familia est, quia societate cõiunctos Charõdas quidem ὁμοσιπύους, nos quia ex eodem penu cõmunis illis victus est, conuictores & sodales appellemus. Epimenides autẽ Cres ὁμοκάπνους, nos velut in eodem cõtubernio diuersantes cõtubernales nominemus. 14 Ex pluribus vero familiis nõ ad vsum tamẽ quotidianum coniuncta prima & simplex communitas, vicus appellatur, quæ quidẽ familiæ germana quædam, & imprimis naturalis colonia videtur, ex iis centuriata scilicet & conscripta quos consanguineos & liberos & nepotes dicunt. Itaque initio ciuitates regib. parebant ac nunc etiã gentes: ab iis enim qui regio imperio tenebantur, profectæ sunt, omnisq; familiæ ab eo qui antecedit ætate, tãquam rege aliquo gubernatur, quare etiam inde cognationis & propinquitatis caussa coloniæ deductæ sunt & propagatæ, atque idipsum est quod Homerus,

*[15] *Ius autem reddet quisq; virorum*
Natis ac vxoribus.

Dissipati enim quondam atque dispersi hoc pacto habitarunt deosque iccirco vniuersi aiunt regi [16] subie-

14 Definitio vici & declaratio ex suis caussis. Et Aristoteles fol. 38. primam societatem familiã vocat.

**Plato 3. legum sic Homeri locũ hunc citat, vt doceat in familia & prima hominum societate disciplina ciuilem fuisse.*

15 Odissea nono sic Homerus de Cyclopibus loquitur.

16 Alludit ad illud Homeri cũ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

ctos esse quod ipsorum hominum partim etiam nunc, partim quondam sub regibus viuerēt, quēadmodum autem homines hominum formis deorū formas, sic hominū factis ac morib. facta deorū & mores assimilant.

σιλεύεσθαι, ὅτι καὶ αὐτοὶ, οἱ μὲν ἔτι καὶ νῦν, οἱ δὲ τὸ ἀρχαῖον ἐβασιλεύοντο. ὥσπερ δὲ καὶ τὰ εἴδη ἑαυτοῖς ἀφομοιοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ τοὺς βίους τῶν θεῶν.

Sic à nostris poeta Iupiter dicitur hominū pater atq; Deûm rex.

Platonis sentētia est secundo de rep. ciuitatis caussam ab indigētia victus & cultus extitisse, societatisq; homines esse vt mutuis auxiliis ad tuti, commodius feliciusq; viuerent.

CAP. II.

CIVITAS [17] autē est ex pluribus vicis cōstans societas, eaq; perfecta, summam quidē rerum copiam & affluentiam, vt dicā breuiter, amplexa, eaq; viuēdi primum gratia constituta, bene beateq; viuendi causa deinde celebrata & exculta. (Plato fol. 445. dicit primā ciuitatis caussam indigentiā fuisse) Quare ciuitas omnis secundum naturam est, siquidem etiā societates primæ, quæ tamen ad eam referuntur: natura quoque finis est. Quale. n. est vnumquodque generatione absoluta, talē ipsius naturam, vt hominis, equi, domus esse dicimus: extremumque illud quo referuntur omnia & finis, summum affecti sibi generis bonum est: Itemque absoluta cumulataq; bonis omnibus abundantia, tū finis, tum summum quoque illud bonū est. Ex his igitur perspicuū planumq; est ciuitatem secundum

ΚΕΦ. β.

Ἡ δ' [17] ἐκ πλειόνων κωμῶν κοινωνία τέλειος πόλις, ἤδη πάσης ἔχουσα πέρας αὐταρκείας, ὡς ἔπος εἰπεῖν· γινομένη μὲν οὖν τοῦ ζῆν ἕνεκεν, οὖσα δὲ τοῦ εὖ ζῆν. διὸ πᾶσα πόλις φύσει ἐστὶν, εἴπερ καὶ αἱ πρῶται κοινωνίαι. τέλος γὰρ αὕτη ἐκείνων· ἡ δὲ φύσις, τέλος ἐστίν. οἷον γὰρ ἕκαστόν ἐστι τῆς γενέσεως τελεσθείσης, ταύτην φαμὲν τὴν φύσιν εἶναι ἑκάστου, ὥσπερ ἀνθρώπου, ἵππου, οἰκίας. ἔτι τὸ οὗ ἕνεκα καὶ τὸ τέλος, βέλτιστον. ἡ δ' αὐτάρκεια, τέλος, βέλτιστον. ἐκ τούτων οὖν φανερὸν ὅτι τῶν φύσει ἡ

17 Definitis specialib. societatibus generalis societatis, i. ciuitatis definitio repetitur. Ciuitas est societas ex plurib. vicis effecta, omniū bonorū affluētiā absolutam amplexa, beatitudinis gratia cōstituta. Qua posita definitione si Aristoteles potuisset vti & assumere, At in hac mortali vita societas eiusmodi nulla est, & tandem concludere: Hic igitur ciuitas nostra non est: alibi igitur nobis inuestigāda est. certe peruenisset quo vera philosophia eum perducere debuisset. Et Aristoteles ciuitatis veram definitionem vidit, exemplum verum non vidit. Nec enim in terris est absoluta bonorum affluentia. Duo vero deinceps huius definitionis capita declarat. primum de fine quod ciuitas sit secundum naturam. Naturam autem verbum ad hominem refert Aristoteles tanquā diceret, secundum naturam hominis & ad beatam naturalemq; vitam consequendā & exercendam ciuitas constituitur. Prima probatio ex partibus ciuitatis sumitur.

πόλις ἐστί, [18] καὶ ὅτι ἄνθρωπος φύσει πολιτικὸν ζῶον· καὶ ὁ ἄπολις διὰ φύσιν, καὶ οὐ διὰ τύχην ἤτοι φαῦλός ἐστιν, ἢ κρείττων ἢ ἄνθρωπος· ὥσπερ καὶ ὁ ὑφ' Ὁμήρου λοιδορηθείς,

[19] Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιος·

ἅμα γὰρ φύσει τοιοῦτος, καὶ πολέμου ἐπιθυμητὴς, ἅτε περ ἄζυξ, ὥσπερ ἐν πετεινοῖς. διότι δὲ πολιτικὸν ὁ ἄνθρωπος ζῶον, πάσης μελίττης καὶ παντὸς ἀγελαίου ζώου μᾶλλον, δῆλον. οὐθὲν γὰρ ὥς φαμεν, μάτην ἡ φύσις ποιεῖ. λόγον δὲ μόνον ἄνθρωπος ἔχει τῶν ζώων· ἡ μὲν οὖν φωνὴ, τοῦ ἡδέος καὶ λυπηροῦ ἐστι σημεῖον· διὸ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει ζώοις· μέχρι γὰρ τούτου ἡ φύσις αὐτῶν ἐλήλυθεν, ὥστε αἰσθάνεσθαι τοῦ λυπηροῦ καὶ ἡδέος, καὶ ταῦτα σημαίνειν ἀλλήλοις. [20] ὁ δὲ λόγος ἐπὶ τῷ δηλοῦν ἐστι τὸ συμ-

Naturam esse. [18] Atq; etiam homo suapte natura ciuile & vrbanum ac populare animal est: qui autem nulla vi fortunæ casuue coactus, sed sua sponte ac volũtate solitarius & solivagus viuit aut improbus est, aut homine melior & excellentior, cuiusmodi fuit ille, qui hoc conuitio ab Homero notatus est.

[19] *Sine tribu, sine lege, sine lare.*

Quisquis enim moribus iis affectus est, eundem simul etiam sanguinis auidũ & cędis appetentem esse, & velut auium instar solutum huc & illuc errare & vagari necesse est. Homo autem omnium apum examine, omniumq; animantiũ quãtumuis congregabilium agmine, ciuilius & vrbanius animal est. Nec enim natura temere quicquã facit: atqui ex omnibus animantibus homini soli à natura sermo tributus est, vox autem cum sit voluptatis & doloris index ac nuncia, etiam cum reliquis animantibus communicata, eo siquidem vsque vis eorum & facultas est progressa, vt molestiam & suauitatem perciperent, easq; inter se denunciarent ac significarent.

[20] At homini sermo datus est ad explicandum quid vtile, quid

18 Altera probatio ex circũstantia hominis, qui sua natura ciuilis est: quod illustratur dissimilitudine hominis solitarii: hic notabis Ethicæ disciplinæ πρᾶξιν duplicem, alteram in solitudine gratia contemplationis, alteram in societate hominum gratia actionis. Repetitur idem nu. 22. & 7. libro disseritur de vtroq; genere.

19 Sic Nestor nono Iliados Ἀφρήτωρ ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος. ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου ὀκρυόεντος.

Nec tribus est illi neq; lex, patriue penates. Cui dirum fuerit bellum exitiabile cordi.

20 Amplificat probationem proximam collatione: quod cæteris animantibus homo sit ciuilior, & quod animantes reliquæ vocem habeant indicem voluptatis & doloris: homo sermonem habeat indicem vtilitatis & honestatis.

le, quid inutile, itemq; quid iustum quid iniustum: hoc enim, vt cætera cum reliquis animantib. paria sunt, proprium tamen hominis & p̃cipuum relinquetur, vt boni & mali, iusti & iniusti ac reliquorum huiusmodi sensum habeant. Harum enim rerum cõmunicatione, tum familia tum ciuitas continetur.

φέρον καὶ τὸ βλαβερόν· ὥστε καὶ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ ἄδικον. τοῦτο γὰρ πρὸς τὰ ἄλλα ζῶα τοῖς ἀνθρώποις ἴδιον, τὸ μόνον ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, καὶ δικαίου καὶ ἀδίκου, καὶ τῶν ἄλλων αἴσθησιν ἔχειν. ἡ δὲ τούτων κοινωνία ποιεῖ οἰκίαν καὶ πόλιν.

21 Explicat secundum caput definitionis, quod ciuitas præstet reliquis societatibus. res ita concluditur. Totum præstãtius est partib. ciuitas est totũ, reliquæ societates eius partes. Ciuitas igitur est illis prior. Propositio, corporis similitudine declaratur.

21 Atque etiam ciuitas naturæ suæ præstantia quam domus, quam vnusquisque nostrum potior & antiquior est: Totum enim partib. excellentius est. Exanimato n. & extincto corpore neq; futurus sit pes neq; manus nisi forte quadam similitudine nominis: vt si quis manum lapideam nominet: mortua enim manus perinde fuerit. Atqui tamen omnes partes corporis, functione quadam & facultate definiuntur. Itaque cum iaceãt inertes ac mortuæ, nõ eædem permanent, sed speciem tantũ nominis & appellationis vmbram retinent. Quãobrem iam constat ciuitatem non solum secundum naturam, sed vnoquoque nostrum priorem & præstantiorem esse. Nam si nostrum vnusquisque qui se à ciuili societate seiunxerit ad se tuendum satis instructus non erit, similiter ac corporis partes ad vniuersum affectus erit.

21 καὶ πρότερον δὴ τῇ φύσει πόλις ἢ οἰκία καὶ ἕκαστος ἡμῶν ἐστι. τὸ γὰρ ὅλον, πρότερον ἀναγκαῖον εἶναι τοῦ μέρους· ἀναιρουμένου γὰρ τοῦ ὅλου, οὐκ ἔσται ποὺς, οὐδὲ χεὶρ, εἰ μὴ ὁμωνύμως, ὥσπερ εἴ τις λέγει τὴν λιθίνην. διαφθαρεῖσα γὰρ ἔσται τοιαύτη. πάντα δὲ τῷ ἔργῳ ὥρισται, καὶ τῇ δυνάμει. ὥστε μηκέτι τοιαῦτα ὄντα, οὐ λεκτέον τὰ αὐτὰ εἶναι, ἀλλ' ὁμώνυμα. ὅτι μὲν οὖν ἡ πόλις φύσει πρότερον ἢ ἕκαστος, δῆλον· εἰ γὰρ μὴ αὐτάρκης ἕκαστος χωρισθεὶς, ὁμοίως τοῖς ἄλλοις μέρεσιν ἕξει πρὸς τὸ ὅλον. 22 ὁ δὲ μὴ δυνάμενος κοινωνεῖν, ἢ μηδὲν

22 Concluditur solitarii & ciuilis hominis discrimen, & latius explicatur, quod sit laudandus. πολιτικὸς ἀνὴρ, quia vituperandus ἄπολις.

22 Si quis vero ab hominũ cœtu frequentiaque remotus,

δεόμενος δι' αὐτάρκειαν, οὐθὲν μέρος πόλεως· ὥστε ἢ θηρίον, ἢ θεός. φύσει μὲν οὖν ἡ ὁρμὴ ἐν πᾶσιν ἐπὶ τὴν τοιαύτην κοινωνίαν· ὁ δὲ πρῶτος συστήσας, μεγίστων ἀγαθῶν αἴτιος.

23 ὥσπερ γὰρ τελεωθὲν, βέλτιστον τῶν ζώων ἄνθρωπός ἐστιν· οὕτω καὶ χωρισθὲν νόμου καὶ δίκης, χείριστον πάντων. χαλεπωτάτη γὰρ ἀδικία ἔχουσα ὅπλα· ὁ δ' ἄνθρωπος ὅπλα ἔχων φύεται φρονήσει καὶ ἀρετῇ· οἷς ἐπὶ τἀναντία ἔστι χρῆσθαι μάλιστα. διὸ ἀνοσιώτατον καὶ ἀγριώτατον ἄνευ ἀρετῆς, καὶ πρὸς ἀφροδίσια καὶ ἐδωδὴν χείριστον· ἡ δὲ δικαιοσύνη, πολιτικόν. ἡ γὰρ δίκη πολιτικῆς κοινωνίας τάξις ἐστίν· ἡ δὲ δίκη τοῦ δικαίου κρίσις.

tus, nullo indigens, sed se ipso cõtentus viuit, is in nulla ciuitatis parte numerandus, sed aut bestia aut Deus existimandus est. Naturali igitur instinctu studioq; ad hanc ciuilem cõmunitatem rapimur & incendimur. Ac qui primus homines hac cõmunione vitæ coniunxit ac consociauit, maximorũ bonorum author extitit.

23 Vt enim homo cũ fuerit omnibus iustitiæ partib. absolutus, cæteris animantib. longe pręstat & excellit, sic à lege iustitiaque alienus & auersus omnes animãtes fraude & scelere longe superat ac vincit. Atrocissima enim armata est iniustitia: atqui homo naturali quadam ingenii facultate prudentiaque velut armatur; quibus bonis tamẽ abuti longe facillimum promptissimumque sit. Quapropter si virtute careat, omnium animalium sæuissimum & immanissimum animal homo est, & ad abdominis ventrisq; libidines & cupiditates abiectissimum. Iustitia autem res ciuilis & popularis est: ius enim est ciuilis societatis descriptio; denique ius iusti disceptatio ac diiudicatio.

23 Grauiter explicatur hic loc⁹ a Platone 4. de rep. quid iustitia & iniustitia sit, & quẽadmodum iustitia omnẽ virtutem, in iustitia omnẽ prauitatẽ cõplectatur, iustitiaque sit animi sanitas pulchritudo vigor, iniustitia morbus, turpitudo, imbecillitas. Dei similis est vir bonus: neq; lapides ac ligna au sq; atque serpentes sacra existimes, homines vero nequaquã: immo sacratissimũ omnium est vir bonus profanissimũ contra vir malus.

Plato 400.

Plato etiã amplius in Minoe virũ bonũ rem sacratissimã ait esse, deniq; Dei similem & pro cæteris omnib. reb sacrũ & augustũ esse, malũ vero esse profanissimum.

Argumentum 2. partis 1. huius libri.

Secunda hac parte huius libri serui instrumẽta beatæ vitæ, & possessiones statuuntur: id autẽ variis modis ab Aristotele breuiter disseritur.

CAP. III.

CVm [24] vero pateat apertũq; sit quas partes ciuitas habeat, primum necesse nobis est de re œconomica familiariq; dicere: Omnis enim ciuitas familiis cõiuncta est: œconomiæ vero partes sunt, quibus ipsa familia continetur, ac familia perfecta & integra ex seruis constat & liberis. Atque etiam cum in minimis partib. prima singularia consideranda sint, ac familiæ partes minimæ sint Dominus & seruus, itemq; vir & vxor, tum pater & liberi: de tribus his, & quid & quale statuendum sit vnumquodque, disserẽdum est, id est, de dominica vel herili disciplina, de paterna, de coniugali seu nuptiali (hæc enim postrema proprio nomine nominata non est:) atque adeo tres hæ partes sint quas diximus. [25] Est præterea pars alia quædam quæ videtur aliis quidem res ipsa familiaris esse, aliis rei familiaris pars multo maxima: qualis ea rursus & cuiusmodi sit inquirendum est, de quæstuaria autem ratione dico.

[26] Verum de domino & seruo primum dicamus, vt ad vsum necessarium conducentia spectantiaque videamus: atque experiamur [illegible]

ΚΕΦ. γ.

ΕΠεὶ [24] δὲ φανερὸν ἐξ ὧν μορίων ἡ πόλις συνέστηκεν, ἀνάγκη περὶ οἰκονομίας εἰπεῖν, πρότερον· πᾶσα γὰρ πόλις ἐξ οἰκιῶν σύγκειται. οἰκίας δὲ μέρη ἐξ ὧν αὖθις οἰκία συνίσταται. οἰκία δὲ τέλειος, ἐκ δούλων, καὶ ἐλευθέρων. ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἐλαχίστοις πρῶτον ἕκαστον ζητητέον. πρῶτα δὲ καὶ ἐλάχιστα μέρη οἰκίας, δεσπότης καὶ δοῦλος, καὶ πόσις καὶ ἄλοχος, καὶ πατὴρ καὶ τέκνα· περὶ τριῶν τούτων σκεπτέον ἂν εἴη τί ἕκαστον, καὶ ποῖον δεῖ εἶναι· ταῦτα δ' ἐστὶ δεσποτικὴ, καὶ γαμική. ἀνώνυμον γὰρ ἡ γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς σύζευξις. καὶ τρίτον ἡ τεκνοποιητική· καὶ γὰρ αὕτη οὐκ ὠνόμασται ἰδίῳ ὀνόματι. ἔστωσαν δ' αὗται τρεῖς ἃς εἴπομεν. [25] ἔστι δέ τι μέρος ὃ δοκεῖ τοῖς μὲν εἶναι οἰκονομία, τοῖς δὲ μέγιστον μέρος αὐτῆς. ὅπως δ' ἔχει, θεωρητέον. λέγω δὲ περὶ τῆς καλουμένης χρηματιστικῆς. [26] πρῶτον δὲ περὶ δεσπότου καὶ δούλου εἴπωμεν, ἵνα τά τε πρὸς τὴν ἀναγκαίαν χρείαν ἴδωμεν, κἂν εἴ τι πρὸς τὸ εἰδέναι περὶ αὐ-

24 Repetit de Dialectica methodo positũ antea n. [illegible] decretum: ut totum cognoscatur, partes explicãdas esse. Itaque ciuitatẽ in familias, & familiã in societates domini & serui, viri & vxoris, patris & liberorum, itemque diligentiã quæstuariã diuidit: & via nimirum eadem dialectica progreditur, q antea progressus est.

25 Hanc partẽ vocat Aristoteles Græce χρηματιστικὴν, quasi diceres q̃rendarũ & parandarũ facultatũ rationem. χρήματα enim nomine bona omnia & mobilia & immobilia continentur.

26 Proponit ex ordine institutæ diuisionis se dicturum de societate domini & serui.

τῶν δυνάμεθα λαβεῖν βέλτιον τῶν νῦν ὑπολαμβανομένων.

27 τοῖς μὲν γὰρ δοκεῖ ἐπιστήμη τις εἶναι ἡ δεσποτεία, καὶ ἡ αὐτὴ οἰκονομία καὶ δεσποτεία, καὶ πολιτικὴ καὶ βασιλική, καθάπερ εἴπομεν ἀρχόμενοι· 28 τοῖς δὲ παρὰ φύσιν τὸ δεσπόζειν. νόμῳ γὰρ, τὸν μὲν δοῦλον εἶναι, τὸν δὲ ἐλεύθερον· φύσει δ' οὐθὲν διαφέρειν. διόπερ οὐδὲ δίκαιον· βίαιον γάρ. 29 ἐπεὶ οὖν ἡ κτῆσις μέρος τῆς οἰκίας ἐστὶ, καὶ ἡ κτητικὴ μέρος τῆς οἰκονομίας· ἄνευ γὰρ τῶν ἀναγκαίων ἀδύνατον καὶ ζῆν, καὶ εὖ ζῆν. ὥσπερ δὲ ἐν ταῖς ὡρισμέναις τέχναις ἀναγκαῖον ἂν εἴη ὑπάρχειν τὰ οἰκεῖα ὄργανα, εἰ μέλλει ἀποτελεσθήσεσθαι τὸ ἔργον, οὕτω καὶ τῶν οἰκονομικῶν. τῶν δ' ὀργάνων, τὰ μὲν, ἄψυχα· τὰ δὲ, ἔμψυχα· οἷον τῷ κυβερνήτῃ, ὁ μὲν οἴαξ ἄψυχον, ὁ δὲ πρωρεὺς ἔμψυχον· ὁ γὰρ ὑπηρέτης ἐν ὀργάνου εἴδει ταῖς τέχναις ἐστίν·

horum cognitionem & scientiam politius aliquid ea sententia quæ nunc probatur, & accuratius afferre possimus.

27 Partim enim & dominici & herilis imperii sciētiam quandam esse existimant, eandemque esse & œconomici & herilis & politici & regalis imperii disciplinam, sicut initio diximus. 28 partim vero id ipsum in seruos dominium totum condemnant, & contra naturam esse iudicant, legeque discrimen hoc inductum, vt hi serui quidem sint, illi autem liberi, naturali iure nihil interesse: nec iccirco iustum quia violentum. 29 Quare cum facultates & opes in parte familiæ collocentur, itemque parandi & quærendi ratio œconomiæ pars habeatur, neque enim non modo beata vita, sed ne vita quidem sustentari potest, nisi res necessariæ suppetant, quemadmodum in certis artib. quibusdam, sic in re domestica vt opus efficiatur, præsto sint instrumenta propria necesse est. Instrumentorum vero alia quidem inanima sunt, alia autem animata: vt gubernatori instrumentum inanimum est, Clauus, animatum proreta: Nam minister in artibus instrumenti locum ob-

27 Reuocatur Platonis opinio de quatuor imperiis & circa finem respondebitur n. 45.

Disputatio de naturali dominio seruitioq́; quæ virtute metiendum sit, ab exemplis artis & naturæ.

28 Occupat opinionem & rationem eorum qui nullam seruitutem probabant, id est, qui seruitutē secūdū naturā esse negabant: cui priusquam respondeat, docet seruos esse necessarios in re familiari

Instrumenta familiæ sunt necessaria.

Serui sunt instrumenta familiæ.

Necessarii sunt igitur.

Propositio declaratur similitudine artiū:

Assumptio diuisione instrumentorum, quæ alia sint animata, alia inanimia.

NOTA.

29 Dominus definitus est antea virtute animi: seruus vitio: harum definitionum sententia deinde repetitur & probatur, quod in communi societate tales domini seruiq́; esse debeant. Probatio sumitur ab exemplis artium & naturæ. Platonicum dogma est in Alcibiade primo, vbi ciuilis dominatus virtute de-

tinet: Sic opes instrumenta vitæ sunt & facultates instrumentorum copię: seruus est animata possessio omnisque minister velut instrumētum omnium instrumētorum primum & excellentissimum. 30 Nam si quoduis instrumentum vel ad nutum domini vel pro suo sensu arbitrioque opus efficere posset, sicut aiunt Dędali signa vt nisi reuincta essent aufugerent, aut Vulcani tripodas, quos inquit poeta

Rotis subterpositos à Vulcano ita fabricatos esse,

per se ac suopte motu ad diuinum certamen accedere. Sic sane per se & radii telam texerēt & plectra citharam pulsarent, nec architectis opera ministrorum nec dominis seruorum opus esset. Atque hæc instrumēta quæ dixi ad fabricādum & opus faciendum valent: facultates autem & possessiones ad actionis vsum: Radii siquidē præter ipsius vsum aliquod opus existit: Vestis autem & lecti solus est vsus. Itemque cum specie differant effectio & actio, atque ambæ instrumentis egeāt, necesse est instrumentorum eandem esse differentiam: At vita in virtutis actione non in operis effectione consistit. Seruus igitur est eorum munerum minister, quæ ad actionem referuntur.

ἐστίν. οὕτω καὶ τὸ κτῆμα ὄργανον πρὸς ζωήν ἐστι· καὶ ἡ κτῆσις, πλῆθος ὀργάνων ἐστὶ, καὶ ὁ δοῦλος κτῆμά τι ἔμψυχον· καὶ ὥσπερ ὄργανον πρὸ ὀργάνων, πᾶς ὁ ὑπηρέτης.

30 εἰ γὰρ ἠδύνατο ἕκαστον τῶν ὀργάνων κελευσθὲν, ἢ προαισθανόμενον, ἀποτελεῖν τὸ αὑτοῦ ἔργον, ὥσπερ τὰ Δαιδάλου φασὶν, ἢ τοὺς τοῦ Ἡφαίστου τρίποδας, οὕς φησιν ὁ ποιητὴς, αὐτομάτους θεῖον δύεσθαι ἀγῶνα· οὕτως εἰ αἱ κερκίδες ἐκέρκιζον αὐταὶ, καὶ τὰ πλῆκτρα ἐκιθάριζεν, οὐδὲν ἂν ἔδει οὔτε τοῖς ἀρχιτέκτοσιν ὑπηρετῶν, οὔτε τοῖς δεσπόταις δούλων. τὰ μὲν οὖν λεγόμενα ὄργανα, ποιητικὰ ὄργανά ἐστι· τὸ δὲ κτῆμα, πρακτικόν. ἀπὸ μὲν γὰρ τῆς κερκίδος ἕτερόν τι γίνεται παρὰ τὴν χρῆσιν αὐτῆς· ἀπὸ δὲ τῆς ἐσθῆτος καὶ τῆς κλίνης, ἡ χρῆσις μόνον. ἔτι δ', ἐπεὶ διαφέρει ἡ ποίησις εἴδει καὶ ἡ πρᾶξις, καὶ δέονται ἀμφότεραι ὀργάνων, ἀνάγκη καὶ ταῦτα τὴν αὐτὴν ἔχειν διαφοράν· ὁ δὲ βίος, πρᾶξις, οὐ ποίησίς ἐστι· διὸ καὶ ὁ δοῦλος ὑπηρέτης τῶν

finitur, seruitus vitio: Itemque legum tertio, vbi sapiētes naturali iure dei & imprudentium statuitur: Immo vero tota ferme Platonis in eo philosophia est: bonos & sapientes, id est, ciuiles viros, etiam si priuati sint esse tamen reges & dominos. Sic enim in regno loquitur. Sic tertio de repub. gradus honoris in ciuitate per allegoriā quādam distinguit, vt aurei imperent, argentei militent, ænei tractent artes, ferrei agros colant.

30 *Illustrat fabulosis similibus positā instrumentorum differentiā, vnde etiā nonum colligit, quod alia ad opus faciendum adiuuent, alia faciant ad virtutis vsum.*

Dædali, signa Plato ait in Menone eo artificio fuisse vt nisi reuincta essent, aufugerent.

De tripodibus

πρὸς πλείω πρᾶξιν.

31 τὸ δὲ κτῆμα λέγεται, ὥσπερ καὶ τὸ μόριον. τό τε γὰρ μόριον, οὐ μόνον ἄλλου ἐστὶ μόριον, ἀλλὰ καὶ ὅλως ἄλλου. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ κτῆμα. διὸ ὁ μὲν δεσπότης, τοῦ δούλου δεσπότης μόνον, ἐκείνου δ' οὐκ ἔστιν· ὁ δὲ δοῦλος, οὐ μόνον δεσπότου δοῦλός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ὅλος ἐκείνου. τίς μὲν οὖν ἡ φύσις τοῦ δούλου, καὶ τίς ἡ δύναμις ἐκ τούτων δῆλον· ὁ γὰρ μὴ αὑτοῦ φύσει, ἀλλ' ἄλλου, ἄνθρωπος δέ, οὗτος φύσει δοῦλός ἐστιν· ἄλλου δ' ἐστὶν ἄνθρωπος ὃς ἂν κτῆμα ᾖ, ἄνθρωπος ὤν· κτῆμα δὲ, ὄργανον πρακτικὸν καὶ χωριστόν.

32 Πότερον δ' ἐστί τις φύσει τοιοῦτος ἢ οὔ, καὶ πότερον βέλτιον καὶ δίκαιόν τινι δουλεύειν ἢ οὔ, ἀλλὰ πᾶσα δουλεία παρὰ φύσιν ἐστὶ, μετὰ ταῦτα σκεπτέον. οὐ χαλεπὸν δὲ καὶ τῷ λόγῳ θεωρῆσαι, καὶ ἐκ τῶν γινομένων καταμαθεῖν. τὸ γὰρ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι οὐ μόνον τῶν ἀναγκαίων, ἀλλὰ καὶ τῶν συμφερόντων ἐστί.

ferũtur. [31] Possessio autem perinde accipitur, atq; pars. Etenim pars non solum pars est alterius, sed alterius omnino: sic vero etiam possessio. Itaque dominus serui quidem dominus est solum, illius autem nequaquam. At seruus nõ solum domini seruus est, sed etiam illius omnino. Quænam igitur sit serui natura & facultas ex iis perspici potest. Nam qui natura sui iuris non est, sed alieni, is homo sane naturæ iure seruus est: alieni autem iuris homo est qui quamuis homo sit, alterius tamen est possessio: & ea quidem possessio, quæ sit instrumentum & ad actionem congruum & seiunctum atque separatum.

[32] An vero sit aliquis huiusmodi nec ne, bonumq; sit ac iustum quenquam seruire nec ne, omnisque seruitus sit contra naturam, deinceps est explicandum. Neque vero arduum est, id vel argumentis exquirere, vel rerum exemplis intelligere. Imperare enim & parere nõ solũ necessariis in rebus, sed in vtilibus etiam numerantur.

Vulcani locus est apud Homerum decimo octauo libro Iliados, quem ita Latine reddidimus.
Sudantem hũc reperit circum fornacib. actũ Ardentem, tripodas quia iam confecerat omnes, Bis denos quibus ampla domus splendesceret aula.
Horum cuique rotas subter fabricauerat auro,
Sponte sua, iãque vt venianiũ in prœlia diuũ Atq; domum hinc vltro redeant, mirabile visu.

[31] Declaratur similitudine partis quomodo seruus sit domini, & eius anteposita definitio repetitur: quod tamẽ parum verum est, in naturali, quam solum probat, seruitute. Non enim magis seruus sit domini, quam filius patris & discipulus magistri, quam subditus principis: quod ciuilis vitæ caput quidem sit à domino & principe, pars etiam quædam à seruo & priuato ciue.

[32] Respondet propositæ quæstioni, An seruitus sit secundum naturam: ac primum sententiam suam confirmat, eam nempe secundum naturam esse: deinde refellit contrariam. Confir-

ratio fit arg. & exemplis. Argumenta sunt ex adiunctis, quod seruitus sit secundum naturam eaq; necessaria & vtilis.

35 *Secunda ratio confirmationis ab exemplis, quæ sunt species rerum naturalium, partim simplicium partim coniunctarum: & hæc probatio generaliter & communiter demonstrat principatũ naturalẽ esse quãdam non propriam domini seruiq; societatem à cæteris societatibus distinctã: q tamẽ Aristoteles & in prima libri parte & in partitione partis huius secundæ suscepit explicandum.*

33 Ac quædam protinus vt orta sunt alia quidem ad parendum, alia vero ad imperandum distinguũtur: variæque eorum qui cum imperio, quique sub imperio sint, species existũt: semperque præstat illud imperium, quod in res excellentiores exercetur: vt in homines quã in pecudes: quod enim perficitur à præstantioribus, id quoque præstãtius opus est, quandoquidem eorum opus aliquod est, in quibus aliud quidem pręest, subest autem aliud. Quæ vero ex pluribus constant, & vnum quiddam commune siue ex coniũctis & continuatis, siue ex secretis & disiunctis partibus fiunt, in his omnibus apparet, & quod imperat, & quod imperio subiectum est: idque in rebus animatis quouis è naturæ genere perspici potest: Atqui tamen in rebus non viuentibus principatus est quidam veluti cõtentus, sed aliena fortasse ea consideratio. Verumenimuero id in animali fit illustrius: quod cum cõstet anima & corpore, harum partium alteram iubere & mandare, alterã alterius iussis & mandatis obtemperare cernimus. Atque id ipsum naturæ dominium quod quærimus, potius in integris & incorruptis quam in vitiosis & deprauatis naturis est intuendum.

33 καὶ εὐθὺς ἐκ γενετῆς ἔνια διέστηκε, τὰ μὲν ἐπὶ τὸ ἄρχεσθαι, τὰ δ' ἐπὶ τὸ ἄρχειν. καὶ εἴδη πολλὰ καὶ ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων ἐστί. καὶ ἀεὶ βελτίων ἡ ἀρχὴ, ἡ τῶν βελτιόνων ἀρχομένων· οἷον ἀνθρώπου, ἢ θηρίου. τὸ γὰρ ἀποτελούμενον ἀπὸ τῶν βελτιόνων, βέλτιον ἔργον. ὅπου δὲ τὸ μὲν ἄρχει, τὸ δ' ἄρχεται, ἔστι τι τούτων ἔργον. ὅσα γὰρ ἐκ πλειόνων συνέστηκε, καὶ γίνεται ἕν τι κοινὸν, εἴτε ἐκ συνεχῶν, εἴτε ἐκ διῃρημένων, ἐν ἅπασιν ἐμφαίνεται τὸ ἄρχον καὶ τὸ ἀρχόμενον· καὶ τοῦτο ἐκ τῆς ἁπάσης φύσεως ἐνυπάρχει τοῖς ἐμψύχοις. καὶ γὰρ ἐν τοῖς μὴ μετέχουσι ζωῆς, ἐστί τις ἀρχὴ, οἷον ἁρμονίας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἐξωτερικωτέρας ἐστὶ σκέψεως. τὸ δὲ ζῶον πρῶτον συνέστηκεν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος· ὧν τὸ μὲν, ἄρχον ἐστὶ φύσει· τὸ δ', ἀρχόμενον. δεῖ δὲ σκοπεῖν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσι μᾶλλον τὸ φύσει καὶ μὴ ἐν τοῖς διεφθαρμένοις.

34 διὸ καὶ τὸν βέλτιστα διακείμενον, καὶ κατὰ σῶμα, καὶ κατὰ ψυχὴν, ἄνθρωπον θεωρητέον, ἐν ᾧ τοῦτο δῆλον. τῶν γὰρ μοχθηρῶν καὶ μοχθηρῶς ἐχόντων, δόξειεν ἂν ἄρχειν πολλάκις τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς, διὰ τὸ φαύλως καὶ παρὰ φύσιν ἔχειν. ἔστι δ' οὖν ὥσπερ λέγομεν, πρῶτον ἐν ζώῳ θεωρῆσαι καὶ δεσποτικὴν ἀρχὴν, καὶ πολιτικήν. ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ, τοῦ σώματος ἀρχή, δεσποτικὴν ἀρχήν· ὁ δὲ νοῦς, τῆς ὀρέξεως, πολιτικὴν καὶ βασιλικήν· ἐν οἷς φανερόν ἐστιν, ὅτι κατὰ φύσιν καὶ συμφέρον τὸ ἄρχεσθαι τῷ σώματι ὑπὸ τῆς ψυχῆς, καὶ τῷ παθητικῷ μορίῳ ὑπὸ τοῦ νοῦ καὶ τοῦ μορίου τοῦ λόγον ἔχοντος· τὸ δ' ἐξ ἴσου ἢ ἀνάπαλιν, βλαβερὸν πᾶσι. πάλιν ἐν ἀνθρώπῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις, ὡσαύτως. τὰ μὲν γὰρ ἥμερα, τῶν ἀγρίων βελτίω τὴν φύσιν. τούτοις δὲ πᾶσι βέλτιον ἄρχεσθαι ὑπ' ἀνθρώπου· τυγχάνει γὰρ σωτηρίας οὕτως. ἔτι δὲ τὸ ἄρρεν πρὸς τὸ θῆλυ φύσει, τὸ μὲν κρεῖττον,

34 Itaque hominẽ & corporis & animi, quam optimo fieri poſſit habitu temperatũ & affectum ſi cõtemplemur, id erit in eo manifeſtũ: In iis autem qui peruerſis & corruptis moribus fuerint, plerumque corporis cupiditas & ſenſus animo videatur imperare propter prauas affectiones & naturæ repugnantes atque contrarias. Quapropter in animali, ſicuti diximus, primũ licet intueri herile & timocraticum imperium. Anima ſiquidem corporis hera dominaq; eſt, cupiditatis autem mens timocratica quædam moderatrix & regina. Vnde perſpicuum eſt eſſe naturale atque ſalutare vt corpus obſequatur animæ, mentique obediat ea pars quæ turbatur affectibus & agitatur: ę qualitatem autem harum partium præpoſteramque imperandi rationẽ, omnibus perniciosam eſſe. Rurſus eadem in homine cæteriſque animantibus diſtinctio cernitur. Cicures enim manſuetæque pecudes, feris & immanibus belluis præſtant, eiſque omnibus imperium hominis ſubire, bonum & commodum eſt. Hinc enim ſalutem conſequuntur. Atque etiam marem cum fœmina ſi compares, natura quidem ille ſuperior: hæc

34 *Demonſtrat in hominis exemplo imperium herile, politicum, regium, itemque coniugale.*

autem inferior. Itemq; princeps ille quidem, hæc vero sub eius principatu cõstituta videatur: eandemque esse necesse est in vniuerso hominum genere varietatem.

35 Repetitur definitio ex superioribus, communio quadã domini & serui, & colligit syllogismo superiorem serui definitionem. Seruus est natura qui tantũ potest parere non imperare. Cuius autem opus in vsu corporis totum est, is est talis. Seruus igitur. Assumptio & complexio præcedunt. Propositio postrema collatione bestiarũ illustratur.

35 Atque omnino inter quos tantum discrimen interest quanta est animi à corpore, hominis à pecude differentia, inter eos eiusmodi dissimilitudines reperiẽtur. Quorum vero munus opusque totum in corporis vsu functioneque positũ est, nec vlla maior ab his vtilitas cõmoditasque capi potest, natura sane serui sunt, eisque conducit & expedit hoc imperio regi & gubernari, sicut etiam supra commemoratis: hic enim naturæ lege ac iure seruit, qui potest alieni iuris esse, atque adeo sit in alterius potestate: quiq; rationis tantum percipiat, vt mandata sibi & imperata faciat, non vt mandare aut imperare quicquam alteri queat. Animantes enim reliquæ ratione & intelligentia carent, tantumque mouentur sensu & affectu rapiuntur, [Idem lib. 3. li. 38.] nec, quod ad vsum nostrum attinet, inter seruum hominẽ & pecudem valde est magna distantia. Ex amborum enim tum seruorum tum bestiarum cicurum corporibus auxilia nobis & adiumenta necessaria comparantur.

κρεῖττον, τὸ δὲ χεῖρον· καὶ τὸ μὲν ἄρχον, τὸ δὲ ἀρχόμενον. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἀναγκαῖον εἶναι καὶ ἐπὶ πάντων ἀνθρώπων.

35 ὅσοι μὲν οὖν τοσοῦτον διεστᾶσιν, ὅσον ψυχὴ σώματος, καὶ ἄνθρωπος θηρίου. Διάκεινται δὲ τοῦτον τὸν τρόπον, ὅσων ἐστὶν ἔργον ἡ τοῦ σώματος χρῆσις καὶ τοῦτ' ἐστ' ἀπ' αὐτῶν βέλτιστον· οὗτοι μέν εἰσι φύσει δοῦλοι, οἷς βέλτιόν ἐστιν ἄρχεσθαι ταύτην τὴν ἀρχὴν, εἴπερ καὶ τοῖς εἰρημένοις· ἔστι γὰρ φύσει δοῦλος, ὁ δυνάμενος ἄλλου εἶναι. διὸ καὶ ἄλλου ἐστί· καὶ ὁ κοινωνῶν λόγου τοσοῦτον ὅσον αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἔχειν· τὰ γὰρ ἄλλα ζῶα οὐ λόγου αἰσθανόμενα, ἀλλὰ παθήμασιν ὑπηρετεῖ. καὶ ἡ χρεία δὲ παραλλάττει μικρόν· ἡ γὰρ πρὸς τἀναγκαῖα τῷ σώματι βοήθεια γίνεται παρ' ἀμφοῖν, παρά τε τῶν δούλων, καὶ παρὰ τῶν ἡμέρων ζώων.

36 βού-

36 Natura

36 βούλεται μὲν οὖν ἡ φύσις καὶ τὰ σώματα διαφέροντα ποιεῖν τὰ τῶν ἐλευθέρων, καὶ τῶν δούλων· τὰ μὲν, ἰσχυρὰ πρὸς τὴν ἀναγκαίαν χρῆσιν· τὰ δ', ὀρθὰ, καὶ ἄχρηστα πρὸς τὰς τοιαύτας ἐργασίας, ἀλλὰ χρήσιμα πρὸς πολιτικὸν βίον· οὗτος δὲ καὶ γίνεται διῃρημένος εἴς τε τὴν πολεμικὴν χρείαν καὶ τὴν εἰρηνικήν. συμβαίνει δὲ πολλάκις καὶ τοὐναντίον, τοὺς μὲν τὰ σώματ' ἔχειν ἐλευθέρων, τοὺς δὲ τὰς ψυχάς·

37 ἐπεὶ τοῦτό γε φανερὸν, ὡς εἰς τοσοῦτον γένοιντο διάφοροι τὸ σῶμα μόνον, ὅσον αἱ τῶν θεῶν εἰκόνες, τοὺς ὑπολειπομένους πάντες φαῖεν ἂν ἀξίους εἶναι τούτοις δουλεύειν. εἰ δ' ἐπὶ τοῦ σώματος τοῦτ' ἀληθὲς, πολὺ δικαιότερον ἐπὶ τῆς ψυχῆς τοῦτο διωρίσθαι. ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ῥᾴδιον ἰδεῖν τό, τε τῆς ψυχῆς κάλλος, καὶ τὸ τοῦ σώματος.

38 ὅτι μὲν τοίνυν εἰσὶ φύσει τινὲς, οἱ μὲν ἐλεύθεροι, οἱ δὲ δοῦλοι, φανερὸν, οἷς καὶ συμφέρει τὸ δουλεύειν, καὶ δίκαιόν ἐστιν.

36 Natura itaque fit vt corpora diſſimilia ſint & liberorum & ſeruorum. Horum quidem neruoſa & robuſta & ad operas quotidianas cōpoſita. Illorum procera quidem & decora, & ad has laborioſas actiones inepta. Apta tamen & cōuenientia ad vrbanam ciuilemq; vitam, ita videlicet belli paciſq; temporibus hominum vita varie diuiſa eſt & diſtincta. Contra vero frequenter accidit, vt hi liberorum corpora, illi vero animos habeant.

37 Verũenimuero id plane conſtat ſi qui tãtum corpore duntaxat excellerent, quantum pręſtant imagines deorum: æquum eſſe profecto putaretur, vt illos duces & principes cæteri ſibi conſtituerẽt, *eorumque dictis audientes eſſent. †

Quod ſi in corporis ſtatura figuraque tantũ valet, multo magis in animi dignitate & pręſtantia valebit: tametſi non tam facile ſit animi pulchritudinem quam corporis intueri. 38 Quæ cum ita ſint, perſpectum eſſe arbitror, natura liberos alios eſſe, alios ſeruos iiſque ſeruitutem ipſam & vtilem & iuſtam eſſe.

36 Diſtinguit ad aſſumptionis illuſtrationem naturales habitus corporis. Naturales habitus corporis in domino & ſeruo.

37 Diſputat ex corporis collatione principatum animo definiendum. Syll. ſic eſt. Si qui præſtant corpore, digni videantur imperio, multo magis qui præſtant animo. Illud autem: hoc igitur.

** Sicut in AEthiopia fieri dicitur lib. 4. lin. 22.*

† Sic in AEthiopia proceritatis & pulchritudinis ratione principes & magiſtratus creari dicuntur.

38 Concludit ſeruitutẽ quibuſdam eſſe naturalem, eamq; vtilem & iuſtam.

CAP. IV.

39 Confirmauit adhuc sententiam suam, deinde contrariam refellit, distinctione & diuisione naturalis & legalis seruitutis: quod seruitus naturalis benigna sit, legalis autẽ plerumque iniqua. Quod efficientibus ita demonstratur. Iniquum est in iuria affectum, iniuriam facienti subiici. Id autem plerumque fit in legali seruitute. Iniqua igitur. Assumptio prima est, complexio sequitur similitudine iniqui oratoris exposita.

40 Disputatio de iure gentium quo seruitutes iniquæ & iniustæ constitutæ sunt: hoc ius defenditur à Thrasymacho in libris Platonis de repub. & 3. de legibus citatur.

QVOD [39] vero etiã qui contra ista dicũt, quadam ex parte recte sentiant, non est magnum aut difficile cognoscere. Nã bifariam seruitus & seruus intelligitur: & seruus est quidam secundum legem: & lex consensio quædam qua bello capta potestati victoris addicuntur & permittuntur.

[40] Hoc autem ius pleriq; legumlatores insectantur, & simile statuunt oratoris esse, qui cõtra patrias & honestas leges iniquã rogationẽ promulgarit: quasi graue sit & iniquum, ei qui vi plus valeat & possit, oppressum & afflictum in seruitutem tradi: æque nonnullis sentẽtia, aliis autem, iisque [41] sapientibus contraria probatur.

[42] Caussa dissensionis huius & contentionis, quodq; tam controuersas opiniones attulit, est quod virtus vel mediocribus instrumentis freta, afferre vim maximam potest: ac quicquid fortius ac potentius est, id semper in boni cuiusdam præstantia

CAP. IV.

ΟΤΙ [39] δὲ καὶ οἱ τἀναντία φάσκοντες, τρόπον τινὰ λέγουσιν ὀρθῶς, οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν. διχῶς γὰρ λέγεται τὸ δουλεύειν, καὶ ὁ δοῦλος. ἔστι γάρ τις κατὰ νόμον δοῦλος, καὶ δουλεύων. ὁ γὰρ νόμος, ὁμολογία τίς ἐστιν ἐν ᾧ τὰ κατὰ πόλεμον κρατούμενα τῶν κρατούντων εἶναί φασι.

[40] τοῦτο δὲ τὸ δίκαιον πολλοὶ τῶν ἐν τοῖς νόμοις, ὥσπερ ῥήτορα, γράφονται παρανόμων, ὡς δεινόν, εἰ τοῦ βιάσασθαι δυναμένου, καὶ κατὰ δύναμιν κρείττονος, ἔσται δοῦλον καὶ ἀρχόμενον τὸ βιασθέν· καὶ τοῖς μὲν οὕτω δοκεῖ, τοῖς δ' ἐκείνως,

[41] καὶ τῶν σοφῶν.

[42] αἴτιον δὲ ταύτης τῆς ἀμφισβητήσεως, καὶ ὃ ποιεῖ τοὺς λόγους ἐπαλλάττειν, ὅτι τρόπον τινὰ ἀρετὴ τυγχάνουσα χορηγίας, καὶ βιάζεσθαι δύναται μάλιστα, καὶ ἔστιν ἀεὶ τὸ κρατοῦν ἐν ὑπεροχῇ

41 Sic Thrasymachus primo de rep. & Callicles in Gorgia apud Platonem.

42 Ratio pro legali seruitute quod vis & potentia virtuti & excellentiæ coniuncta videatur ubi demonstratur controuersiæ caussa, ex ambiguo iustitiæ verbo.

constituitur:

ἐν ὑπεροχῇ ἀγαθοῦ τινος· ὥστε δοκεῖν μὴ ἄνευ ἀρετῆς εἶναι τὴν βίαν, ἀλλὰ περὶ τοῦ δικαίου μόνον εἶναι τὴν ἀμφισβήτησιν. Διὰ γὰρ τοῦτο, τοῖς μὲν εὔνοια δοκεῖ τὸ δίκαιον εἶναι, τοῖς δ' αὐτὸ τοῦτο δίκαιον, τὸ τὸν κρείττονα ἄρχειν·

43 ἐπεὶ διαστάντων γε χωρὶς τούτων τῶν λόγων, οὔτ' ἰσχυρὸν οὐδὲν ἔχουσιν, οὔτε πιθανὸν ἅτεροι λόγοι, ὡς οὐ δεῖ τὸ βέλτιον κατ' ἀρετὴν ἄρχειν καὶ δεσπόζειν. ὅλως δ' ἀντεχόμενοί τινες, ὡς οἴονται, δικαίου τινός· ὁ γὰρ νόμος δίκαιόν τι· τὴν κατὰ πόλεμον δουλείαν τιθέασι δικαίαν· ὅλως δ' οὔ φασι. τήν τε γὰρ ἀρχὴν ἐνδέχεται μὴ δικαίαν εἶναι τῶν πολέμων, καὶ τὸν ἀνάξιον δουλεύειν οὐδαμῶς ἂν φαίη τις δοῦλον εἶναι· εἰ δὲ μή, συμβήσεται τοὺς εὐγενεστάτους εἶναι δοκοῦντας, δούλους εἶναι, καὶ ἐκ δούλων, ἐὰν συμβῇ πραθῆναι ληφθέντας. διόπερ αὐτοὺς οὐ βούλονται λέγειν δούλους, ἀλλὰ τοὺς βαρβάρους. καίτοι ὅταν τοῦτο λέγωσιν, οὐδὲν ἄλλο ζητοῦσιν, ἢ τὸ φύσει δοῦλον, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς εἴπομεν. ἀνάγκη γὰρ

Atque etiam quæ passim præcepta diuulgataque sunt, quomodo homines nõnulli pecuniæ cupidi diuitias sunt adepti, ea colligenda sunt: hæc enim omnia proderunt iis qui quæstuariam artem consectantur, quale est illud Thaletis Milesii: hæc enim prouisio est quæstus facienti propria, sed illi propter sapientiam est attributa tametsi generaliter & communiter accipi potest. Nam cum illi ob inopiam & paupertatẽ, philosophiæ studium velut inutile & inane exprobraretur: dicitur per Astrologiam futuram olearũ vbertatem obseruasse, cumque paucos nummos haberet arrhabone dato omnes agri & Milesii & Chii oleas hyeme nõdũ præterita tenui & vili precio, cum nemo videlicet pluris licitaretur, coemisse, deinde cum tẽporis aduenisset occasio, multis vno tempore & repente oleum quærentibus quomodo voluit, & quanti libuit, vendidisse, magnaque postea ex ea re pecunia auctus & locupletatus demonstrauit facile philosophis esse ditescere si velint. At id nequaquam esse in quo studium suum collocarent. Thales itaque ad hunc modum philosophiæ specimen exhibuisse memoratur. Est autem

λές· ἔτι δὲ καὶ τὰ λεγόμενα σποράδην, δι' ὧν ἐπιτετυχήκασιν ἔνιοι χρηματιζόμενοι, δεῖ συλλέγειν. πάντα γὰρ ὠφέλιμα ταῦτ' ἐστὶ τοῖς τιμῶσι τὴν χρηματιστικήν· οἷον καὶ τὸ Θάλεω τοῦ Μιλησίου· τοῦτο γάρ ἐστι κατανόημά τι χρηματιστικόν, ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν διὰ τὴν σοφίαν προσάπτουσι, τυγχάνει δὲ καθόλου τι ὄν. ὀνειδιζόντων γὰρ αὐτῷ διὰ τὴν πενίαν, ὡς ἀνωφελοῦς τῆς φιλοσοφίας οὔσης, κατανοήσαντά φασιν αὐτὸν ἐλαιῶν φορὰν ἐσομένην ἐκ τῆς ἀστρολογίας, ἔτι χειμῶνος ὄντος, εὐπορήσαντα χρημάτων ὀλίγων ἀρραβῶνας διαδοῦναι τῶν ἐλαιουργίων, τῶν τ' ἐν Μιλήτῳ καὶ Χίῳ πάντων, ὀλίγου μισθωσάμενον, ἅτ' οὐθενὸς ἐπιβάλλοντος· ἐπειδὴ δ' ὁ καιρὸς ἧκε, πολλῶν ζητουμένων, ἅμα καὶ ἐξαίφνης ἐκμισθοῦντα ὃν τρόπον ἠβούλετο, πολλὰ χρήματα συλλέξαντος, ἐπιδεῖξαι ὅτι ῥᾴδιόν ἐστι πλουτεῖν τοῖς φιλοσόφοις ἂν βούλωνται, ἀλλ' οὐ τοῦτ' ἔστι περὶ ὃ σπουδάζουσι. Θαλῆς μὲν οὖν λέγεται τοῦτον τὸν τρόπον

ἐπίδειξιν ποιήσασθαι τῆς σοφίας. ἔστι δ', ὥσπερ εἴπομεν, καθόλου τὸ τοιοῦτον χρηματιστικὸν, ἐάν τις δύνηται μονοπωλίαν αὑτῷ κατασκευάζειν. διὸ καὶ τῶν πόλεων ἔνιαι τοῦτον ποιοῦνται τὸν πόρον, ὅταν ἀπορῶσι χρημάτων. μονοπωλίαν γὰρ τῶν ὠνίων ποιοῦσιν. ἐν Σικελίᾳ δέ τις τεθέντος παρ' αὐτῷ νομίσματος, συνεπρίατο πάντα τὸν σίδηρον ἐκ τῶν σιδηρείων. μετὰ δὲ ταῦτα, ὡς ἀφίκοντο ἐκ τῶν ἐμπορείων οἱ ἔμποροι, ἐπώλει μόνος, οὐ πολλὴν ποιήσας ὑπερβολὴν τῆς τιμῆς· ἀλλ' ὅμως, ἐπὶ τοῖς πεντήκοντα ταλάντοις ἐπέλαβεν ἑκατόν. τοῦτο μὲν οὖν ὁ Διονύσιος αἰσθόμενος, τὰ μὲν χρήματα ἐκέλευσεν ἐκκομίσασθαι· μὴ μέντοι γ' ἔτι μένειν ἐν Συρακούσαις, ὡς πόρους εὑρίσκοντα τοῖς αὑτοῦ πράγμασιν ἀσυμφόρους. τὸ μέντοι ὅραμα Θάλεω καὶ τούτῳ ταὐτόν ἐστιν· ἀμφότεροι γὰρ ἑαυτοῖς ἐτέχνασαν γίνεσθαι μονοπωλίαν. χρήσιμον δὲ γνωρίζειν ταῦτα καὶ τοῖς πολιτικοῖς· πολλαῖς γὰρ πόλεσι δεῖ χρηματισμοῦ, καὶ τοιούτων πόρων, ὥσπερ οἰκίᾳ· μᾶλλον δὲ, διόπερ

tem quæstus documentum, sicuti diximus, generale & vniuersum, si quis priuilegiũ hoc, vt solus vẽdat sibi comparare possit. Itaq; nonnullæ ciuitates, si quando pecunia egeant, talem quæstum faciunt: Monopolium enim rerum venalium instituunt. Atque in Sicilia quidam, cum numeratam pecuniam haberet, omne ferrum à ferrariis coemit: Deinde cum ex negotiationibus mercatores accederent, vendebat solus, nec longe supra vsitati precii modum, sed ita tamen vt ex quinquaginta talentis, centum conficeret. Quod cum Dionysius animaduerteret, suas quidem ipsum pecunias efferre iussit. Syracusis tamẽ manere vetuit, quippe quem quæstus rebus suis alienos commentum deprehendisset: tametsi hoc commentum Thaletis consilio simillimum germanumque est: vterque enim sibi Monopolium solertia quadam reperit. Atque harum rerum cognitio principibus & rerumpub. rectoribus vtilis est. Nam multæ ciuitates, sicuti familiæ ac multo etiam magis, pecuniis & his quæstibus indigent. Quare quidam ciuitatum principes hæc omni ratione diligen-

tiaque procurant ac perse-quuntur.

τινὲς καὶ πολιτεύονται τῶν πολιτευομένων ταῦτα μόνον.

Quartæ partis argumentum.

Quarta & postrema primi politici parte reuocatur partitio quinti capitis & de reliquis societatibus, de paterna & coniugali pauca disputantur, & ex illa secundæ partis distinctione generali, iura patris in liberos, mariti in uxorem repetuntur, vt etiam pateat ex illa naturæ lege domesticus, non solum politicus principatus. Pater secundum naturam regali imperio liberis imperat, vt 3. libro postea docebitur. Etenim rex naturali iure ille est, qui omni virtutis laude subditis excellit, ad eorumque salutem consilia sua omnia dirigit. Quare paternæ ætatis prudentia, paternique in liberos amoris pietas & beneuolentia regio in liberos imperio digna est. Sic Iuppiter appellatur à poetis pater & rex deorum, vt pater rex sit in familia, rex sit pater in repub. Nihil enim, si Platoni creditur, paternum regiumque imperium nisi multitudine & paucitate subditorum, differunt. Vir autem vxori timocratica æquitate & æqualitate præest. In timocratia autem ciues inter se sunt æquales, & vicissim imperãt & obtemperant. Nam tametsi mas ad imperandum sit aptior quam fœmina: fœmina tamen viri socia est, & quidem societate vitæ & prolis, qua, vt Aristoteles ait in œconomicis, nec maius nec sanctius esse quicquam potest, eademque hominis ingenui pars dimidia, & tanquam ciues ambo sint in ciuitate libera, & timocratica æquali iure cum marito vxor prædita est: hoc vno

hoc vno tamen distincta, quod maritus semper in magistratu sit, vxor perpetuo priuata, vt connubium timocratia quædam sit eodem perpetuo magistratu gubernata. Timocratia autem connubium imperandi parendique vicibus alterum. Quatuor vero familiæ partium maximam curam societas coniugalis paternaque desiderat, minorem herilis, minimam quæstuaria diligentia. Atque in tribus societatibus princeps quidem ipse maritus, dominus, pater præstanti & perfecta virtute præditus esse debet: vxor autem seruus, filius pro ratione imperati sibi muneris obeundi atque officii præstādi, vtcumque inchoata & instituta. Nec enim par in filio, vxore, seruo virtus, atq; in patre, marito, domino requiritur. Quamobrem Socrates reprehenditur, quod easdem viri ac mulieris virtutes fecerit. De sordidis opificibus similis est quæstio, quod in his ad sua sordida opificia moralis quædam virtus requiratur: minor tamen quam in seruis ad honestas & liberales, quæ à dominis imperantur actiones exequendum. Postremo loco probat Aristoteles œconomicam hanc doctrinam de minoribus societatibus viri & vxoris, domini, serui, patris, filii, deq; χρηματιστικῆς animi ciuilem doctrinam spectare.

ΚΕΦ. η.

Ἐπεὶ [66] δὲ τρία [μέρη] τῆς οἰκονομικῆς ἦν, ἓν μὲν δεσποτική, περὶ ἧς εἴρηται πρότερον· ἓν δὲ, πατρική· τρίτον δὲ, γαμική· καὶ γὰρ γυναικὸς ἄρχειν καὶ τέκνων, ὡς ἐλευθέρων μὲν

CAP. VIII.

CVm [66] vero tres œconomicæ disciplinæ partes institutæ sunt, vna herilis, de qua dictum est, altera coniugalis, tertia paterna. Quæ quidē postremæ in quadā principatus excellentia versan-

[66] *Reliquæ societate, coniugalis & paterna explicatur ex suis circumstantiis: quæ mariti politicum; patris regiū sit imperiū: tametsi viri imperium non planè politicum quia perpetuum.*

tur. Etenim paterfamilias & vxori & liberis vtrisque velut ingenuis imperat, nō eodem tamen imperii genere, sed vxori politica, liberis regia authoritate.

67 Nam mas ad imperandum sua natura aptior est q̃ fœmina, nisi forte cōtra naturam formatus & institutus sit: namq; qui ætate præstat, & perfectus est, quā qui iunior est & imperfectus.

68 Quamuis igitur in timocraticis magistratibus permultis vicissitudo sit & imperandi & parendi, æqualique iure & princeps & subditus esse, nec vlla re differre velit: attamen cum hic quidem imperet, ille autem paret, tum quandam & habitus & orationis & honoris excellentiam esse seruādam arbitrātur, quemadmodum peluis argumento Amasis demonstrauit. Atque mas si cum fœmina comparetur, illum timocraticum dignitatis & excellentiæ locū perpetuum habebit. In liberos autem patris imperium regale est. Nam qui procreauit, & amicitiæ & ætatis iure imperium obtinet.

69 Quæ regiæ potestatis species & forma quædam est. Quare merito Homerus Iouem cum dixit:

ἀμφοῖν, οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ γυναικὸς μὲν πολιτικῶς, τέκνων δὲ βασιλικῶς·

67 τό τε γὰρ ἄρρεν φύσει τοῦ θήλεος ἡγεμονικώτερον, εἰ μή που συνέστηκε παρὰ φύσιν· καὶ τὸ πρεσβύτερον καὶ τέλειον, τοῦ νεωτέρου καὶ ἀτελοῦς·

68 ἐν μὲν οὖν ταῖς πολιτικαῖς ἀρχαῖς ταῖς πλείσταις μεταβάλλει τὸ ἄρχον καὶ τὸ ἀρχόμενον· ἐξ ἴσου γὰρ εἶναι βούλεται τὴν φύσιν, καὶ διαφέρειν μηθέν· ὅμως δὲ, ὅταν τὸ μὲν ἄρχῃ, τὸ δὲ ἄρχηται, ζητεῖ διαφορὰν εἶναι καὶ σχήμασι, καὶ λόγοις καὶ τιμαῖς· ὥσπερ ὁ Ἄμασις εἶπε τὸν περὶ τοῦ ποδανιπτῆρος λόγον. τὸ δ' ἄρρεν ἀεὶ πρὸς τὸ θῆλυ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. ἡ δὲ τῶν τέκνων ἀρχὴ, βασιλική. τὸ γὰρ γεννῆσαν, καὶ κατὰ φιλίαν ἄρχον, καὶ κατὰ πρεσβείαν ἐστίν·

69 ὅπερ ἐστὶ βασιλικῆς εἶδος ἀρχῆς· διὸ καλῶς Ὅμηρος τὸν Δία προσηγόρευσεν εἰπών,

67 Plato 5. de Rep. & 27. l. gñ viri & fœminæ natura eādem facit, & vtriq. eandem disciplinam & ministrā & gymnasticam & reliquorū generis: mulieribus tamen quia natura sunt imbecilliores, leuiora munera tribuit.

68 Amasis Ægyptius rex contemptus erat populo, q̄a genere plebeius esset. Ex pelui igitur aurea, in qua pedes abluere & spuere & meiere Ægyptii consueuerāt, Demonis statuam confecit, & in clarissimo vrbis loco posuit, q̄ & vidit ab Ægyptiis religiose coli, tum vocata populi cōcione, dixit se peluis illius esse similē, quæ antea tam vilis & abiecta, nunc ꝓpter formam coleretur. Itaque se quamuis antea plebeius fuisset, regē tamen esse factū & idcirco honorandū & venerendum.

69 Declarat paternum imperium Homeri testimonio, ad q̄ allusit numero hu-

Pater

- πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, τὸν βασιλέα τούτων ἁπάντων. φύσει γὰρ τὸν βασιλέα διαφέρειν μὲν δεῖ, τῷ γένει δ' εἶναι τὸν αὐτόν· ὅπερ πέπονθε τὸ πρεσβύτερον πρὸς τὸ νεώτερον, καὶ ὁ γεννήσας πρὸς τὸ τέκνον.

70 Φανερὸν τοίνυν ὅτι πλείων ἡ σπουδὴ τῆς οἰκονομίας περὶ τοὺς ἀνθρώπους, ἢ περὶ τὴν τῶν ἀψύχων κτῆσιν, καὶ περὶ τὴν ἀρετὴν τούτων, ἢ περὶ [τὴν] τῆς κτήσεως, ὃν καλοῦμεν πλοῦτον· καὶ τῶν ἐλευθέρων μᾶλλον ἢ δούλων.

71 πρῶτον μὲν οὖν περὶ δούλων ἀπορήσειεν ἄν τις, πότερόν ἐστιν ἀρετή τις δούλου παρὰ τὰς ὀργανικὰς καὶ διακονικὰς ἄλλη τιμιωτέρα τούτων, οἷον σωφροσύνη, καὶ ἀνδρία, καὶ δικαιοσύνη, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἕξεων, ἢ οὐκ ἔστιν οὐδεμία παρὰ τὰς σωματικὰς ὑπηρεσίας. ἔχει γὰρ ἀπορίαν ἀμφοτέρως. εἴτε γάρ ἐστι, τί διοίσουσι τῶν ἐλευθέρων; εἴτε μή ἐστιν, ὄντων ἀνθρώπων, καὶ λόγου κοινωνούντων,

Pater hominumque deorumque.

omnium regem appellauit. Natura siquidem regem superiorem & præstantiorem esse docet, genere vero parẽ & æqualem qualis est senioris cũ iuniore & patris cum liberis ratio & comparatio.

70 Ex his autem facultatibus, quæ ad patremfamilias attinent, maiorem diligentiam homines, quam rerum inanimatarum possessiones, & hominũ institutio, quam diuitiarũ amplificatio, itemque hominum ingenuorum perfectio quam seruorum formatio, maiorem inquam diligentiam grauioremque cautionem desiderant.

71 Primum vero de seruis fortasse quæret aliquis, sit ne eorum præter illas ministras & famulas corporis virtutes, alia quædam virtus illustrior, vt, temperantia, fortitudo, iustitia, & eius generis virtutum aliqua, an omnino præter corporis functiones & ministeria nulla sit. Res enim habet vtrinque dubitationem. Etenim si fuerit virtus aliqua seruorum, qd inter seruos & liberos intererit? si nulla fuerit, id sane alienum & absurdum videbitur, cum serui sint homines & mentis ac rationis cõpotes.

mus 14. de regis autem natura vide lib. um tertium.

70 Comparatio quatuor œconomicarum partiũ, quanta in singulis studium requiratur.

71 Quæstio de tribus imperiis herili, coniugali, paterno: an imperantis & obedientis eadẽ sit virtus, an serui & domini, viri & vxoris, patris & filii. q ex variis personarũ circumstantiis in vtranque partẽ disputatur.

Quæ quidē quæſtio eadem propemodum fuerit de muliere & puero, vtrum ſint horum ſuæ quoq; virtutes, mulieremque & temperantē & fortem & iuſtam, atque item puerū [72] cōtinentem & modeſtū eſſe deceat nec ne. Atque id in vniuerſum conſiderandum & ſpectandū eſt: an naturalis & principis & ſubditi virtus eadem ſit an diuerſa. Nam ſi vtrumque moribus honeſtis ornatum eſſe conueniat: quid erit omnino cauſſæ quamobrem hic imperet, ille pareat? Neque enim maioris & minoris virtutis cōparatione differentiaque diſtingui poſſunt: parere ſiquidem & imperare ſpecie differūt: quantitatis autem maioris aut minoris ratione nil differūt: quod ſi virtutem huic adeſſe, illi non adeſſe oporteat, id mirum videbitur. Quo pacto enim legitime princeps imperabit, niſi moderatus & iuſtus erit? quomodo ſubditus modeſte parebit, niſi virtutibus illis inſtructus erit? Intemperans enim & ignauus nihil horum faciet, quæ ratio & officium poſtulabit.

[73] Quare manifeſtū eſt, vtrumque virtute præditum eſſe oportere, ſed virtutis huius diſſimilitudinem quan-

72 In codicibus Græcis erat ἀκόλαστος, id est, intemperans, interpretes id ſequuti pro ἐγκρατής, id eſt, frugalis, continens, quia de virtute quæritur hic, non de vitio: & duo contraria hic coniungerentur, ἀκόλαστος καὶ σώφρων, id eſt, intemperans & temperans. In veteri interprete hoc verbū nullum eſt.

73 Diſſolutio quæſtionis quod diſſimilis ſit virtus principis & ſubditi, illius quidem perfecta, huius autē pro ratione ſui muneris inchoata.

των, ἄτοπον. σχεδὸν δὲ ταὐτόν ἐστι τὸ ζητούμενον καὶ περὶ γυναικὸς καὶ παιδὸς, πότερα καὶ τούτων εἰσὶν ἀρεταὶ, καὶ δεῖ τὴν γυναῖκα εἶναι σώφρονα, καὶ ἀνδρείαν, καὶ δικαίαν·

72 καὶ παῖς ἐστιν ἀκόλαστος, καὶ σώφρων, ἢ οὔ; καὶ καθόλου δὴ τοῦτ' ἔστιν ἐπισκεπτέον περὶ ἀρχομένου φύσει καὶ ἄρχοντος, πότερον ἡ αὐτὴ ἀρετὴ, ἢ ἑτέρα. εἰ μὲν γὰρ δεῖ ἀμφοτέρους μετέχειν καλοκἀγαθίας, διὰ τί τὸν μὲν ἄρχειν δέοι ἂν, τὸν δὲ ἄρχεσθαι καθάπαξ; οὐδὲ γὰρ τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον οἷόν τε διαφέρειν· τὸ μὲν γὰρ ἄρχεσθαι καὶ ἄρχειν, εἴδει διαφέρει· τὸ δὲ μᾶλλον καὶ ἧττον, οὐδέν. εἰ δὲ τὸν μὲν δεῖ, τὸν δὲ μὴ, θαυμαστόν. εἴτε γὰρ ὁ ἄρχων μὴ ἔσται σώφρων καὶ δίκαιος, πῶς ἄρξει καλῶς; εἴθ' ὁ ἀρχόμενος, πῶς ἀρχθήσεται καλῶς; ἀκόλαστος γὰρ ὢν καὶ δειλὸς, οὐθὲν ποιήσει τῶν προσηκόντων.

73 φανερὸν τοίνυν, ὅτι ἀνάγκη μὲν μετέχειν ἀμφοτέρους ἀρετῆς, ταύτης δ' εἶναι διαφοράς, ὥσπερ καὶ τῶν φύσει ἀρχομέ-

dam

γνων. καὶ τοῦτο εὐθὺς ὑφήγηται περὶ τὴν ψυχήν. ἐν ταύτῃ γάρ ἐστι φύσει, τὸ μὲν ἄρχον, τὸ δὲ ἀρχόμενον· ὧν ἑτέραν φαμὲν εἶναι ἀρετήν, οἷον τοῦ λόγον ἔχοντος, καὶ τοῦ ἀλόγου. δῆλον τοίνυν ὅτι τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ὥστε φύσει τὰ πλείω ἄρχοντα καὶ ἀρχόμενα. ἄλλον γὰρ τρόπον τὸ ἐλεύθερον τοῦ δούλου ἄρχει, καὶ τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος, καὶ ἀνὴρ παιδός· καὶ πᾶσιν ἐνυπάρχει μὲν τὰ μόρια τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἐνυπάρχει διαφερόντως. ὁ μὲν γὰρ δοῦλος, ὅλως οὐκ ἔχει τὸ βουλευτικόν· τὸ δὲ θῆλυ, ἔχει μέν, ἀλλ' ἄκυρον· ὁ δὲ παῖς, ἔχει μέν, ἀλλ' ἀτελές. ὁμοίως τοίνυν ἀναγκαῖον ἔχειν, καὶ περὶ τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς ὑποληπτέον· δεῖν μὲν μετέχειν πάντας, ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλ' ὅσον ἑκάστῳ πρὸς τὸ αὑτοῦ ἔργον. διὸ τὸν μὲν ἄρχοντα τελέαν ἔχειν δεῖ τὴν ἠθικὴν ἀρετήν· τὸ γὰρ ἔργον ἐστὶν ἁπλῶς τοῦ ἀρχιτέκτονος·

dam eſſe, velut in iis quæ ſua natura alterius imperio ſubiecta ſunt: quod animi exemplo demõſtrari atque intelligi poteſt, cuius vna pars natura præeſt & imperat, altera ſubeſt & obſequitur atq; vtriuſque virtutem diuerſam & differentem eſſe dicimus; eius nempe, quæ tum rationis eſt particeps, tum quæ rationis eſt expers. Atq; etiam cæteris in rebus cõſtat eandem eſſe rationem. Multa itaque & varia genera ſunt eorum quæ natura & imperant, & in imperio ſunt. Alio enim genere ingenuus imperat ſeruo, & mas fœminæ & vir puero: in iiſque omnibus animi partes cernuntur, ſed differentes & diſtinctæ. Seruus enim partem eã, qua conſilii & iudicii vis ſeu facultas & poteſtas cõtinetur, omnino non habet: *mulier habet quidẽ ſed imbecillam & infirmam, puer autem inchoatam & imperfectã. Atqui ſimiliter de moralibus eorum virtutibus neceſſario ſtatuendũ eſt: iudicandumq; omnes harũ virtutum compotes eſſe oportere, non eodẽ tamẽ modo, ſed quãtum cuique ad ſuum munus obeundum ſatis fuerit: vt princeps quidem perfectam & conſummatã morũ virtutem habeat. Operis enim ſumma exædificatio & vniuerſa, architecti & fabrorum principis eſt: Morale autem hoc opus mens & ra-

* Plato 477. 478.

tio, qua princeps excellit, quasi machinatur & architectatur. Post principem vero reliqui tantum moralis virtutis habebunt, quantū decuerit. Palam est igitur ad eos omnes, quos diximus, moralem virtutem pertinere; nec eandē temperantiam esse mulieris & viri, neque fortitudinem, neque iustitiam: 74 quemadmodum Socrates existimauit, sed illius quidem fortitudinē esse ducem & principem, huius vero comitē & administrā, eodemque modo in cæteris: ꝙ singulas res expendenti & consideranti manifestum erit. Errant enim omnino qui virtutem putant, animo bene affectum & constitutum esse, aut recte agere, aut qdpiam generis eiusdē:* longe enim acutius sentiunt qui virtutes enumerant vt Gorgias, quā qui hoc pacto definiunt. Quare quemadmodum.

75 Sophocles poeta dixit de muliere:

Taciturnitas mulieris est ornamentum.

At viri nequaquam eadē virtus est. Sic de omnibus est ęstimandum. Cum autē puer sit immaturus, virtus non ipsi videlicet ipsius nomine,

τονος· ὁ δὲ λόγος ἀρχιτέκτων· τῶν δὲ ἄλλων ἕκαστον, ὅσον ἐπιβάλλει αὐτοῖς. ὥστε φανερὸν ὅτι ἐστὶν ἠθικὴ ἀρετὴ τῶν εἰρημένων πάντων, καὶ οὐχ ἡ αὐτὴ σωφροσύνη γυναικὸς, καὶ ἀνδρός· οὐδ᾽ ἀνδρία, καὶ δικαιοσύνη, καθάπερ ᾤετο Σωκράτης·

74 ἀλλ᾽ ἡ μὲν, ἀρχικὴ ἀνδρία, ἡ δ᾽, ὑπηρετική. ὁμοίως δ᾽ ἔχει καὶ περὶ τὰς ἄλλας. δῆλον δὲ τοῦτο καὶ κατὰ μέρος μᾶλλον ἐπισκοποῦσι· καθόλου γὰρ οἱ λέγοντες ἐξαπατῶσιν ἑαυτοὺς, ὅτι τὸ εὖ ἔχειν τὴν ψυχὴν, ἀρετὴ, ἢ τὸ ὀρθοπραγεῖν, ἤ τι τῶν τοιούτων. πολὺ γὰρ ἄμεινον λέγουσιν οἱ ἐξαριθμοῦντες τὰς ἀρετὰς, ὥσπερ Γοργίας, τῶν οὕτως ὁριζομένων·

75 διὸ δεῖ, ὥσπερ ὁ ποιητὴς εἴρηκε περὶ γυναικὸς, οὕτω νομίζειν ἔχειν περὶ πάντων.

„ γυναικὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.

ἀλλ᾽ ἀνδρὶ οὐκέτι τοῦτο. ἐπεὶ δ᾽ ὁ παῖς ἀτελὴς, δῆλον ὅτι τούτου μὲν καὶ ἡ ἀρετὴ οὐκ αὐτοῦ πρὸς αὐτόν ἐστιν, ἀλλὰ πρὸς τὸ τέ-

sed

47 Digressio in Platonē, quod virtutes viri & uxoris easdē faciat, quodq; virtutē male definiat. Socrates in Memnone virtutes virorū & mulierū cōmunes facit. Id in 5. de rep. & 7. de leg. cōmunem vtrisq; disciplinā, vbi etiam ꝙ de Gorgia mox sequitur. Hic enim Memnon Gorgiæ discipulus virtutē definire non pōt, sed enumerat virtutes viri, mulieris, ingenui, serui. Aristoteles dicit hic errare do et Platonē in definitione virtutis & Gorgiā recte sētire: ꝙ vtrūq; falsū videtur. Nam virtutis illa definitio, quāuis non absoluta, tamen vera est. Nec Gorgias cū species definit, genus definit.

** Locus est Memnone 62. Memnō Gorgiæ discipulus non definit virtutē generaliter, sed multas species virtutis enumerat viri, mulieris, ingenui, serui. 75 Sopho-*

λειον, καὶ τὸ ἡγούμενον. ὁμοίως δὲ καὶ δούλου πρὸς δεσπότην. ἔθεμεν δὲ πρὸς τἀναγκαῖα χρήσιμον εἶναι τὸν δοῦλον. ὥστε δῆλον ὅτι καὶ ἀρετῆς δεῖται μικρᾶς, καὶ τοσαύτης ὅπως μήτε δι' ἀκολασίαν, μήτε διὰ δειλίαν ἐλλείψῃ τῶν ἔργων.

76 καιρήσειε δ' ἄν τις τὸ νῦν εἰρημένον εἰ ἀληθής, ἆρα καὶ τοὺς τεχνίτας δεήσει ἔχειν ἀρετήν· πολλάκις γὰρ δι' ἀκολασίαν ἐλλείπουσι τῶν ἔργων· ἢ διαφέρει τούτων πλεῖστον. ὁ μὲν γὰρ δοῦλος, κοινωνὸς ζωῆς· ὁ δὲ πορρώτερον, καὶ τοσοῦτον ἐπιβάλλει ἀρετῆς, ὅσονπερ καὶ δουλείας. ὁ γὰρ βάναυσος τεχνίτης, ἀφωρισμένην τινὰ ἔχει δουλείαν· καὶ ὁ μὲν δοῦλος, τῶν φύσει· σκυτοτόμος δ' οὐδείς, οὐδὲ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν,

77 φανερὸν τοίνυν ὅτι τῆς τοιαύτης ἀρετῆς αἴτιον εἶναι δεῖ τῷ δούλῳ τὸν δεσπότην, ἀλλ' οὐ τὸ διδασκαλικὴν ἔχοντα τῶν ἔργων δεσποτικήν.

78 διὸ λέγουσιν οὐ καλῶς οἱ λόγου τοὺς δούλους ἀποστεροῦντες, καὶ φάσκοντες ἐπιτάξει χρῆ-

ſed maturi & moderati eius quem ſequitur, ratione tribuitur, ſic item ſeruo ratione domini : ac quoniam in rebus commodis & vtilibus ſeruum poſuimus, patet ei virtute quadam opus eſſe, tãta quidem, vt nec intẽperãtia nec ignauia impeditus, officiũ deſerat. [76] Quæ modo dicta ſi vera ſunt, quęret aliquis, an opificiũ quoq; oporteat aliquam virtutem eſſe: frequenter enim ob intemperantiam opus ſuũ facere nequeũt: an potius magna intereſt differẽtia: ſeruus enim eſt nobis vitæ conſors & ſocius: Opifex autem longe diſiunctus à nobis & ſeparatus eſt: ac tantum virtutis obtinet, quantum ſane ſeruitutis. Sordidi enim & illiberales opifices, ſeruitutẽ lege quadam & conditione ſeruiũt. Ac ſeruus natura quidem ſeruus eſt: ſutor autem aut alius quiuis opifex non eſt natura ſutor aut opifex.

[77] Perſpicuum itaq; huiuſce virtutis quam ſeruus habeat, authorẽ & cauſſam eſſe dominum, at probum, inquam & verum dominũ, non eum qui tantummodo herilẽ ad opus imperandum ſciẽtiam habeat.

[78] Vnde conſtat eorum non veram eſſe ſententiam, qui apud ſeruos nulla ratione aut monitione, ſed mandato dun

cles in Aiace vbi paulo ſecus γυναὶ γυναιξί. κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.

76 Monetur ſimilis quæſtio de ſordidis opificibus, quos βαναύσους Ariſtoteles vocat, quaſi dicores caminarios. βαῦνος enim caminum ſignificat & αὔω incendo. His igitur opificibus quibus opere ſuo corpora deformantur, minorem genera ſeruis virtutẽ Ariſtoteles tribuit. Libri autem tertii parte prima Ariſtotele eorũ qui neceſſaria opera faciunt alios ſeruos, ſe vni miniſtrent aliosq; communi βαναύσους θῆτας appellat, id eſt ſordidos opifices & mercenarios.

77 Reperit ex antecedentibus ſerui virtutẽ ex domini virtute pendere.

78 Contra eſt in Græco negatius hic locus, ſed mendoſe. Nam

Aristoteles ipse hoc antea secūdo capite sensit, quod hic reprehēderetur. Seruis enim id tātum reliquit vt bene imperata facerent. Thomas sic locum hunc interpretatur: v de non dicūt bene qui dicunt q non est ratione vtēdum ad seruos, sed solo praecepto. Quae interpretatio Aristotelis sententiae congrua est: reprehenditur autem hic Plato q iubet 6. legum omnem cū seruis sermonem quod immodo imperium esse, neque iocādum cum ipsis, quod multi stulte facientes, eum delicatius eos nutriunt, difficilio em vitam & sibi ad imperādum & illis ad obediendum reddunt.

taxat vtendū esse existimant. Serui enim magis admonēdi sunt quam pueri. Sed hęc hactenus hoc modo praecepta sunt: [79] de viro autē & vxore, & liberis & patre, deque horum singulorum virtute & mutua inter se cōsuetudine, quid honestum sit, quid turpe, quomodo bonū quidem persequi, à malo autem declinare deceat, in sermone & disputatiōe de rep. differendum est. Cum enim tota familia pars sit ciuitatis, illaque omnia de quibus dictum est, familiae sunt partes: ac partis virtus ad totius virtutem referatur.

[80] Certe necesse est, ab iis qui rempub. instituunt, & pueros & mulieres institui, si quid ad honestos mores ciuitatis referat, & probos pueros esse, & probas mulieres esse. Atqui vero intersit necesse est, cum ingenui viri dimidium mulier ipsa sit: ex

δεῖ μόνον· νουθετητέον γὰρ μᾶλλον τοὺς δούλους ἢ τοὺς παῖδας, ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων διωρίσθω τοῦτον τὸν τρόπον.

[79] περὶ δὲ γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς, καὶ τέκνων καὶ πατρὸς τῆς τε περὶ ἕκαστον αὐτῶν ἀρετῆς, καὶ τῆς πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ὁμιλίας, τί τὸ καλῶς καὶ μὴ καλῶς ἐστὶ, καὶ πῶς δεῖ τὸ μὲν εὖ διώκειν, τὸ δὲ κακῶς φεύγειν, ἐν τοῖς περὶ τὰς πολιτείας ἀναγκαῖον ἐπελθεῖν. ἐπεὶ γὰρ οἰκία μὲν πᾶσα μέρος πόλεως, ταῦτα δ' οἰκίας τὴν δὲ τοῦ μέρους πρὸς τὴν τοῦ ὅλου δεῖ βλέπειν ἀρετὴν,

[80] ἀναγκαῖον πρὸς τὴν πολιτείαν βλέποντας, παιδεύειν καὶ τοὺς παῖδας καὶ τὰς γυναῖκας· εἴπερ τι διαφέρει πρὸς τὸ τὴν πόλιν εἶναι σπουδαίαν, καὶ τοὺς παῖδας εἶναι σπουδαίους, καὶ τὰς γυναῖκας σπουδαίας· ἀναγκαῖον δὲ διαφέρειν. αἱ μὲν γὰρ γυναῖκες, ἥμισυ μέρος τῶν ἐλευ-

77 Oeconomica doctrina pars est politicae, & sic 8. politic. statuitur, iuuentutis publicam curam & disciplinam esse debere Prolepsis quaedam est, ne videatur adhuc oeconomicam doctrinam alieno loco turbare. Syllogismus eiusmodi conficitur. ad hanc obiectionem refellendum. Partes & totum vna doctrina continentur: familia & eius rationes partes sunt, ciuitas totum: vna itaque doctrina continentur Aristoteles tamen in oeconomico distinguit οἰκονομικὴν καὶ πολιτικὴν, & subiectis partibus, id est, domo & ciuitate & toto ipso imperii genere. Reque a tamen videtur tota ista, de coniugali, herili, paterno imperio, deque tota familiae disciplina & moribus, institutio à ciuilis hominis cura separanda non esse, quia vna moralis est disciplina quam paterfamilias familiam & quam princeps ciuitatis ciuitatē docere debeat.

78 Complexio syllogismi, vnde nouus sic instituitur syllogismus. Si ad mores ciuitatis attineant mores mulieris & pueri, de iis est ciuili considerandū. At illud, hoc igitur. Assumptio

pueris

θέρων· ἐκ δὲ τῶν παίδων οἱ κοινωνοὶ γίνονται τῆς πολιτείας·

81 ὥστ', ἐπεὶ περὶ μὲν τούτων διώρισται, περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ἐν ἄλλοις λεκτέον, ἀφέντες ὡς τέλος ἔχοντας τοὺς νῦν λόγους, ἄλλην ἀρχὴν ποιησάμενοι, λέγωμεν· καὶ πρῶτον ἐπισκεψώμεθα περὶ τῶν ἀποφηναμένων περὶ τῆς πολιτείας τῆς ἀρίστης.

pueris autem reip. tandem rectores existant.

81 Quapropter cũ de his abũde dictum sit, de reliquis deinceps erit dicendum. his igitur omissis quæ satis superque tractata sunt, aliud initium dicendi faciamus, atq; imprimis quæ ab aliis de optimo reipub. statu tradita fuerint, consideremus.

adiunctis confirmatur.

81 *Transitio à familiæ partib. ad secundi libri de optimo reip. statu disputationem, vbi sententiæ aliorum refelluntur.*

Finis libri primi.

Argumentum secundi politici.

PRimo libro descripta est ciuitas ciuitatisque partes, dominica, quæstuaria, coniugalis, paterna. Secundo nulla disciplina politica proprie describitur, sed potius reprehensio contexitur variarum ciuitatum, Rerumpubl. tum scriptarum tantum, vt Platonis, Phaleæ, Hippodami, tum etiam moribus receptarum, vt Minois, Lycurgi, Solonis, Carthaginiensium, aduersus quas eiusmodi certamen instituitur, vt Aristoteles penitius hinc qualis est, cognosci possit, nõ solum in exquirendis rebus diligentius & industrius, sed in æstimandis & tractãdis veterũ sententiis ambitiosius & cõfusius. Sunt enim, vt prius illud expediam, Aristotelis labores in tot rebusspub. cognoscendis, imo vero potius in earum vitiis & errori-

bus exquirendis, virtutibus variis excerpendis & approbandis permagni: Nam si Magistratus spectes, totus in eo fere est Aristoteles, vt perniciosas illas rerumpub. pestes, tyrannos, prauorum libidines, populares insanias reiiciat, moneatque vt magistratibus leges moderatam de repub. bene merendi facultatem præbeāt, immoderatam perdendæ atque affligendæ reipublicæ potestatem ne concedant. Quid vero decretum illud Punicum de diuitiarum censu in creandis magistratibus adhibendo, quam vere, quamque magnifice refutatum est. Stoici diuitias in bonis non reponunt, solam virtutem extollunt. At Aristoteles virtutem vel inopem, reip. magistram facit, eique ex publico diuitia, nō socias sed famulas & ministras attribuit, turpeque existimat pecunia magistratus æstimari, & hac occasione ciuitatem ad auaritiam impelli. Nec vero virtutes minus accurate seliguntur quam vitia animaduertuntur, seu magistratus, seu vxores & liberos, seu facultates consideres, beatam nempe rempublicam esse Aristoteles existimat, in qua virtuti principatus attribuatur. Ac quoniam virtus in vno homine tota existere non potest, sed per partes veluti distributa in singularibus animis, vix apparet, rempub. fœlicem fore statuit, primum si ex omnibus excellentium rectorum & principum generibus, regum, optimatum, politicorum temperetur: sic capite 2. ait, Laconicā (quia sic temperata sit) optimam videri: deinde si per populum vniuersum, magistratus omnes & reges & senatores & tribuni & iudices non genere assumantur, sed virtute deligantur, non sorte nominentur, sed suffragio creentur: non sordida mercede gerantur, sed honestis stipendiis ornentur; non perpetui teneantur, sed

tempore

tempore præscripto deponantur, non soluta legibus potentia armentur, sed reddendis rationibus obnoxia authoritate decorentur; non pro libidine & arbitrio flectantur, sed pro patriæ more & instituto regantur, ac si quid vel in regno, vel senatu, vel tribunatu, vel iudicio peccauerint per vniuersum eundem populum corrigantur. Sic enim capite quinto de Lycurgea, & septimo de Carthaginensi, & octauo de Atheniensi republica præcipitur, quales magistratus Athenis quondam & Romæ, quales etiam in iisdem vrbibus populus fuit. Tum si propriæ sunt vxores, proprii liberi sic capite primo. totaque ciuitas non ad vnam sed ad omnem virtutem formetur, sic capite quinto. Postremum si facultates & fortunæ, propriæ quidem sint possessione, vsu tamen quodammodo, vt amicorum sunt omnia, per liberalitatē communes, sic capite primo; tantæ autem vt ciuitatem sustentent, & aduersus hostes tueantur, non vt eos ad rapiendum & prædandum sollicitent. sic capite tertio diuitiarum modum Aristoteles metitur. Atque hæc de studio veritatis, de ambitione autem & confusione non pauciora fere dici possunt. Nam vt illa præteream quod aliquam politiam pro Democratia, & Aristocratiam pro oligarchia coarguit & similium calumniarum, quæ suis locis patebunt, genera missa faciam. Hæc certe tolerari non potest, quod de vnitate, de communione, de æquatione, de vtilium inuentorum remuneratione, de sobolis propagatione malitiose argutatur. Plato in collocanda repub. sanctissimum illud fundamentum posuit, Vnitas, id est, mutua beneuoletia & charitas, ciuitatis est summum bonum, at quam improbis & veteratoriis sophismatis hoc fundamentum Aristoteles oppugnauit,

cum ille de animorum vnitate, id est, concordia & charitate loquatur, & seipsum clarissime explicet, hic calumnietur, quasi hanc vnitatem Plato requirat, qua ciuium multitudo è ciuitate tollatur, homo vnus tantum retineatur. Plato vnitatis illius gratia communionem vxorum & liberorum induxerat, talem fere, qualis quondam Lacedæmone fuerat: quæque nihil à cæteris aliarum ciuitatum, (quæ tum in Græcia fuerant) nuptiis differret, nisi forte quod illic vel duceres vel repudiares vxorem cum velles, & liberos tuos pro tuo arbitrio aleres & institueres. Hic autem magistratus publico consilio & matrimonia tum copularet tum dirimeret, & liberos omnium ciuium publice aleret & institueret. At Aristoteles hic æstuat, omniaq; humanæ peruersitatis genera vndiq; in hanc rẽpub. Platonis aggregat, quasi mala omnia quæ vsquam fuerint euentura, necesse sit ex hac rep. oriri: cum tamen ex omnibus ciuitatibus Græcis vna Lacedæmon, vbi communio illa fuerat, laudata & celebrata sit. Plato, immo etiã ante Platonem Minos, Lycurgus, Phaleas, vt egestas, opulẽtia atque ex his orta auaritia, profusio, lites, discordiæ, cædes, adulteria, fraudes, corruptelæ, aliaque similium malorum infinita genera tollerentur è ciuitate, vtque principes subditis, quamuis dignitate superiores, libertate tamen & fortunis pares essent, fortunarum æquationem constituerunt. At contra istam æquationem multis modis argumentatur Aristoteles, & totam vetustatem accusat, quasi diuitias æquauerit solum, mores non æquauerit, sed feros & immanes reliquerit. Non ex inæqualitate fortunarum prauæ animi libidines & cupiditates oriũtur, (ait Aristoteles) sed ex immoderatis cupiditatib. mala omnia nascuntur:

tur: nec origo nostrorum vitiorum est in opibus, sed in moribus. At vero & Minos & Lycurgus & Phaleas & Plato dicerent hanc reprehensionem sibi miram videri, cum mores lautius quam Aristoteles & magnificentius sua disciplina tueantur: sed tamen vitiorum caussa est in moribus (inquit Aristoteles) quia sponte scilicet improbi efficimur. Quid tum? Non igitur in opibus, ait, at certe hoc aduersus illos legumlatores valde infirmum consectarium fuerit. Est enim opulentia, vt non efficiens ex se caussa, certe adiumentum & instrumentum prauarum libidinum: & quidem Aristotelis ista tanta calumnia libro quarto ab Aristotele ipso refutatur, vbi Aristoteles disputat ex rebuspub. quas quamplurimæ ciuitates facile sequi possint, optimam esse omnium & beatissimam, vbi non diuites multi, non multi pauperes, sed omnes vel quam plurimi mediocres opes habeant; quod certe melius fieri non po. est, quam æquatione bonorum. Nec male poeta:

Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Et quanto procliuior ad libidinem est hominis natura, tanto certe diuitiarum inæqualitas maior est cupiditatum famula. Itaque non solum Minos, Lycurgus, Phaleas, Plato æquationem fortunarum sodalitiis & aliis institutis approbarunt, sed Christiani permulta Christianæ religionis initio collegia simili ratione instituerunt, totaque hæc quæstio huc recidit, an maior occasio malorum ex æqualitate fortunarum quam ex inæqualitate oriatur. Et certe magnum est è politico corpore duos grauissimos morbos expelli, inopiam & opulentiam, speciosumque fuerit regnum aliquod amplum tanquam cœnobium frugaliter administratum

intueri, in quo populus victu nunquam misere langueat, nunquam luxuriose lasciuiat, sed moderato & honesto perpetuam vitam degat. Quæ vero sunt & quales aduersus Hippodamũ machinæ? Lex est omnium legum diuinissima ab Hippodamo lata, vt præmiis afficiantur inuentores rerum ciuitati vtilium. Est enim legum omnium hic fons, vt boni præmio excitentur ad virtutem, improbi pœna deterreantur a vitio; hic Aristotelem videres omnes in partes se versare, ne, quam veterum sententiam non præuertisse captionib. suis videatur. Lycurgus omniũ Græciæ legumlatorum summus fuit, Aristoteles in eo nihil laudandum reperit, Lycurgus legem de propaganda sobole sanxerat: Aristoteles eam velut inopiæ & egestatis caussam reprehendit. Nunquam porro aduersus humani generis propagationem, tam fœdam medicinam opposuisset Aristoteles, neque tantopere formidasset, vnde multiplicatus populus viueret, si credidisset diuina magis quam humana prouidentia respub. regi, & ab eodem cœlesti patre hominum genus ali, a quo tot auium, piscium, pecudum genera quotannis infinite multiplicata gratis alerentur. Non sufficiet ager idem, non crescens, non crescens & augescens fructus sufficiet: diligentius excoletur ager, desertus & incultus qui fuerat arabitur, nouus acquiretur, colonia deducetur. Denique terra mater, liberis suis laborantibus præsertim ac vigilantibus alimentum dabit. Ac mirum est Aristoteli hæc tam nugatorie argutanti non venisse in mentem aquas piscibus, vt terras hominibus suffecturas non esse: cum hæc elementa eadem magnitudine permaneant, & pisces tamẽ infinito numero magis quam homines quotidie fœtificare non desinant. Pone hic Domini

mini præceptum, crescite & multiplicamini. Benedictio Dei de procreatione sobolis. Sed adhuc de inuentione Aristotelis & iudicio rerum. In summa autem dispositione methodus secundo libro eadem fuit quæ fuerat in primo: nulla perspicua diuisio, vt generalia & vniuersalia præcedant, specialia sequantur, sed vt quicque temere occurrit, prius posteriusve sit actum disputatumque est. Deinde si diligenter tantum tot reprehensionum, quæ secundo libro sunt, contentionem perpenderis, cognosces Aristotelem ingenio in exquirendis & cogitandis rebus copiosum & abundantē, iudicio in æstimandis præcipitem, methodo in collocandis plerumque inertem & confusum.

Argumentum primi capitis ad secundum librum.

Plato duas respublicas duobus diuersis operibus exposuit, alteram decē libris de republica, quam perfectiorem putat, alteram duodecim libris de legibus, quam arbitratur esse faciliorem. Aristoteles duobus primis secundi huius libri capitibus vtrumq; ad refellendum sibi proponit: nec tamen contra singulas earum rerumpublicarum partes, sed contra duas particulares, quæ sunt quinto libro vtriusq; operis, in quibus, vt excellentem quandam & beatam ciuitatem informaret Plato, communionem vxorum, liberorum, fortunarum induxit, & hanc orationem ita conclusit:

Vnitas est summum ciuitatis bonum.

Nam cum ciuitatis tanquam corporis vnius partes,

ita ciues inter se consentient, vt communes sint & voluptates & dolores, vt eodem pariter omnes offendantur & gaudeant: vt quicquid ad totam ciuitatem attineat, dicant singuli ciues, meum est: quicquid non attineat, dicant, non meum est: ea tanta charitate & conspiratione melius accidere ciuitati nil potest, tum illic assumitur:

At communio vxorum, liberorum, fortunarum, disciplina, & legibus instituta, vnitatem hanc efficit.

Omnes enim senes reuerentia patrum colentur, iuuenes omnes tanquam filij obseruabuntur, æquales diligentur vt fratres; Intemperantia cessabit, quia de publica sapientum magistratuum sententia ad procreãdam sobolem sacræ nuptiæ decernentur, & ad ditatas vxores viris certo tempore modesti aditus definientur; quemadmodum ad generosos equos procreandum, certo tempore equi nobiles equabus eximiis per Hippodamum interdum conceperint, & per eundem rursus ad concipiẽdum revoluto tempore vel iidem equi, iisdem equabus, aut alii non nobiles admittuntur. Procreati liberi publica cura instituentur in omnibus honestis ac necessariis artibus, qualis Lacedæmone quondam vxorum & liberorum communio fuit, qualis etiam fere Romæ: Nec enim cuivis cum quauis matrimoniũ contrahere licebat: & tamen uxorem fœcundam alteri vel commodare, vel ab altero capere sobolis gratia licebat, nec ab usitato cõtrahẽdi matrimonii more Platonica illa communio valde aberat, ut ex 5. de rep. apud Platonem intelligi potest: Discordiæ de privatis rebus conticescent, avaritia & iniustitia tollẽtur; quia plus nec habere nec tribuere licebit: Desidia & inertia abe-

aberit, quia sũmis laborib. & viri, & mulieres & pueri exercebuntur: Ignorantia nil oberit, quia Philosophi regnabunt; Deniq; ut in bene constituto corpore, sic in bene constituta ciuitate, cum ratio libidini imperabit, laborisq; & fructus, doloris & voluptatis communio fuerit, unitas & benevolentia civium, & charitas inter se summa sit necesse est: tandem concluditur:

Quare communio summum ciuitatis bonum. *Hunc igitur Platonicum syllogismum hoc capite labefactare conatur Aristoteles; sed valde leuiter & cupide. Nam tota contra propositionem malitiosa & captiosa disputatio est, cum de vnitate animorum Plato loquitur, quæ discordiæ & diuisioni opposita est, Aristoteles contra vnitatem multitudini oppositam disputet: quod qui vnam faciat ciuitatem, minuat eam, & ad vnam familiam redigat, tandem corrumpat. Ac tam longa disputatio contra assumptionem, quod ea communio sine exemplo sit; nec fieri possit, & si fiat, misera sit, non solum quia negligetur, & discordias ex inæqualitate laborum & fructuum pariet, sed etiã quia & amicitiam, & fructum rerum: & gratificandi facultatem, & liberalitatẽ, & temperantiam tollet, & propter ignorationem, inter propinquos, plagas & cædes & nefandos concubitus efficiet, tam lõga inquam contra assumptionem Platonis, licet duram, licet falsam, licet improbabilem, disputatio certe aduersus philosophum philosophis iudicibus, non tam magnã fidem faciat: quemadmodum in singulis argumentis erit manifestum, quodque in Platonis libris textus quodammodo respondet. Pro Socrate enim quod eum responsurum fuisse putauimus, ad singula argumenta breuiter respondimus. Valde autem confusa est disputatio:*

non ponitur initio summa Platonici illius syllogismi, contra quem deinde disputatur: nulla diuisio partium, nulla transitio: repetuntur etiam nonnulla & generalia argumenta (quæ primo loco esse debuerunt) tum præponuntur, tum postponuntur; plerunque vero quæstio neque ponitur, neque concluditur, vnde res est obscura.



ARISTOTELIS Politicon

CAP. II.

[1] *Proponitur generaliter initio contra descriptas adhuc insignes respub. disputationem futuram, & prolepsis adhibetur aduersus tantæ reprehensionis inuidiam.*

QVoniam [1] de ciuili societate considerare volumus, quæ prima videatur iis & optima qui beatissime possint, maximeque ex animi voto sententiaque viuere: de aliarum quoque rerũpub. statu considerandum nobis est, tum quomodo regantur nõnullæ ciuitates, quę pręclaris legibus & institutis fundatæ dicuntur: tum etiam omnino sint, ne aliæ quædam ab aliis traditæ & descriptæ, q̃ bene regi & gubernari posse videantur, vt omnis earum & dignitas & commoditas intelligatur. At vero si præstantius iis aliquid & melius exquiramus, nemo nos vano & inani contradicendi argutandique studio potius moueri, quam

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ πολιτικῶν

ΚΕΦ. β.

ΕΠΕΙ [1] δὲ προαιρούμεθα θεωρῆσαι περὶ τῆς κοινωνίας τῆς πολιτικῆς, ἣ κρατίστη πασῶν τοῖς δυναμένοις ζῆν ὅτι μάλιστα κατ' εὐχήν, δεῖ καὶ τὰς ἄλλας ἐπισκέψασθαι πολιτείας, αἷς τε χρῶνταί τινες τῶν πόλεων τῶν εὐνομεῖσθαι λεγομένων· κἂν εἴ τινες ἕτεραι τυγχάνωσιν ὑπό τινων εἰρημέναι, καὶ δοκοῦσαι καλῶς ἔχειν, ἵνα τό τ' ὀρθῶς ἔχον ὀφθῇ, καὶ τὸ χρήσιμον· ἔτι δὲ τὸ ζητεῖν τι παρ' αὐτὰς ἕτερον, μὴ δοκῇ πάντως εἶναι σοφίζεσθαι βουλομένων, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ καλῶς ἔχειν

ἔχειν ταύτας τὰς νῦν ὑπαρχούσας, διὰ τοῦτο ταύτην δοκῶμεν ἐπιβαλέσθαι τὴν μέθοδον.

[2] ἀρχὴν δὲ πρῶτον ποιητέον, ἥπερ πέφυκεν ἀρχὴ ταύτης τῆς σκέψεως.

[2] ἀνάγκη γὰρ ἤτοι πάντας πάντων κοινωνεῖν τοὺς πολίτας, ἢ μηδενός· ἢ τινῶν μὲν, τινῶν δὲ μή. τὸ μὲν οὖν μηδενὸς κοινωνεῖν, φανερὸν ὡς ἀδύνατον·

[3] ἡ γὰρ πολιτεία, κοινωνία τίς ἐστι. καὶ πρῶτον ἀνάγκη τοῦ τόπου κοινωνεῖν. ὁ μὲν γὰρ τόπος, ἰσότης μιᾶς πόλεως· οἱ δὲ πολῖται, κοινωνοὶ τῆς μιᾶς πόλεως.

[3] ἀλλὰ πότερον ὅσων ἐνδέχεται κοινωνῆσαι, πάντων βέλτιον κοινωνεῖν τὴν μέλλουσαν οἰκήσεσθαι πόλιν καλῶς, ἢ τινῶν μὲν, τινῶν δ᾽ οὐ βέλτιον; ἐνδέχεται γὰρ καὶ τέκνων, καὶ γυναικῶν, καὶ κτημάτων κοινωνεῖν τοὺς πολίτας ἀλλήλοις, ὥσπερ ἐν τῇ πολιτείᾳ τοῦ Πλάτωνος. ἐκεῖ γὰρ ὁ Σωκράτης φησὶ δεῖν κοινὰ τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας εἶναι, καὶ τὰς κτήσεις. τοῦτο δὴ πότερον ὡς νῦν οὕτω βέλτιον ἔχειν, ἢ κατὰ τὸν ἐν τῇ πολιτείᾳ γεγραμμένον

ri, quam quod præſentium rerumpub. ſtatus non recte gubernetur. Hanc iccirco diſputationem contentionemque aggredi exiſtimet.

[2] Principio igitur hinc nobis eſt ordiēdum, vnde quæſtionis & inquiſitionis huius naturale ducitur exordium.

[2] Neceſſe quidem eſt aut omnia eſſe ciuium omnium communia, aut nulla, aut earum partim quædam eſſe communia, partim propria: Ut autem communia nulla ſint, certe fieri nullo modo poteſt. Ciuitas enim communitas eſt quædam, & communis ſit eius locus neceſſe eſt. Ciuitatis ſiquidem unius, vnus quidem locus eſt, & civitas ipſa civium ſuorum communis.

[3] Verumtamen an in civitate commode, & recte cōſtituenda preſtat omnia, quę quidem poſſunt, eſſe communia? An hæc quidem eſſe communia, illa autem propria? Dixerit enim fortaſſe quiſpiam conducere, vt civibus ipſis inter ſe communes ſint & liberi & uxores & facultates, velut in rep. Platonis. Illic enim Socrates ait, oportere & liberos, & vxores & fortunas cōmunes eſſe. An id igitur (vt ſit in hiſce) quæ nunc ſunt, rebuſpub. ita fieri

[2] *Triplex de repub. quæ exiſtere poſſit opinio: prima omnia facit cōmunia, ſecunda nulla: tertia q̄dam: ſecunda refellitur.*

Primo loco ex genere ciuitatis ciuitas eſt communitas. habet igitur ciuitas aliquid commune.

[2] *Ponit axioma tripartitū, ſed ſecundam partem* ὕστερον πρότερον *primo loco refellit generis argumento.*

[3] *Refutatio primæ & Platonicæ ſententiæ, omnia cōmunia facientis, quæ quatuor in partes diuiſa, quod abſurda, quod inconſequens, quod impoſſibilis, quod non ſatis explicata. Prima pars eſt contra propoſitionem Platonis, quod vnitas non ſit ſummum bonum. Primum argumentū eſt velut è repugnantib. cum ciuitas maxime ſit vna, in nihilū redigitur: vnitas igitur eſt ciuitatis ſūmū malū, non ſummū bonū.*

commodius eſt. An potius quemadmodum promulgata illa in civitate Platonis lege pſcribitur? Enimvero cũ alia pleraque incommoda & abſurda eiuſmodi vxorum communio continet, tum Socratis rationibus minime concluditur, quamobrem lex ea ferenda ſit, nec quod attinet ad finem, quem vt modo dictum eſt ciuitati propoſitum eſſe vult, fieri omnino poteſt, nec quicquam definitum eſt ab eo, qua ratione id ſtatuendum ſit, id eſt, quomodo civitas omnis vna fieri poſſit, quaſi videlicet id ſummum bonũ ſit. hanc enim hypotheſin diſciplinæ, atque hoc fundamentum inſtitutionis ſuæ ſibi Socrates poſuit. At ſi deducatur huc ciuitas, vt vna magis magiſque fiat, certe tandem ne civitas quidem erit. Conſtat enim ſua natura civitas hominum frequẽtia & multitudine, quod ſi ſic in vnitatem coacta redigatur: è civitate quidem familiam, è familia hominum tãtummodo facies. familia ſiquidem vnitati propior eſt quam ciuitas & homo unus, familia quam civitas. Quare ſi quis hoc efficere poſſit, quia tamen ciuitatem in nihilum redigeret, facere certe non debeat.

νόμον; Ἔχει δὲ δυσχερείας ἄλλας τε πολλὰς τὸ πάντων εἶναι τὰς γυναῖκας κοινάς, καὶ δι᾽ ἣν αἰτίαν φησὶ δεῖν νενομοθετῆσθαι τὸν τρόπον τοῦτον ὁ Σωκράτης, οὐ φαίνεται συμβαῖνον ἐκ τῶν λόγων· ἔτι δὲ πρὸς τὸ τέλος ὅ φησι τῇ πόλει δεῖν ὑπάρχειν, ὡς μὲν εἴρηται νῦν, ἀδύνατον· πῶς δὲ δεῖ διελεῖν, οὐδὲν διώρισται. λέγω δὲ τὸ μίαν εἶναι τὴν πόλιν πᾶσαν, ὡς ἄριστον [ὂν] ὅτι μάλιστα. λαμβάνει γὰρ ταύτην ὑπόθεσιν ὁ Σωκράτης. καίτοι φανερόν ἐστιν, ὡς προϊοῦσα καὶ γινομένη μία μᾶλλον, οὐδὲ πόλις ἔσται· πλῆθος γάρ τι τὴν φύσιν ἐστὶν ἡ πόλις· γινομένη τε μία μᾶλλον, οἰκία μὲν ἐκ πόλεως, ἄνθρωπος δ᾽ ἐξ οἰκίας ἔσται· μᾶλλον γὰρ μίαν τὴν οἰκίαν τῆς πόλεως φαίημεν ἄν, καὶ τὸν ἕνα τῆς οἰκίας. ὥστ᾽ εἰ καὶ δυνατός τις εἴη τοῦτο δρᾶν, οὐ ποιητέον· ἀναιρήσει γὰρ τὴν πόλιν·

4 Secundum argumentum velut è repugnantibus. Ciuitas neceſſario multiplex eſt, & ex variis generib compoſita. Non igitur vnam fieri, ſummum eſt eius bonum.

4 Neque tamen ex multis hominibus ſolum ciuitas efficitur,

4 οὐ μόνον δ᾽ ἐκ πλειόνων ἀνθρώπων ἐστὶν ἡ πόλις, ἀλλὰ καὶ

καὶ ἐξ εἴδει διαφερόντων. οὐ γὰρ γίνεται πόλις ἐξ ὁμοίων· ἕτερον γὰρ συμμαχία καὶ πόλις. τὸ μὲν γὰρ τῷ ποσῷ χρήσιμον, κἂν ᾖ τὸ αὐτὸ τῷ εἴδει· βοηθείας γὰρ χάριν ἡ συμμαχία πέφυκεν, ὥσπερ ἂν εἰ σαθμὸς πλεῖον ἑλκύσῃ. διοίσει δὲ τῷ τοιούτῳ καὶ πόλις ἔθνους, ὅταν μὴ κατὰ κώμας ὦσι κεχωρισμένοι τὸ πλῆθος, ἀλλ' οἷον Ἀρκάδες. ἐξ ὧν δὲ δεῖ ἓν γενέσθαι, εἴδει διαφέρει.

[5] διόπερ τὸ ἴσον τὸ ἀντιπεπονθὸς σώζει τὰς πόλεις, ὥσπερ ἐν τοῖς ἠθικοῖς εἴρηται πρότερον· ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς ἐλευθέροις καὶ ἴσοις ἀνάγκη τοῦτ' εἶναι. ἅμα γὰρ οὐχ οἷόν τε πάντας ἄρχειν, ἀλλ' ἢ κατ' ἐνιαυτὸν, ἢ κατά τινα ἄλλην τάξιν, ἢ χρόνον. καὶ συμβαίνει δὴ τὸν τρόπον τοῦτον, ὥστε πάντας [6] ἄρχειν, ὥσπερ ἂν εἰ μετέβαλλον οἱ σκυτεῖς, καὶ οἱ τέκτονες, καὶ μὴ οἱ αὐτοὶ ἀεὶ σκυτοτόμοι καὶ τέκτονες ἦσαν. ἐπεὶ δὲ βέλτιον οὕτως ἔχειν καὶ τὰ περὶ τὴν κοινωνίαν τὴν πολιτικὴν, δῆλον ὡς τοὺς αὐτοὺς ἀεὶ βέλτιον ἄρχειν, εἰ

ficitur, ſed ex multis etiam generibus hominum. Nec enim cõſtat è ſimilibus. Atq; aliud eſt commilitum ſocietas, aliud civitas: Illa ſiquidẽ numero prodeſt & copia, quamuis genere ſit vna. Auxilii enim gratia comparatur, vt ampliore militũ multitudine tanquam grauiore pondere plus trahatur. hoc item pacto ciuitas agente diſtinguitur, quando non eſt pagis diuiſa multitudo, ſed Arcadum more diſperſa, atque ideo genera diuerſa ſunt, ex quibus illa civitas vna comparanda ſit.

[5] Quare par & æqua cõpẽſatio, vt in Ethicis ante dictum eſt, ciuitatum ſalus eſt. Nam inter liberos & æquales hãc viciſſitudinem ineſſe neceſſe eſt: Simul. n. omnes magiſtratum gerere non poſſunt, ſed anno alii alio, aut quodam ordine aut tempore aliter inſtituto & præſcripto: [6] qua ratione etiam fit, vt omnes ad publicos honores accedant, quaſi nutrirẽtur ſutores & fabri: non iidem ſemper ſutores & fabri permanerent. Attamen quoniam præſtiterit eoſdem & ſutores & fabros permanere, præſtiterit quoque ſic inſtitutam ciuilis ſocietatis eſſe rationem: vt iidem magiſtratus ſemper imperent, ſi tamen id fieri poſſit. At in ciuitate fieri

[5] Tertium argumẽtum item velut è repugnantibus: talio & viciſſitudo eſt ciuitatis ſummum bonum. Nõ igitur vnitas. Captio eſt in complexione, quia talio & vnitas non diſſentiunt.

[6] Correctio quædam eſt, q; perpetuitas magiſtratuũ melior eſſet viciſſitudine, ſi fieri poſſet. At non poſſe. Itaq; præſtare viciſſitudinem perpetuitati.

non poteſt, propterea quod ſint omnes ciues inter ſe natura pares, ſimulque iuſtum videatur, vt ad capeſcendum magiſtratum, ſiue id ipſum proſit, ſiue obſit, nemini aditus intercludatur, In ea ſane ciuitate conuenit, vt qui inter ſe ſunt æquales, ſibi loco viciſſim cedant, tanquam à principio ſimiles eſſent. Per has enim vices imperant. Si quidem illi vero parent, tanquam mutati atque alii facti eſſent, eodemque ſane modo etiam eorum qui rebus præſunt, alii alios magiſtratus gerunt. Quibus poſitis intelligitur, tum contra naturam ciuitatis eſſe, vt hoc modo vna fiat, quemadmodum quidam ſentiunt, tum eo ipſo, ꝙ in rep. ſummum bonum putant, ciuitatibus exitiū comparari. Itaque ſuis quiſq; bonis ac propriis cōſeruatur, & in ſuo ſtatu retinetur. 7 Quin etiam p̄ſtantius non eſſet, vt tantopere vna ciuitas efficiatur, alia quoque ratione probari pōt. Nam familia copioſior & inſtructior eſt vno duntaxat homine, & ciuitas vniuerſa quā domus vnica, ac tum vere ciuitas exiſtimanda eſt, quando conſociata multitudo ſatis amplam rerum copiam adepta eſt. Quare ſi ſit expetibilius quod eſt inſtructius & munitiꝰ, certe quod minus vnum

7 Quartum argumentum ex adiunctis. Copioſius eſt expetibilius. Minus vnū eſt copioſius. Minus igitur vnum expetibilius. Ratio aſſumptionis ex inductione, vbi captio eſt ex ambiguitate vocabuli (vnitas) Propoſitio & complexio deinde confunduntur.

δυνατόν· ἐν οἷς δὲ μὴ δυνατόν, διὰ τὸ τὴν φύσιν ἴσους εἶναι πάντας· ἅμα δὲ καὶ δίκαιον, εἴτ' ἀγαθὸν, εἴτε φαῦλον τὸ ἄρχειν, πάντας αὐτοῦ μετέχειν· ἐν τούτοις δὲ μιμεῖσθαι τὸ ἐν μέρει τοὺς ἴσους εἴκειν ὁμοίως τοῖς ἐξ ἀρχῆς. οἱ μὲν γὰρ ἄρχουσιν, οἱ δὲ ἄρχονται κατὰ μέρος, ὥσπερ ἂν ἄλλοι γενόμενοι. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον [τῶν] ἀρχόντων ἕτεροι ἑτέρας ἄρχουσιν ἀρχάς. φανερὸν τοίνυν ἐκ τούτων, ὡς οὔτε πέφυκε μίαν οὕτως εἶναι τὴν πόλιν, ὥσπερ λέγουσί τινες, καὶ τὸ λεχθὲν ὡς μέγιστον ἀγαθὸν ἐν ταῖς πόλεσιν, ὅτι τὰς πόλεις ἀναιρεῖ. καίτοι τό γε ἑκάστου ἀγαθὸν σώζει ἕκαστον.

7 ἔστι δὲ καὶ κατ' ἄλλον τρόπον φανερὸν, ὅτι τὸ λίαν ἑνοῦν ζητεῖν τὴν πόλιν, οὐκ ἔστιν ἄμεινον. οἰκία μὲν γὰρ αὐταρκέστερον ἑνὸς, πόλις δὲ οἰκίας· καὶ βούλεταί γ' ἤδη τότε εἶναι πόλις, ὅταν αὐτάρκη συμβαίνῃ τὴν κοινωνίαν εἶναι τοῦ πλήθους. εἴπερ οὖν αἱρετώτερον τὸ αὐταρκέστερον,

στέρον, καὶ τὸ ἧττον ἓν τοῦ μᾶλλον αἱρετώτερον.

vnum est, eo ꝙ magis vnum est, expetibilius est.

Argumentum 2. cap.

[41] Atqui vt procreandæ sobolis statuatur modus, nec id præterea augeatur, liberorum potius quam fortunarum ratio constituenda & definienda videatur: ita tamen vt in eo definiendo numero ratio habeatur & temporum, quibus nonnullos decedere contigerit & mulierum: quarum sterilitas definitum numerum reddere & explere nõ possit. Quod si neglectum & omissum, vt in plerisque ciuitatibus, sic in illa Platonis rep. fuerit, ciuib. inopiam & egestat[illegible]m afferat necesse est, vnde seditiones & fraudes orientur.

mento eodẽ in Phalea capite proximo: quod autem ait propter varios casus numerum eundẽ tandem futurum, id planè verum est. alioqui nec aqua piscib. nec terra hominib. sufficerent.

[39] *Prolepsis ad proximam rationem quòd Platonica ciuitas more cæterarum ciuitatum ciuium numerum perpetuo parem habere non possit.*

[40] *Vnum enim vnius familiæ heredem Plato esse vult, quem maxime pater probarit.*

[41] *Probatur quarta ratio ex adiunctis malis, egestate, seditione, fraude.*

42 Altera rationis eiusdem probatio ex testimonio Phydonis.

43 Libro 7. par. 2.

44 Ratio 5. quod non priuatis distinxerat magistratus à ciuibus falsum. Nã dignitate distinxit, similitudo quæ citatur hic, est quinto de legib. & in regno. fol. 166. 654.

45 Ratio 6. quod noluerit augeri agros, cum permittat augeri pecunias in quintuplum. At inconsequẽs est & falsum. Nam in quadruplum permittit.

46 Ratio 7. quod Plato genuinas ædes attribuat singulis ciuibus. At id voluptatis est potius quàm laboris, & id Lacedæmone factum Xenophon testatur.

42 Itaque Phydon ille Corinthius legumlator antiquissimus parẽ & æqualem tum ędium, tum ciuium numerum retinendum & conseruandum putauit: tametsi ab initio vniuersi non pares magnitudine & æquales portiones habuissent. At in Platonis legibus totum contra est. Sed his quidnam cõmodius institui possit, 43 postea differetur.

44 In his autem legib. etiã id prætermissum est, quare principes subditis excellẽtiores & præstantiores futuri sint. Ait enim Plato, quemadmodum ex lana alia stamen, ex alia subtegmen efficitur, sic & principes & subditos ex alio atque alio genere constare oportere.

45 Pecunias porro cum in quincuplum amplificari permittat, quid caussæ tandem fuerit, quamobrem non agros etiam quodam tenus amplificari permittat.

46 Atque etiam considerandum est, an ad rei familiaris vtilitatem satis cõmode à Platone domicilia diuidantur. Nam binas ædes singulis, easque loco diuisas & separatas attribuit, vt graue & molestum fuerit in binis ædibus

42 Φείδων μὲν οὖν ὁ Κορίνθιος, ὢν νομοθέτης τῶν ἀρχαιοτάτων, τοὺς οἴκους ἴσους ᾠήθη δεῖν διαμένειν, καὶ τὸ πλῆθος τῶν πολιτῶν· καὶ εἰ τὸ πρῶτον τοὺς κλήρους ἀνίσους εἶχον πάντες κατὰ μέγεθος, ἐν δὲ τοῖς νόμοις τούτοις τοὐναντίον ἐστίν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων πῶς οἰόμεθα βέλτιον ἂν ἔχειν, 43 λεκτέον ὕστερον.

44 ἐλέλειπται δὲ τοῖς νόμοις τούτοις καὶ τὰ περὶ τοὺς ἄρχοντας, ὅπως ἔσονται διαφέροντες τῶν ἀρχομένων. φησὶ γὰρ δεῖν, ὥσπερ ἐξ ἑτέρου τὸ στημόνιον ἐρίου γίνεται τῆς κρόκης, οὕτω καὶ τοὺς ἄρχοντας ἔχειν δεῖν πρὸς τοὺς ἀρχομένους.

45 ἐπεὶ δὲ τὴν πᾶσαν οὐσίαν ἐφίησι γίνεσθαι μείζονα μέχρι πενταπλασίας, διὰ τί τοῦτ' οὐκ ἂν εἴη ἐπὶ τῆς γῆς μέχρι τινός;

46 καὶ τὴν τῶν οἰκοπέδων δὲ διαίρεσιν δεῖ σκοπεῖν, μή ποτ' οὐ συμφέρῃ πρὸς οἰκονομίαν. δύο γὰρ οἰκόπεδα ἑκάστῳ ἔνειμε, διελὼν χωρίς. χαλεπὸν δὲ οἰκίας δύο οἰκεῖν. ἡ δὲ σύνταξις ὅλη, βούλεται

μὴ εἶναι μήτε δημοκρατία, μήτε ὀλιγαρχία, μέση δὲ τούτων, ἣν καλοῦσι πολιτείαν. ἐκ γὰρ τῶν ὁπλιτευόντων ἐστίν.

47 εἰ μὲν οὖν ὡς κοινοτάτην ταύτην κατασκευάζει ταῖς πόλεσι τῶν ἄλλων πολιτείαν, καλῶς εἴρηκεν ἴσως· εἰ δ' ὡς ἀρίστην μετὰ τὴν πρώτην πολιτείαν, οὐ καλῶς. τάχα γὰρ τὴν τῶν Λακώνων ἄν τις ἐπαινέσειε μᾶλλον, ἢ κἂν ἄλλην τινὰ ἀριστοκρατικωτέραν. ἔνιοι μὲν οὖν λέγουσιν, ὡς δεῖ τὴν ἀρίστην πολιτείαν ἐξ ἁπασῶν εἶναι τῶν πολιτειῶν μεμιγμένην· διὸ καὶ τὴν τῶν Λακεδαιμονίων ἐπαινοῦσιν·

48 εἶναι γὰρ αὐτὴν, οἱ μὲν ἐξ ὀλιγαρχίας, καὶ μοναρχίας, καὶ δημοκρατίας φασί, λέγοντες τὴν μὲν βασιλείαν, μοναρχίαν· τὴν δὲ τῶν γερόντων ἀρχὴν, ὀλιγαρχίαν· δημοκρατεῖσθαι δὲ κατὰ τὴν τῶν ἐφόρων ἀρχὴν, διὰ τὸ ἐκ τοῦ δήμου εἶναι τοὺς ἐφόρους· οἱ δὲ τὴν μὲν ἐφορείαν εἶναι τυραννίδα, δημοκρατεῖσθαι δὲ κατά τε τὰ συσσίτια, καὶ τὸν ἄλλον βίον τὸν καθ' ἡμέραν.

49 ἐν δὲ τοῖς νόμοις εἰρη-

ædibus habitare. Verumenimuero tota ista Platonicæ ciuitatis constitutio, neque Democratia, neq; Oligarchia continetur, sed amborũ particeps & media est, quam politiam appellant, ex militibus enim constat.

47 Itaque si hanc rempublicam vt omnium maxime communem cõstituit, recte fortasse senserit, sin vero secundum primã, vt omnium optimam, non recte. Laconum enim rempub. fortasse quidã præposuerit, aut quãuis aliam quæ ad Aristocratiam propius accesserit. Etenim nonnulli de rep. sic existimant, vt absolutissima sit, quæ ex omnibus rerumpub. generibus moderata est atq; temperata: qua de caussa etiam Laconicam laudibus efferunt.

48 Hanc enim constare alii quidem ex Oligarchia & Monarchia & Democratia iudicant, propterea quod regnum monarchia, senatus Oligarchia, Ephoratus Democratia (Ephori enim creantur è populo) regatur & gubernetur. Alii vero Ephoratum quidem in tyrannide: Democratiam autem in sodalitiis & reliqua vita quotidiana constituunt.

49 At vero in his legibus

47 *Ratio octaua. Perfectissima resp. ex omnibus rerũpubl. generib. cõstat. Platonis hæc resp. talis nõ est. Non igitur perfectissima. Quod declaratur creatione magistratuũ à Platone tradita, quæ tota Oligarchica est.*

48 *Ephori Lacedæmone iidẽ erat q Romæ tribuni plebis, in Creta Cosmi, de quib. omnibus sæpe postea.*

49 *Plato 3o. de legibus dicit* μοναρχίαν & δημοκρατίαν *matres esse rerumpub. & optimam ex illis institui. idẽ in sexto libro. Aristoteles igitur Platonem hic calumniatur.*

Plato perfectiſſimam remp. ex Democratia & Tyrannide componendam cenſuit, quas nemo in rebuſp. omnino numerauerit, aut certe in deterrimis numerauerit. Melius igitur & rectius iudicãt ii qui excellẽtiſſimam rempubl. ex pluribus efficiunt: Quanto enim ex plurib. generibus inſtituitur, tãto laudabilior & præſtantior eſt reſpub.

50 Probat remp. Platonis ex omnibus temperatam non eſſe, quia ſpectet ad Oligarchiam. Idq; pbat creatione magiſtratuum ex ſexto de legibus. At Plato duos militiæ principes tanquã reges illic facit: & ſenatores ex toto populo vult eligi, vt quatuor claſſes ſingulæ nonaginta faciant. Calumnia igitur Ariſtotelis hic aperta eſt.

51 Hic locus in exemplari græco plane corruptus eſt. Itaque ex Platone ſupplemus.

50 At vero Platonis iſta reſpub. nullam monarchiæ ſpeciem præ ſe fert, ſed tota in Oligarchiam aut Democratiam & præcipue in Oligarchiam cadit, quod ex ratione creandorum magiſtratuum perſpici poteſt. Quamuis enim ex electis magiſtratus ſortiri, & Oligarchiæ & Democratiæ commune eſt. Attamen locupletiores cogi vt comitiis interſint & magiſtratus edant & reliqua reip. munera ſubeant: tenuiores autem prætermitti, itemque conari, vt ex locupletib. magiſtratus plures, & quidem ex cenſu maximo maximi deſignentur, hoc quidem Oligarchiæ ſubiectum eſt.

Sed & 51 legendi Senatus rationem ad eandem Oligarchiam Plato dirigit. Deligunt enim omnes quidem claſſes neceſſario, ſed primũ

ται τούτοις, ὡς δέον συγκεῖσθαι τὴν ἀρίστην πολιτείαν ἐκ δημοκρατίας καὶ τυραννίδος, ἃς ἢ τὸ παράπαν οὐκ ἄν τις θείη πολιτείας, ἢ χειρίστας πασῶν. βέλτιον οὖν λέγουσιν οἱ πλείους μιγνύντες· ἡ γὰρ ἐκ πλειόνων συγκειμένη πολιτεία, βελτίων.

50 ἔπειτ' οὐδ' ἔχουσα φαίνεται μοναρχικὸν οὐδέν, ἀλλ' ὀλιγαρχικὰ, καὶ δημοκρατικά· μᾶλλον δ' ἐγκλίνειν βούλεται πρὸς τὴν ὀλιγαρχίαν. δῆλον δ' ἐκ τῆς τῶν ἀρχόντων καταστάσεως. τὸ μὲν γὰρ ἐξ αἱρετῶν κληρωτοὺς, κοινὸν ἀμφοῖν· τὸ δὲ, τοῖς μὲν εὐπορωτέροις ἐπάναγκες ἐκκλησιάζειν εἶναι, καὶ φέρειν ἄρχοντας, ἤ τι ποιεῖν ἄλλο τῶν πολιτικῶν, τοὺς δ' ἀφεῖσθαι, τοῦτο δ' ὀλιγαρχικόν· καὶ τὸ πειρᾶσθαι πλείους ἐκ τῶν εὐπόρων εἶναι τοὺς ἄρχοντας, καὶ τὰς μεγίστας ἐκ τῶν μεγίστων τιμημάτων.

51 ὀλιγαρχικὴν δὲ ποιεῖ καὶ τὴν τῆς βουλῆς αἵρεσιν. αἱροῦνται μὲν γὰρ πάντες ἐπάναγκες, ἀλλ' ἐκ τοῦ πρώτου τιμήματος· εἶτα πάλιν ἴσους ἐκ

prima

τοῦ δευτέρου, εἶτ' ἐκ τῶν τρίτων. πλὴν οὐ πᾶσιν ἐπάναγκες ἦν τοῖς ἐκ τῶν τρίτων, ἢ τετάρτων· ἐκ δὲ τοῦ τετάρτου, τῶν τετάρτων μόνοις ἐπάναγκες τοῖς πρώτοις, καὶ τοῖς δευτέροις. εἶτ' ἐκ τούτων ἴσον ἀφ' ἑκάστου τιμήματος ἀποδεῖξαί φησι δεῖν ἀριθμόν. ἔσονται δὴ πλείους οἱ ἐκ τῶν μεγίστων τιμημάτων, καὶ βελτίους, [διὰ τὸ ἐνίους μὴ αἱρεῖσθαι τῶν δημοτικῶν,] διὰ τὸ μὴ ἐπάναγκες. ὡς μὲν οὖν οὐκ ἐκ δημοκρατίας καὶ μοναρχίας δεῖ συνιστάναι τὴν τοιαύτην πολιτείαν, ἐκ τούτων φανερόν, καὶ τῶν ὕστερον ῥηθησομένων, ὅταν ἐπιβάλλῃ περὶ τῆς τοιαύτης πολιτείας ἡ σκέψις.

ἔχει [52] δὲ καὶ περὶ τὴν αἵρεσιν τῶν ἀρχόντων τὸ ἐξ αἱρετῶν αἱρετοὺς ἐπικίνδυνον. εἰ γάρ τινες συστῆναι θέλουσι καὶ μέτριοι τὸ πλῆθος, αἰεὶ κατὰ τὴν τούτων αἱρεθήσονται βούλησιν. τὰ μὲν οὖν περὶ τὴν πολιτείαν τὴν ἐν τοῖς νόμοις, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

prima classis nonaginta Senatores, deinde totidem secunda, tum tertia, postremo quarta: nec totam tertiã vel quartam classem comitiis interesse, sed primam & secũdam necesse est, ita tamen vt singulæ classes parem numerum nominent & declarent.

Plures igitur & potentiores erunt ex maximo censu, quia tertiis & quartis vt primis & secundis nulla creandi & eligendi necessitas sit imposita. Hanc vero remp. non Democratia & Oligarchia constare ex illis patebit, quæ tum differentur, cum ad eam reipub. speciem nostra disputatio peruenerit.

[52] Atque hæc ex electis eligendi magistratus institutio periculo certe non vacat. Nam si vel non ita multi coitionem & coniurationem inter se fecerint, certe ad eorum voluntatem & libidinem magistratus omnes creabũtur. Platonis igitur in legibus informata reipub. eiusmodi est.

[52] Consectarium ex proximo argumento quod periculosum sit ex electis eligi. At primæ electioni sortem, non electionẽ coniungit Plato.

Argumentum 5. cap.

Chalcedon, ciuitas est Asiæ, Constantinopoli obie-

cta, vnde Phaleas philosophus fuit qui æqualitatē bonorū in rempub. primus induxit. Hanc igitur sententiam, quam postea Lycurgus & Plato probauerunt, Aristoteles aggreditur, & quidem consimili fere argumento quo ante Platonem aggressus est, quia seditiones hinc orirentur. Tum vero neglıgentiam quandam Phaleæ magis quam sententiam propositam reprehendit, quod æquandis agris nec reliquas facultates nec liberos nec cupiditates nec finitimorum vires æquauerit, quodque opifices publice seruos esse voluerit. Quæ sicuti superiora defendere non possumus, quia scripta Phaleæ non habemus. Est tamen probabile, non in hunc esse sanctiorem Aristotelem quā in Platonem fuerat. Summa vero est Aristotelis in hoc capite sententia, possessiones æquales esse non debere: Rationum capita distinguemus. Initio autem dicit Platonis sentētiam de repub. omnium absurdissimam, deque Phaleæ de bonorum æquatione sententia præponenda.

CAP. V.

SVnt etiam aliæ quædam respub. partim indoctorum & priuatorum, partim philosophorum & tractandæ reip. peritorum: quæ omnes ad politiam nostris moribus & temporibus vsurpatam & approbatam ꝓpius accedunt, quam vtraq; Platonis respub. nec enim alius quisquam nouam istam & inauditam liberorum &

ΚΕΦ. ε.

ΕΙ'σὶ δέ τινες πολιτεῖαι καὶ ἄλλαι, αἱ μὲν ἰδιωτῶν, αἱ δὲ φιλοσόφων καὶ πολιτικῶν· πᾶσαι δὲ τῶν καθεστηκυιῶν, καὶ καθ' ἃς πολιτεύονται νῦν, ἐγγύτερόν εἰσι τούτων ἀμφοτέρων. οὐδεὶς γὰρ οὔτε τὴν περὶ τὰ τέκνα κοινότητα καὶ τὰς γυναῖκας, ἄλλως κεκαινοτόμηκεν, οὔτε περὶ τὰ συσίτια τῶν γυναικῶν

ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀναγκαίων ἄρχονται μᾶλλον. δοκεῖ γάρ τισι τὸ περὶ τὰς οὐσίας εἶναι μέγιστον τετάχθαι καλῶς. περὶ γὰρ τούτων ποιεῖσθαί φασι τὰς στάσεις πάντας. διὸ Φαλέας ὁ Χαλκηδόνιος τοῦτ' εἰσήνεγκε πρῶτος. φησὶ γὰρ δεῖν ἴσας εἶναι τὰς κτήσεις τῶν πολιτῶν. τοῦτο δὲ κατοικιζομέναις μὲν εὐθὺς οὐ χαλεπὸν ᾤετο ποιεῖν· τὰς δὴ κατοικουμένας, ἐργωδέστερον μὲν, ὅμως δὲ τάχιστ' ἂν ὁμαλισθῆναι τῷ τὰς προῖκας, τοὺς μὲν πλουσίους, διδόναι μὲν, λαμβάνειν δὲ μή· τοὺς δὲ πένητας μὴ διδόναι μὲν, λαμβάνειν δέ. Πλάτων δὲ τοὺς νόμους γράφων, μέχρι μέν τινος ᾤετο δεῖν ἐᾶν· πλεῖον δὲ τοῦ πενταπλασίαν εἶναι τῆς ἐλαχίστης, μηδενὶ τῶν πολιτῶν ἐξουσίαν εἶναι κτήσασθαι, καθάπερ εἴρηται καὶ πρότερον.

δεῖ 48 δὲ μηδὲ τοῦτο λανθάνειν τοὺς οὕτω νομοθετοῦντας, ὃ λανθάνει νῦν, ὅτι τὸ τῆς οὐσίας τάττοντας πλῆθος, προσήκει καὶ τῶν τέκνων τὸ πλῆθος τάττειν.

vxorum communionem, neque ſodalitates mulierum confinxit, ſed potius omnes à neceſſariis reb. exordium ſibi ſumendum putauerunt. Nam quibuſdam videtur in eo poſita eſſe ſumma ratio, vt facultatũ & poſſeſſionum modus recte conſtituatur: ſeditiones ſiquidem aiunt q̃cunq; extiterint, diuitiarum gratia commoueri & excitari. Phaleas itaque Chalcedonius hoc primus attulit. Ait enim poſſeſſiones ciuiũ & opes æquales eſſe oportere: idque in prima ſtatim ciuitatis origine non eſſe factu difficile: condita vero iam & cõſtituta ciuitate difficilius eſſe arbitrabatur; facilime tamẽ hac via facultates æquari poſſe, ſi dotes opulenti darẽt quidem, non autem caperẽt, pauperes contra non darent, ſed caperent. At Plato ſuis legibus amplificandæ rei licentiam quandam permittendam cenſuit: nemini tamen cenſum minimi cenſus quincuplum permittendum cenſuit, quemadmodum dictum eſt antea: 48 Sed tamẽ quod minus ignoratur, harum rerum authoribus minime eſt ignorandum, vt qui facultatibus & opibus modum præſcribunt & adhibent, iidem quoque liberis & ſobo-

48 Reprehenditur in Thaleæ legib. æquatio fortunarum tribus rationibus. Prima. Abſurdum eſt æquare poſſeſſiones, & nõ æquare liberos, quia hic egeſtas & ſeditio oritur. Sic nu. 38. Phaleas non æquat liberos.

Omnes ſequentes rationes, excepta quarta, reprehendunt quãdam Phaleæ negligentiã non ſententiam propoſitam: prima ꝙ liberos non æquauerit. Tametſi enim æquales poſſeſſiones multi ꝓbant, nimium tamen vel parũ nõ æquatis poſſeſſoribus eſſe poſſunt. Argumentum hoc in Platonem ſuperiore capite fuit.

li numerum modumq; præſcribant & adhibeant. Etenim ſi numerus liberorum facultatum copias ſuperet, neceſſe eſt legem tolli atque abrogari: aut ſi rata permaneat, pernicioſa tamen iccirco fuerit, quod pleriſque ex fortunatis & beatis, egentes & miſeros efficiat: quod genus hominum a novādis rebus alienum eſſe vix poteſt.

τάττειν. ἐὰν γὰρ ὑπεραίρῃ τῆς οὐσίας τὸ μέγεθος ὁ τῶν τέκνων ἀριθμὸς, ἀνάγκη τόν γε νόμον λύεσθαι, καὶ χωρὶς τῆς λύσεως φαῦλον τὸ πολλοὺς ἐκ πλουσίων γίνεσθαι πένητας. ἔργον γὰρ μὴ νεωτεροποιοὺς εἶναι τοὺς τοιούτους.

49 Secunda ratio: tametſi probata ſit multis æquatio fortunarum: attamē æquales opes nimis aut magnæ aut paruæ eſſe poſſūt, vt libidinoſe aut miſere viuatur.

49 Quod autem ad conſeruandam ciuilem ſocietatem poſſeſſionum æqualitas vim quandam obtineat, etiā veterum nonnulli videntur intellexiſſe, vt Solon lege cauit, & lex eſt apud alios, quæ vetat agri, quātum quiſq; concupierit, tantum occupari, quin etiam poſſeſſiones vēdi leges prohibent, cuiuſmodi apud Locros lex eſt, ne cui, niſi calamitatem quandam inſignem acceptam eſſe conſtet, poſſeſſiones alienare liceat, ſed potius hæreditates maiorum retineantur & conſeruentur. Cuius legis apud Leucadios inductio & abrogatio valde Democraticam rempublicam illis attulit: nec enim iam ex certo & definito cenſu, magiſtratus prodebantur. Attamen æquales poſſeſſiones eſſe quidem poſſunt, ſed vel nimis amplæ atque redundantes, vt libidinoſæ & luxurioſæ: vel nimis

49 διότι μὲν οὖν ἔχει τινὰ δύναμιν εἰς τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν ἡ τῆς οὐσίας ὁμαλότης, καὶ τῶν πάλαι τινὲς φαίνονται διεγνωκότες, οἷον καὶ Σόλων ἐνομοθέτησε, καὶ παρ' ἄλλοις ἐστὶ νόμος, ὃς κωλύει κτᾶσθαι γῆν, ὁπόσην ἂν βούληταί τις. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν οὐσίαν πωλεῖν οἱ νόμοι κωλύουσιν, ὥσπερ ἐν Λοκροῖς νόμος ἐστὶ μὴ πωλεῖν, ἐὰν μὴ φανερὰν ἀτυχίαν δείξῃ συμβεβηκυῖαν. ἔτι δὲ τοὺς παλαιοὺς κλήρους διασώζειν. τοῦτο δὲ λυθὲν καὶ περὶ Λευκάδα, δημοτικὴν ἐποίησε λίαν τὴν πολιτείαν αὐτῶν· οὐ γὰρ ἔτι συνέβαινεν ἀπὸ τῶν ὡρισμένων τιμημάτων εἰς τὰς ἀρχὰς βαδίζειν. ἀλλ' ἔστι τὴν ἰσότητα μὲν ὑπάρχειν τῆς οὐ-

τῆς οὐσίας, ταύτην δ' ἢ λίαν εἶναι πολλήν, ὥστε τρυφᾶν· ἢ λίαν ὀλίγην, ὥστε ζῆν γλίσχρως.

δῆλον 50 οὖν, ὡς οὐχ ἱκανὸν τὸ τὰς οὐσίας ἴσας ποιῆσαι τὸν νομοθέτην, ἀλλὰ τοῦ μέσου στοχαστέον. ἔτι δ', εἴ τις καὶ τὴν μετρίαν τάξειεν οὐσίαν πᾶσιν, οὐδὲν ὄφελος. μᾶλλον γὰρ δεῖ τὰς ἐπιθυμίας ὁμαλίζειν, ἢ τὰς οὐσίας. τοῦτο δ' οὐκ ἔστι μὴ παιδευομένοις ἱκανῶς ὑπὸ τῶν νόμων. ἀλλ' ἴσως εἴποι ἂν ὁ Φαλέας, ὅτι ταῦτα τυγχάνει λέγων αὐτός· οἴεται γὰρ δυοῖν τούτοιν ἰσότητα δεῖν ὑπάρχειν ταῖς πόλεσι, κτήσεως καὶ παιδείας. ἀλλὰ τήν τε παιδείαν ἥτις ἔσται, δεῖ λέγειν· καὶ τὸ μίαν εἶναι καὶ τὴν αὐτήν, οὐδὲν ὄφελος. ἔστι γὰρ τὴν αὐτὴν μὲν εἶναι καὶ μίαν, ἀλλὰ ταύτην εἶναι τοιαύτην, ἐξ ἧς ἔσονται προαιρετικοὶ τοῦ πλεονεκτεῖν, ἢ χρημάτων, ἢ τιμῆς, ἢ συναμφοτέρων.

ἔτι 51 στασιάζουσιν οὐ μόνον διὰ τὴν ἀνισότητα τῆς κτήσεως, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν τῶν τιμῶν. τοὐναντίον δὲ περὶ ἑκάτερον· οἱ μὲν γὰρ πολλοί, διὰ

nimis angustæ, & tenues, vt duriter & calamitose viuatur.

50 Patet igitur legumlatori hāc æquationem bonorum nequaquam satis esse, sed modum exquirendum & adhibendum. Atque hunc ipsum modum si quis adhibuerit, nihil tamen fecerit. Cupiditates enim potius æquandæ, quam facultates essent: quod certe nisi legum disciplina formatis & institutis accidere non potest. At dixerit fortasse Phaleas, id ipsum à se cautum & præscriptum esse, quippe qui existimet, hæc duo, id est facultates & mores in ciuitatib. æquali & eodem studio seruari oportere. Verum quænam futura esset morum disciplina, declarandū & exprimendum fuit: nec si vnā & eandem esse disciplinam dixerit, quicquam proficiet: potest enim communis esse disciplina, sed eiusmodi, qua homines in immoderatā quādam vel opum vel honorum vel etiam simul amborum cupiditatem incident.

50 Tertia ratio: cupiditates honesta disciplina æquandæ sunt, quarum tria sunt genera, primum vtilitatis, secundum voluptatis, tertiū honestatis & æqualitatis. Primæ cupiditati modica fortuna, secundæ temperantia, tertiæ philosophia pro medica tribuitur.

51 At vero non solū fortunarum & diuitiarum, sed etiam honorum dispar & inæqualis conditio discordias & seditiones varias efficit: hominum siquidem imperito-

51 Quarta. Absurdum est opes æquare, non æquare honores.

rum vulgus facultates impares esse: at nobiles & ingenui dignitates esse pares indignantur: vnde etiam illud extitit:

Par honor ignauoque viro & virtute valenti;
Vna omnes, prauusque bonusque incumbit honori.

Nec [52] vero solum ad iniuriam faciendam homines impelluntur egestate & inopia rerum necessariarum, cuius mali remedium in æquatione bonorum situm esse Phaleas arbitrabatur, ne frigore aut fame coacti prædentur & latrocinentur; verum etiam vt deliciis fruātur & tam multis bonis expleantur, vt nil præterea requirant & expetant. Nam si extra necessitatis fines cupiditas excesserit, vt huic quoque cupiditati medicina reperiatur, vim inferre & iniuriā facere solent: nec vero ob eam tātum caussam, sed etiam si cupiant & optent, vt eximia quadam sine dolore lætitia perfruantur.

[52] Verba sunt Achillis tota, id est nono libro, stomachantis se ab Agamemnone contemni. Vide Erasmum in Prouerbio Nullus delectus.

Quænam igitur (dicet aliquis) erit harum trium cupiditatum medicina? Primæ quidem cupiditati medicina fuerit, res modica, familiaris & industria: secundæ temperantia: tertiæ, si qui forte velit per se suāuiter & iucunde viuere: an aliunde quam à philosophia medicina petenda sit? Nam superior illa duarum cupiditatum

τὸ περὶ τὰς κτήσεις ἄνισον· οἱ δὲ χαρίεντες, περὶ τῶν τιμῶν, ἐὰν ἴσαι. ὅθεν καὶ

„Ἐν δὲ ἰῇ τιμῇ ἠμὲν κακὸς, ἠδὲ καὶ ἐσθλός.[52]

οὐ μόνον δ' οἱ ἄνθρωποι διὰ τἀναγκαῖα ἀδικοῦσιν, ὧν ἄκος εἶναι νομίζει τὴν ἰσότητα τῆς οὐσίας, ὥστε μὴ λωποδυτεῖν διὰ τὸ ῥιγοῦν ἢ πεινῆν· ἀλλὰ καὶ ὅπως χαίρωσι, καὶ μὴ ἐπιθυμῶσιν. ἐὰν γὰρ μείζω ἔχωσιν ἐπιθυμίαν τῶν ἀναγκαίων, διὰ τὴν ταύτης ἰατρείαν ἀδικήσουσιν. οὐ τοίνυν διὰ ταύτην μόνον, ἀλλὰ καὶ ἂν ἐπιθυμοῖεν, ἵνα χαίρωσι ταῖς ἄνευ λυπῶν ἡδοναῖς. τί οὖν ἄκος τῶν τριῶν τούτων; τοῖς μὲν, οὐσία βραχεῖα καὶ ἐργασία· τοῖς δὲ, σωφροσύνη· τρίτον δὲ, εἴ τινες βούλοιντο δι' αὑτῶν χαίρειν, οὐκ ἂν ἐπιζητοῖεν, εἰ μὴ παρὰ φιλοσοφίας ἄκος. αἱ γὰρ ἄλλαι, ἀνθρώπων δέονται· ἐπεὶ ἀδικοῦσί γε τὰ μέγιστα διὰ τὰς ὑπερβολὰς, ἀλλ' οὐ διὰ τὰ

τὰ

τὰ ἀναγκαῖα· οἱ δὲ τυραννοῦσιν, οὐχ ἵνα μὴ ῥιγῶσι. διὸ καὶ αἱ τιμαὶ μεγάλαι, ἂν ἀποκτείνῃ τις, οὐ κλέπτην, ἀλλὰ τύραννον. ὥστε πρὸς τὰς μικρὰς ἀδικίας βοηθητικὸς μόνον ὁ τρόπος τῆς Φαλέου πολιτείας.

ἔτι [53] τὰ πολλὰ βούλεται κατασκευάζειν, ἐξ ὧν τὰ πρὸς αὐτοὺς πολιτεύσονται καλῶς. δεῖ δὲ καὶ πρὸς τοὺς γειτνιῶντας, καὶ τοὺς ἔξωθεν πάντας. ἀναγκαῖον ἄρα τὴν πολιτείαν συντετάχθαι πρὸς τὴν πολεμικὴν ἰσχὺν, περὶ ἧς ἐκεῖνος οὐδὲν εἴρηκεν.

ὁμοίως [54] δὲ καὶ περὶ τῆς κτήσεως. δεῖ γὰρ οὐ μόνον πρὸς τὰς πολιτικὰς χρήσεις ἱκανὴν ὑπάρχειν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἔξωθεν κινδύνους. διόπερ οὔτε τοσοῦτον δεῖ πλῆθος ὑπάρχειν, ὧν οἱ πλησίον καὶ κρείττους ἐπιθυμήσουσιν, οἱ δὲ ἔχοντες ἀμύνειν οὐ δυνήσονται τοὺς ἐπιόντας· οὔθ' οὕτως ὀλίγην, ὥστε μὴ δύνασθαι πόλε-

ditatũ medicina, hominum ſocietatem & opem deſiderat: hæc autem ad ſe tuẽdum ſeipſa contenta eſt. At vero maximam quidem partem ad iniuriam faciendam nonnulli aggrediuntur: non vt ſeſe rebus ad vitam neceſſariis expleant, ſed vt immenſas copias accumulẽt: nec enim dominatus & tyrannis depellendi frigoris gratia q̃ritur. Itaque ſummus honor proponitur ei, non qui furẽ, ſed qui tyrannum necauerit. Quapropter Phaleæ reſp. ad leues tantum & faciles iniurias coercendum comparata eſt.

[53] Præterea multa comminiſcitur, vt ciues inter ſe præclare regantur & gubernẽtur: atqui ad finitimorum & exterorum omnium rationem iſta quoque meditatio pertinere debuit: ad bellicas nempe facultates reſpub. debet inſtitui, qua de re Phaleas nullum verbum ſanxit.

[53] Secunda reprehenſio Phaleæ, quod bellicæ facultatis aduerſus finitimos rationem non habuerit.

[54] Eadem quoque eſt diuitiarum & poſſeſſionũ ratio, nec eas enim ad ciuiles tantum & vrbanos vſus, ſed ad externa quoque pericula propulſandum ſuppeditare neceſſe eſt. Quare neq; tam magnæ copiæ ſuppetant, vt ſi à vicinis, iiſque potentioribus affectentur, poſſeſſores inuadentibus & adorientibus reſiſtere nequeant: neque tam tenues & anguſtæ, vt à parib. po-

[54] Tertia reprehenſio quod diuitiarum modum nõ definierit, qui hic ab Ariſtotele definitur, & illuſtratur Eubuli exemplo.

pulis & æqualibus illatum bellum ſuſtinere nõ poſſint. At iis de rebus ille tacuit: nec tamen lateat, quanta vis opũ & facultatum reip. conueniat: diuitiarum igitur modus optimus fortaſſe fuerit, ne tantæ ſint, vt earum affluentia potentiores capti & illecti ad inferendũ ciuitati bellum irritentur, ſed eiuſmodi ſint, vt nullam hoſtibus prædæ & rapinæ ſpem tribuant, ac vix potius vel ne vix quidẽ belli ſumptus ſuſtineant. Quemadmodum Eubulus Antophradatę Atarnam obſidere parãti ſuaſiſſe dicitur. Cõſidera (inquit) quanto tẽpore locum iſtum poſſis expugnare, & huius temporis ſumptus expende: equidem Atarnam minoris iam ſim tibi traditurus & relicturus. Qua oratione Antophradatem, cum ſecum id exiſtimaſſet, impulit vt obſidionem ſolueret.

Quarta reprehenſio, quod æquatio rerum ſeditiones paruas quidem reprimat, magnas excitet, & explicatur inſatiabili appetitione cupiditatum, quas æquare diſciplina ſit melius quam fortunas. idem nu. 55. cuius æquationis modus hic traditur.

55 Æquatio itaque bonorum inter ciues nonnihil illa quidem valet ad ſeditiones inteſtinas & ciuiles diſcordias tollẽdum: ſed certe non ita multum: Summi enim & præſtantes viri, ſe cum cæteris conferri & æquiparari grauiter & acerbe ferãt: vnde frequentes motus & ſeditiones exiſtunt. Iam vero inſatiabilis eſt hominum improbitas, qui ſi primum duos duntaxat

πόλεμον ὑπενεγκεῖν, μηδὲ τῶν ἴσων καὶ τῶν ὁμοίων. ἐκεῖνος μὲν οὖν οὐδὲν διώρικε. δεῖ δὲ καὶ τοῦτο μὴ λανθάνειν, ὅτι συμφέρει πλῆθος οὐσίας. ἴσως οὖν ἄριστος ὅρος, τὸ μὴ λυσιτελεῖν τοῖς κρείττοσι διὰ τὴν ὑπερβολὴν πολεμεῖν, ἀλλ' οὕτως ὡς ἂν καὶ μὴ ἐχόντων τοσαύτην οὐσίαν. οἷον Εὔβουλος Αὐτοφραδάτου μέλλοντος Ἀταρνέα πολιορκεῖν, ἐκέλευσεν αὐτὸν σκεψάμενον ἐν πόσῳ χρόνῳ λήψεται τὸ χωρίον, λογίσασθαι τοῦ χρόνου τούτου τὴν δαπάνην· ἐθέλειν γὰρ ἔλαττον τούτου λαβὼν ἐκλιπεῖν ἤδη τὸν Ἀταρνέα. ταῦτα δ' εἰπὼν, ἐποίησε τὸν Αὐτοφραδάτην σύννουν γενόμενον, παύσασθαι τῆς πολιορκίας.

ἔστι 55 μὲν οὖν τι τῶν συμφερόντων, τὸ τὰς οὐσίας εἶναι ἴσας τοῖς πολίταις, πρὸς τὸ μὴ στασιάζειν πρὸς ἀλλήλους· οὐ μὴν μέγ' οὐδὲν ὡς εἰπεῖν. καὶ γὰρ ἂν οἱ χαρίεντες ἀγανακτοῖεν ἄν, ὡς οὐκ ἴσων ὄντες ἄξιοι· διὸ καὶ φαίνονται πολλάκις ἐπιτιθέμενοι καὶ στασιάζοντες.

ζοντες. ἔτι δ' ἡ πονηρία τῶν ἀνθρώπων ἄπληστον· καὶ τὸ πρῶτον μὲν ἱκανὸν διωβολία μόνον· ὅταν δ' ἤδη τοῦτ' ᾖ πάτριον, ἀεὶ δέονται τοῦ πλείονος, ἕως εἰς ἄπειρον ἔλθωσιν· ἄπειρος γὰρ ἡ τῆς ἐπιθυμίας φύσις. ἧς πρὸς τὴν ἀναπλήρωσιν οἱ πολλοὶ ζῶσι. τῶν οὖν τοιούτων ἀρχὴ μᾶλλον τοῦ τὰς οὐσίας ὁμαλίζειν, τὸ τοὺς μὲν ἐπιεικεῖς τῇ φύσει τοιούτους παρασκευάζειν, ὥστε μὴ βούλεσθαι πλεονεκτεῖν· τοὺς δὲ φαύλους, ὥστε μὴ δύνασθαι, τοῦτο δ' ἐστὶν, ἂν ἥττους τε ὦσι, καὶ μὴ ἀδικῶνται.

οὐ [56] καλῶς δ' οὐδὲ τὴν ἰσότητα τῆς οὐσίας εἴρηκε. περὶ γὰρ τὴν τῆς γῆς κτῆσιν ἰσάζει μόνον. ἔστι δὲ καὶ δούλων καὶ βοσκημάτων πλοῦτος, καὶ νομίσματος, καὶ κατασκευὴ πολλὴ τῶν καλουμένων ἐπίπλων. ἢ πάντων οὖν τούτων ἰσότητα ζητητέον, ἢ τάξιν τινὰ μετρίαν, ἢ πάντα ἐατέον.

φαίνεται [57] δ' ἐκ τῆς νομοθεσίας κατασκευάζων τὴν πόλιν μικρὰν, εἴ γ' οἱ τεχνῖται πάντες δημόσιοι ἔσονται, καὶ

taxat obolos optauerint, iis tamen acceptis sic assidua cumulandi & congerēdi cupiditate incendētur, vt nunquam nisi partis opibus immensis conquiescant. Nunquam enim expletur nec satiatur cupiditatis sitis. In qua tamen explenda & satianda vulgus totam vitam ponit. Radices igitur harum cupiditatum quam fortunarum facultates æquare præstiterit, virosque omnes sic institui, vt probi & mansueti immodicas opes habere nolint, peruersi & improbi nō possint. Id vero est futurum, si improbis superiores probi fuerint, nec iniuriis eos affecerint.

[56] Quanquam nec bonorum ęquationem satis accurate definiunt, solos enim agros æquauit seruorum & armētorum & nummorum possessionem plurimiq; apparatus & ornatus suppellectilem imparem & inæqualem reliquit. An igitur omnium fuit æquatio vel moderatio quædam quærenda? An tota res penitus omittenda?

[57] Videtur autem suis legibus perexiguam ciuitatem describere, quoniam sunt omnes artifices, in ea publice serui, nec in vllo ciuium nu-

[56] Quinta, quod exceptis agris reliquas facultates non æquauerit, quod tamen æque faciendum erat.

[57] Postrema, quod artifices publicæ seruituti subiecerit, quā tamen sententiā Aristoteles lib. 7. sequitur, & hic non planè reprehendit.

mero locoue reperiantur. Veruntamen si serui publice sunt habendi, qui muneribus publicis & operib. studium operamq; nauant, certe sic habendi, vt habentur Epidamni: & quõdam Drophantus Athenis instituit. Quamobrem ex iis percipere atq; intelligere quispiam de Phaleæ rep. poterit, quid ille recte aut non recte senserit.

μὴ πλήρωμά τι παρέξονται τῆς πόλεως· ἀλλ' εἴπερ δεῖ δημοσίους εἶναι τοὺς τὰ κοινὰ ἐργαζομένους, δεῖ καθάπερ ἐν Ἐπιδάμνῳ τε, καὶ ὡς Διόφαντός ποτε κατεσκεύαζεν Ἀθήνησι, τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον. περὶ μὲν οὖν τῆς Φαλέου πολιτείας σχεδὸν ἐκ τούτων ἄν τις θεωρήσειεν, εἴ τι τυγχάνει καλῶς εἰρηκὼς, ἢ μὴ καλῶς.

Argumentum 6.cap.

Miletus ciuitas est Cariæ in Asia, vnde Hippodamus architectus & postea philosophus moralis fuit: qui cum ciuitates muris fundare & regionibus diuidere docuisset, qualia sunt apud Vitruuium præcepta, hanc industriam ad ciuilium morum architecturam transtulit, & de regendis ciuitatibus philosophari cœpit. Aduersus hunc igitur hoc capite disputatur: sed sicut aduersus Platonem & Phaleam Aristotelice & lubrice. Tria autem præcipue hic reprehenduntur, diuisio ciuium in milites, artifices, agricolas: iudicum sententia per tabulas: item quod munera decernãtur inuentoribus vtilium rerum. Hippodamus ipse initio describitur: hæc res minus est confusa quam antea.

CAP. VI.

[1] *Describitur initio Hippodamus ex factis & adiunctis cor-*

IN[1] eodẽ genere fuit Hippodamus Milesius, Euriphontis filius, qui & vrbes regio-

ΚΕΦ. ϛ.

Ἱππόδαμος [1] δὲ Εὐρυφῶντος Μιλήσιος, ὃς καὶ τὴν τῶν πόλεων διαίρεσιν εὗ-

ρε, καὶ τὸν Πειραιᾶ κατέτεμε, γενόμενος καὶ περὶ τὸν ἄλλον βίον περιττότερος διὰ φιλοτιμίαν, οὕτως ὥστε δοκεῖν ἐνίοις ζῆν περιεργότερον, τριχῶν τε πλήθει καὶ κόσμῳ πολυτελεῖ· ἔτι δὲ ἐσθῆτος εὐτελοῦς μὲν, ἀλεεινῆς δὲ, οὐκ ἐν τῷ χειμῶνι μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τοὺς θερινοὺς χρόνους· λόγιος δὲ καὶ περὶ τὴν ὅλην φύσιν εἶναι βουλόμενος, πρῶτος τῶν μὴ πολιτευομένων ἐνεχείρησέ τι περὶ πολιτείας εἰπεῖν τῆς ἀρίστης.

3 κατεσκεύαζε δὲ τὴν πόλιν, τῷ πλήθει μὲν μυριάνδρον, εἰς τρία δὲ μέρη διῃρημένην· ἐποίει γὰρ ἓν μὲν μέρος τεχνίτας, ἓν δὲ γεωργοὺς, τρίτον δὲ τὸ προπολεμοῦν καὶ τὰ ὅπλα ἔχον.

διῄρει 7 δ' εἰς τρία μέρη τὴν χώραν, τὴν μὲν ἱερὰν, τὴν δὲ δημοσίαν, τὴν δ' ἰδίαν· ὅθεν μὲν τὰ νομιζόμενα ποιήσουσι πρὸς τοὺς θεοὺς, ἱεράν· ἀφ' ὧν δ' οἱ προπολεμοῦντες βιώσονται, κοινήν· τὴν δὲ τῶν γεωργῶν, ἰδίαν.

regionibus vicisque diuidere docuit, & Pyræum secuit, in omni cultu tam insolenter ambitiosus, vt à nonnullis merito nimia in eius vita curiositas reprehēdatur: calamistratus & cincinnatus capillus, vestis non solū sumptuosa & preciosa, sed etiam & hyemis & æstatis tempore callida. Hic vero cum in omnibus rerum generibus spectatus & probatus esse cuperet, primus eorum, qui in regenda republica versati non essent, de optimo reipub. statu dicere aggressus est.

3 Ciuitatis itaq; suæ populum decem millibus ciuium constituendum esse censuit, eumque tres in partes diuisum: vnam siquidem partem in artificibus, alterā in agricolis, tertiam in iis, qui pro patria pugnarēt & arma ferrent, collocauit.

7 Agrum etiā tres in partes distribuit, in sacrum, publicū, & priuatum. Sacrum eum, vnde iusta & sacra diis fierent, publicum vnde milites alerentur, priuatum qui esset Agricolarum.

8 Tria quoque legum genera duntaxat esse voluit: de quibus enim iudicia fierent,

poris, & architectura urbium docuerit, & in vestitu curiosus fuerit.

3 Proponit capita Hippodamicæ reip. primum de diuisione ciuium in opifices, agricolas, milites.

7 Secundū caput de partitione agri in publicū, sacrum, priuatum.

8 Tertium caput de legibus iudicialibus.

ᾤετο 8 δ' εἴδη καὶ τῶν νόμων εἶναι τρία μόνον. περὶ ὧν γὰρ αἱ δίκαι γίνονται, τρία ταῦτ' εἶναι τὸν ἀριθμὸν, ὕβριν, βλάβην, θά-

tria numero esse censebat: contumeliam, damnum, cędem. Instituit etiam forum præcipuę ac summæ authoritatis, ad quod ex omnibus iudiciis, quibus caussæ non non recte iudicatæ viderentur, prouocatio & appellatio esset, idque certe Senatorum de electo numero conficiebat. Sententias autem in iudiciis nequaquam viua voce dicendas existimabat, sed esse iudici suam cuique tabellam oportere: in qua si reum damnaret omnino sententiam scriberet, sin absolueret, omnino inanem & vacuam traderet: quod si partim damnaret, partim absolueret, idipsum declararet. Nunc enim iis de rebus nihil recte sancitũ esse & cautum iudicabat, quoniam iudices siue hoc, siue illud iudicarent, peierare cogerentur.

[8] Quartum caput de remuneratione bene meritorum.

[10] Quintũ caput de liberis mortuorũ pro patria, quæ lex non reprehẽditur, sed accusatur Hippodamus, quod suam fecerit, cũ esset etiam aliorum.

[11] Sextum caput de magistratuum electione.

[9] Præterea legem tulit, vt honor tribueretur iis qui aliquid inuenissent reipubl. profuturum,[10] Utque liberis corũ, qui pro patria pugnãtes occubuissent, victus publice præberetur: quasi nondũ apud alios lege sanctum id esset, cum Athenis, etiam nunc & in aliis vrbibus ea lex habeatur.

[11] Magistratus porro iussit omnes à populo creari: populum autem componebat ex tribus illis ciuitatis partibus ac creatis

νατον, ἐνομοθέτει δὲ καὶ δικαστήριον ἓν τὸ κύριον, εἰς ὃ πάσας ἀνάγεσθαι δεῖν τὰς μὴ καλῶς κεκρίσθαι δοκούσας δίκας· τοῦτο δὲ κατεσκεύαζεν ἐκ τινῶν γερόντων αἱρετῶν. τὰς δὲ κρίσεις ἐν τοῖς δικαστηρίοις οὐ διὰ ψηφοφορίας ᾤετο γίνεσθαι δεῖν, ἀλλὰ φέρειν ἕκαστον πινάκιον, ἐν ᾧ γράφειν, εἰ καταδικάζοι ἁπλῶς τὴν δίκην· εἰ δ᾽ ἀπολύοι ἁπλῶς, κενόν· εἰ δὲ τὸ μὲν, τὸ δὲ μή, τοῦτο διορίζειν. νῦν γὰρ οὐκ ᾤετο νενομοθετῆσθαι καλῶς· ἀναγκάζειν γὰρ ἐπιορκεῖν, ἢ ταῦτα, ἢ ταῦτα δικάζοντας.

ἐτίθει [9] δὲ νόμον περὶ τῶν εὑρισκόντων τι τῇ πόλει συμφέρον, ὅπως τυγχάνωσι τιμῆς, καὶ [10] τοῖς παισὶ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ τελευτώντων ἐκ δημοσίου γίνεσθαι τὴν τροφήν· ὡς οὔπω τοῦτο παρ᾽ ἄλλοις νενομοθετημένον· ἔστι δὲ καὶ ἐν Ἀθήναις οὗτος ὁ νόμος νῦν, καὶ ἐν ἑτέραις τῶν πόλεων.

τοὺς [11] δ᾽ ἄρχοντας αἱρετοὺς ὑπὸ τοῦ δήμου εἶναι πάντας· δῆμον δ᾽ ἐποίει τὰ τρία

μέρη τῆς πόλεως· τοὺς δ' αἱρεθέντας ἐπιμελεῖσθαι κοινῶν, καὶ ξενικῶν, καὶ ὀρφανικῶν. τὰ μὲν οὖν πλεῖστα καὶ τὰ μάλιστα ἀξιόλογα τῆς Ἱπποδάμου τάξεως, ταῦτ' ἐστίν.

ἀπορήσειε 12 δ' ἄν τις, πρῶτον μὲν τὴν διαίρεσιν τοῦ πλήθους τῶν πολιτῶν. οἵ τε γὰρ τεχνῖται, καὶ οἱ γεωργοί, καὶ οἱ τὰ ὅπλα ἔχοντες, κοινωνοῦσι τῆς πολιτείας πάντες· οἱ μὲν γεωργοί, οὐκ ἔχοντες ὅπλα· οἱ δὲ τεχνῖται, οὔτε γῆν, οὔτε ὅπλα· ὥστε γίνονται σχεδὸν δοῦλοι τῶν τὰ ὅπλα κεκτημένων. Μετέχειν μὲν οὖν πασῶν τῶν τιμῶν ἀδύνατον. ἀνάγκη γὰρ ἐκ τῶν τὰ ὅπλα ἐχόντων, καθίστασθαι καὶ στρατηγοὺς, καὶ πολιτοφύλακας, καὶ τὰς κυριωτάτας ἀρχὰς ὡς εἰπεῖν·

μὴ 66 μετέχοντας δὲ τῆς πολιτείας, πῶς οἷόν τε φιλικῶς ἔχειν πρὸς τὴν πολιτείαν; 67 ἀλλὰ δεῖ κρείττους εἶναι τοὺς τὰ ὅπλα γε κεκτημένους ἀμφοτέρων τῶν μερῶν· τοῦτο δ' οὐ ῥᾴδιον, μὴ πολλοὺς ὄντας. εἰ δὲ τοῦτ' ἔσται, τί δεῖ τοὺς ἄλλους μετέχειν τῆς πολιτείας, καὶ κυρίους εἶναι τῆς

creatis magiſtratibus, & electis & rempublicam & peregrinos & pupillos curæ eſſe voluit. Atque hæc fere ſunt omnia, & maxime quidem commemoranda, quæ ſuis legibus & inſtitutis Hippodamus expoſuit.

12 At vero primum quiſpiam de ciuium numero & diuiſione dubitauerit. artifices. n. & aratores & milites cōmuniter inter ſe republica fruuntur: ſic tamen vt nec agricolæ ferant arma, nec opifices agrum habeant, nec arma ferant: atque ita propemodum ſerui militum fiant: omnium honorum participes eſſe, certe nullo modo poſſunt. Neceſſe enim eſt ex ordine militari & imperatores & politophylacas, id eſt ciuium cuſtodes, & vt breuiter dicam, maximos quoſque magiſtratus eligi.

Quonam 66 autem pacto chara poteſt iis eſſe reſp. qui rempub. ipſam ad ſe pertinere nil arbitrentur?

67 Ueruntamē reliquis partibus potentiores eſſe milites eſt neceſſe, neq; id tamen niſi multitudine ſuperent: quod ſi fit, quid cauſſæ eſt quamobrem cæteri reipub. participes eſſe, aut in nominandis magiſtratibus vllum ius ha-

12 Reprehenſio primi & ſecūdi capitis.

Si ciues non erunt participes publicorū munerum, remp. non amabunt.

At non erunt: immo vero agricolæ & artifices militum fere ſerui erunt, & ex ſolo militari ordine magiſtratus creabuntur.

Quare non amabunt remp.

Aſſumptio pcedit, cui Hippodamus reſiſtet, quia placet ei ex omni populo magiſtratus eligi, nō ex ſolo militari ordine.

66 Politophylax magiſtratus certi nō eſt.

67 Propoſitio ſyllogiſmi.

68 *Probatur pars assumptionis quod ex solo militari ordine deligetur magistratus. Sic si milites potentiores sunt, vt numero superent, cæteri ordines nullum magistratum capient. At illud: hoc igitur. Assumptio falsa sit Hippodamo.*

-bere suffragii videātur; tum 68 vero vt in publicorum munerum communionem & societatem agricolæ veniant, quid ciuitati commoditatis afferrent? Artifices enim ciuitati sunt vtiles, omnisque ciuitas opificibus necessario vtitur; eorumque arte & industria, sicut intelligitur omnium ciuitatum exemplo, sustētatur & adiuuatur. Atque agricolæ si militibus alimentum victumq; suppeditarent, merito illi quidem in aliqua parte ciuitatis haberentur; at proprios agros possident eosq; sibi priuatim colunt. Iam vero publicum agrum, vnde militibus victus futurus est, si milites ipsi colant, non aliud vtique bellator erit, alius arator, sicut huic tamen legumlatori placuit; sin aliqui fuerint & ab iis qui proprios agros colūt & à militibus diuersi; quarta quidem pars hæc erit ciuitatis nullius rei particeps, sed à repub. prorsus aliena. At si quis eosdem esse dixerit, qui agros & priuatos & publicos arant, tum certe copia fructuū satis ampla esse non poterit; vnde colendis agris agricolæ singuli duas familias alant; deinde quamobrem ex iisdem agris sorte distributis non protinus alimentum & sibi ipsis assumunt &

τῶν ἀρχόντων καταστάσεως; ἔτι 68 οἱ γεωργοὶ τί χρήσιμοι τῇ πόλει; τεχνίτας μὲν γὰρ ἀναγκαῖον εἶναι· πᾶσα γὰρ δεῖται πόλις τεχνιτῶν· καὶ δύνανται διαγίγνεσθαι καθάπερ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἀπὸ τῆς τέχνης. οἱ δὲ γεωργοί, πορίζοντες μὲν τοῖς τὰ ὅπλα κεκτημένοις τὴν τροφήν, εὐλόγως ἂν ἦσάν τι τῆς πόλεως μέρος. νῦν δ' ἰδίαν ἔχουσι, καὶ ταύτην ἰδίᾳ γεωργοῦσιν. ἔτι δὲ τὴν κοινὴν ἀφ' ἧς οἱ προπολεμοῦντες ἕξουσι τὴν τροφήν, εἰ μὲν αὐτοὶ γεωργήσουσιν, οὐκ ἂν εἴη τὸ μάχιμον ἕτερον καὶ τὸ γεωργοῦν· βούλεται δ' ὁ νομοθέτης. εἰ δ' ἕτεροί τινες ἔσονται τῶν τὰ ἴδια γεωργούντων καὶ τῶν μαχίμων, τέταρτον αὖ μόριον ἔσται τοῦτο τῆς πόλεως, οὐδενὸς μετέχον, ἀλλὰ [καὶ] ἀλλότριον τῆς πολιτείας. ἀλλὰ μὴν εἴ τις τοὺς αὐτοὺς θήσει τούς τε τὴν ἰδίαν, καὶ τοὺς τὴν κοινὴν γεωργοῦντας, πότε πλῆθος ἄπορον ἔσται τῶν καρπῶν, ἐξ ὧν ἕκαστος ὑπουργήσει δύο οἰκίας· καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ εὐθὺς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ τῶν αὐτῶν κλήρων

αὐτοῖς τε τὴν τροφὴν λήψονται, καὶ τοῖς μαχίμοις παρέξουσι; ταῦτα δὴ πάντα πολλὴν ἔχει ταραχήν.

οὐ καλῶς [69] δ' οὐδ' ὁ περὶ τῆς κρίσεως ἔχει νόμος, τὸ κρίνειν ἀξιοῦν διαιροῦντα τῆς κρίσεως ἁπλῶς γεγραμμένης, καὶ γίνεσθαι τὸν δικαστὴν διαιτητήν· τοῦτο δ' ἐν μὲν τῇ διαίτῃ καὶ πλείοσιν ἐνδέχεται· κοινολογοῦνται γὰρ ἀλλήλοις περὶ τῆς κρίσεως· ἐν δὲ τοῖς δικαστηρίοις οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον τούτῳ τῶν νομοθετῶν οἱ πολλοὶ παρασκευάζουσιν, ὅπως οἱ δικασταὶ μὴ κοινολογῶνται πρὸς ἀλλήλους.

ἔπειτα [70] πῶς οὐκ ἔσται ταραχώδης ἡ κρίσις, ὅταν ὀφείλειν ὁ μὲν δικαστὴς οἴηται, μὴ τοσοῦτον δ' ὅσον ὁ δικαζόμενος; ὁ μὲν γὰρ εἴκοσι μνᾶς, ὁ δὲ δικαστὴς κρίνει δέκα μνᾶς· ἢ ὁ μὲν πλέον, ὁ δ' ἔλασσον· ἄλλος δὲ πέντε, ὁ δὲ τέτταρας· καὶ τοῦτον δὴ τὸν τρόπον δηλονότι μερίσουσιν, οἱ δὲ πάντα καταδικάσουσιν, οἱ δ' οὐδέν.

τίς [71] οὖν ὁ τρόπος ἔσται τῆς διαλογῆς τῶν ψήφων; ἔτι [74] δ'

ment & militibus præbebunt? Hæc ſane omnia non mediocrem errorem confuſionemque afferunt.

[69] Neque vero lex de iudicio recte lata eſt, quæ ſententiæ & diuidendæ & ſimpliciter ac bona fide perſcribendæ iudici poteſtatem facit, & è iudice arbitrum conſtituit. Id ſiquidem in arbitrio etiam multorum & variorum fidei committitur: colloquũtur enim inter ſe & tandem de controuerſia ſtatuunt: in iudiciis vero id non licet: quin etiam contra plane pleriq; legumlatores ſanxere, ne iudices inter ſe conferãt, deque ſententia communicent.

[70] Poſtremo nonne confuſa & turbulẽta huiuſce iudicii ſententia fuerit, cũ debere quidem iudex pronunciabit, at non tantum, quantum petitor ſibi deberi confirmabit. Dixerit enim hic minas 20. ſibi deberi: iudex autem decẽ tãtummodo iudicet: aut ille quidem plures, hic vero pauciores, ali⁹ quinque, alius quatuor: atque hoc nempe modo ſentẽtias diuidant, aliique totum cõdemnent, alii totum abſoluant: [71] quo tãdem modo aut qua ratione tã diſcrepantes tamque variæ ſententiæ, diſcerni & numerari poterunt? [74] Nec

69 Diſputat agricolas in parte ciuitatis eſſe nõ poſſe, quia ſibi duntaxat arẽt. Sed Hippodamus falſum hoc diceret, quia omnis ager, & ſacer, & publicus, & priuatus ab illis aretur. Quod Ariſtoteles in hac etiã calumnia ſubiudicat, ſin minus, magnam confuſionem in Hippodami legibus fore.

70 Diſputatur contra tertium caput de iudiciis Hippodamus, quæ pro celeri iudicio incertũ faciat arbitrium, & argumentũ captioſum videtur & malitioſe confuſum.

71 Alia capitis eiuſdem refutatio ex adiuncta confuſione varia arbitrorum ſententiis.

74 Reſpondetur Hippodami argumento, quod non oporteat iudices peierare ſi non iudicent illo modo.

certe peierare quisquã eum coegerit, qui prorsus aut absoluerit aut damnauerit, si iusta petitio simpliciter & sine fraude fuerit informata: non enim qui absoluit, nihil deberi, sed viginti minas non deberi iudicat, sed is demũ peierat, qui quamuis nõ existimat viginti minas deberi, tamen condemnat.

οὐδεὶς ἐπιορκεῖν ἀναγκάζει τὸν ἁπλῶς ἀποδικάσαντα ἢ καταδικάσαντα, εἴπερ ἁπλῶς τὸ ἔγκλημα γέγραπται δικαίως. οὐ γὰρ μηδὲν ὀφείλειν ὁ ἀποδικάσας κρίνει, ἀλλὰ τὰς εἴκοσι μνᾶς· ἀλλ' ἐκεῖνος ἤδη ἐπιορκεῖ ὁ καταδικάσας, μὴ νομίζων ὀφείλειν τὰς εἴκοσι μνᾶς.

72 Reliqua disputatio est de 4 cap. An sunt remunerandi ..rum ciuitati ..ilium inuentores. ..io cõtra disputatur ex ad..ctis calumniis & seditionibus: deinde .. occasione generaliter agitur in vtramq; partem de mutatione legum. Quæstio affirmatur primum generis argumento, quod leges mutandæ sint. Omnis ars melioribus inuentis deteriora abrogat. Ciuilis facultas est ar.. Melioribus igitur inuentis deteriora abrogat.

72 Quod vero deceat rerum ciuitati commodarum authoribus & inuentoribus præmium decernere, id quidem lege sancire, auditu speciosum est & iucundum, sed certe periculo non vacuum. Ex hac quippe lege & calumniarum & ciuilium mutationũ occasiones fortassis existant: attamen id in aliam quæstionẽ & dubitationem cadit: etenim patrias leges abrogare, si qua forte melior inuenta sit, vtrum ciuitatibus perniciosum sit an salutare, à nonnullis quæritur. Itaq; si non est vtilis ista mutatio, certe deliberatio difficilis erit: an nouis rebus inuentis protinus erit assentiendum: Accidere namq; potest, vt publicæ vtilitatis simulatione & specie leges à nonnullis & ciuitates euertantur. Sed quoniam in hanc mentionem incidimus, sane commodius erit ea de re pauca disputare:

περὶ 72 δὲ τοῦ τοῖς εὑρίσκουσί τι τῇ πόλει συμφέρον, ὡς δεῖ γίνεσθαί τινα τιμήν, οὐκ ἔστιν ἀσφαλὲς τὸ νομοθετεῖν, ἀλλ' εὐόφθαλμον ἀκοῦσαι μόνον. ἔχει γὰρ συκοφαντίας, καὶ κινήσεις, ἂν τύχῃ, πολιτείας· ἐμπίπτει δ' εἰς ἄλλο πρόβλημα καὶ σκέψιν ἑτέραν. ἀποροῦσι γάρ τινες, πότερον βλαβερὸν, ἢ συμφέρον ταῖς πόλεσι τὸ κινεῖν τοὺς πατρίους νόμους, ἂν ᾖ τις ἄλλος βελτίων. διόπερ οὐ ῥᾴδιον τῷ λεχθέντι ταχὺ συγχωρεῖν, εἴπερ μὴ συμφέρει κινεῖν. ἐνδέχεται δ' εἰσηγεῖσθαί τινας νόμων λύσιν, ἢ πολιτείας, ὡς κοινὸν ἀγαθόν. ἐπεὶ δὲ πεποιήμεθα μνείαν, ἔτι μικρὰ περὶ αὐτοῦ διαστείλασθαι βέλτιον. ἔχει γὰρ, ὥσπερ εἴπομεν, ἀπορίαν· καὶ δόξειεν ἂν βέλτιον εἶναι

εἶναι τὸ κινεῖν. ἐπὶ γοῦν τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν τοῦτο συνενήνοχεν· οἷον ἰατρικὴ κινηθεῖσα παρὰ τὰ πάτρια, καὶ γυμναστική, καὶ ὅλως αἱ τέχναι πᾶσαι, καὶ αἱ δυνάμεις. ὥστ' ἐπεὶ μίαν τούτων θετέον καὶ τὴν πολιτικήν, δῆλον ὅτι καὶ περὶ ταύτην ἀναγκαῖον ὁμοίως ἔχειν. σημεῖον δ' ἂν γεγονέναι φαίη τις ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων. τοὺς γὰρ ἀρχαίους νόμους λίαν ἁπλοῦς εἶναι καὶ βαρβαρικούς. ἐσιδηροφοροῦντό τε γὰρ οἱ Ἕλληνες, καὶ τὰς γυναῖκας ἐωνοῦντο παρ' ἀλλήλων. ὅσα τε λοιπὰ τῶν ἀρχαίων ἐστί που νομίμων, εὐήθη πάμπαν ἐστίν· οἷον ἐν Κύμῃ περὶ τὰ φονικὰ νόμος ἐστίν, ἂν πλῆθός τι παράσχηται μαρτύρων ὁ διώκων τὸν φόνον τῶν αὑτοῦ συγγενῶν, ἔνοχον εἶναι τῷ φόνῳ τὸν φεύγοντα. ζητοῦσι δ' ὅλως οὐ τὸ πάτριον, ἀλλὰ τἀγαθὸν πάντες·

εἰκός [77] τε τοὺς πρώτους, εἴτε γηγενεῖς ἦσαν, εἴτ' ἐκ φθορᾶς τινος ἐσώθησαν, ὁμοίους εἶναι καὶ τοὺς τυχόντας καὶ τοὺς ἀνοήτους, ὥσπερ καὶ λέγεται κατὰ τῶν γηγενῶν. ὥστ' ἄτοπον μένειν ἐν τοῖς τούτων δόγμασι.

πρὸς [75] δὲ τούτοις, οὐδὲ τοὺς γεγραμμένους ἐᾶν ἀκινήτους βέλτιον. ὥσπερ γὰρ καὶ περὶ τὰς ἄλλας τέχνας, καὶ τὴν πολιτι-

disputare: res enim, vt diximus, dubitatione non caret. Et quidem veteres leges tollere melius fortasse videatur. Etenim cæteris in artib. ista mutatio profuit: sic contra patrios mores medicina mutata & variata est, sic gymnastica, sic omnino facultas omnis & disciplina, in quarum genere numeroq; cum scientia ciuilis habenda sit, idem necessario de ea fuerit æstimandum. Atque ex iis ipsis rebus aliquis argumentũ sumpserit, quod antiquæ leges valde rudes & barbaræ fuerint: græci enim quondã ferro armati incedebant, & vxores inter se coemebant, cæteræque omnes antiquæ leges nimium duræ & agrestes erãt, qualis Cumana lex illa de cædibus & homicidiis fuit. Si criminis huius actor quendam è suis propinquis testium numerum produxisset, vt reus pro siccario dãnaretur: Uniuersi autem nõ res patrias & vsitatas, sed bonas affectant: [77] probabileque est primos illos homines, siue è terra geniti, siue ex vniuersi cuiusdam interitus vastitate seruati, rudium & imperitorum similes fuisse,

[77] Altera affirmationis ratio ex speciali argumẽto Antiquæ leges cũ melioribus mutatæ sunt. Leges itaque male cum melioribus commutandæ sunt. Quod autem hic dicitur de coemptione mulierum, interpretatur Hesiodi locũ primo capite primi libri.

** Terrigenæ homines in regno Platonis & 462. tertio de repub.*

75 Tertia affirmationis ratio ex adiunctis, quod veteres legumlatores rudes & ignari fuerunt. Tertia ratio ex simili aliarum artium exemplo.

quemadmodũ de * terræ filiis memoratur. Quare decretis eorum stare ridiculum & absurdũ videatur: 75 tum vero neque scriptas leges perpetuas & immutabiles seruare præstiterit: vt enim cæteris in artibus, sic in facultate ciuili fieri non põt, vt omnia satis accurate & exquisite p̃scribantur. Nam leges vniuersas generalesque esse necesse est, actiones autem singulares specialesque sunt. Quibus positis intelligitur leges aliquas interdum antiquandas & mutandas esse.

77 Disputatio est adhuc affirmatio: deinde disputatur, inficiatio primum ex adiunctis, quod in mutandis legibus parua sit vtilitas, & periculosus contẽptus legum: quod ex parte falsũ, quia magna commoditas est pro malis legib. bonas ferre.

77 Contrariam autẽ quæstionis huius partem considerantibus, multæ cautionis & religionis plena res esse videatur. Nam cum idipsum melius, quod mutandis legibus queritur, exiguum sit: malum autem sit assuefacere ciues ad leges cupide & leuiter abrogandum, profecto lapsus & errores quidam in legumlatoribus & magistratibus tolerandi sunt. Nec enim tantum legis abrogatio proderit, quãtum magistratibus non obediendi mos oberit.

78 Respondetur quarta ratione, & dissimile exemplum demõstratur, sed captiosa refutatio est.

78 Nec artium cum legibus vera est illa collatio, nec artem atque legem mutare simile est, propterea quod vt legibus obtemperetur, tota vis in cõsuetudine posita est, quæ nisi diuturnitate temporis induci non potest.

κὴν τάξιν ἀδύνατον ἀκριβῶς πάντα γραφῆναι· καθόλου γὰρ ἀναγκαῖον γραφῆναι· αἱ δὲ πράξεις περὶ τῶν καθ' ἕκαστόν εἰσιν. ἐκ μὲν οὖν τούτων φανερὸν, ὅτι κινητέοι καὶ τινὲς, καὶ ποτὲ τῶν νόμων εἰσίν.

77 ἄλλον δὲ τρόπον ἐπισκοποῦσιν, εὐλαβείας ἂν δόξειεν εἶναι πολλῆς. ὅταν γὰρ ᾖ, τὸ μὲν βέλτιον μικρὸν, τὸ δ' ἐθίζειν εὐχερῶς λύειν τοὺς νόμους φαῦλον, φανερὸν ὡς ἐατέον ἐνίας ἁμαρτίας καὶ τῶν νομοθετῶν καὶ τῶν ἀρχόντων. οὐ γὰρ τοσοῦτον ὠφελήσεται κινήσας, ὅσον βλαβήσεται τοῖς ἄρχουσιν ἀπειθεῖν ἐθισθείς.

ψεῦδος 78 δὲ καὶ τὸ παράδειγμα τὸ περὶ τῶν τεχνῶν. οὐ γὰρ ὅμοιον [τὸ] κινεῖν τέχνην καὶ νόμον. ὁ γὰρ νόμος ἰσχὺν οὐδὲ μίαν ἔχει πρὸς τὸ πείθεσθαι, πλὴν παρὰ τὸ ἔθος· τοῦτο δ' οὐ γίνεται εἰ μὴ διὰ χρόνου πλῆθος.

79 ὥς-

79 Itaque

79 ὥστε τὸ ῥᾳδίως μεταβάλλειν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων νόμων εἰς ἑτέρους νόμους καινούς, ἀσθενῆ ποιεῖν ἐστι τὴν τοῦ νόμου δύναμιν. ἔτι δέ, εἰ καὶ κινητέοι, πότερον καὶ πάντες, καὶ ἐν πάσῃ πολιτείᾳ, ἢ οὔ; καὶ πότερον τῷ τυχόντι, ἢ τισί; ταῦτα γὰρ ἔχει μεγάλην διαφοράν. διὸ νῦν μὲν ἀφῶμεν ταύτην τὴν σκέψιν· ἄλλων γάρ ἐστι καιρῶν.

79 Itaque qui tam facile receptas & patrias leges cũ novis aliis commutant, certe legum ipsarum authoritatem debilitant atq; enervant. 79 Postremo si mutãdæ sint leges; vtrum tandem & omnes & in omni rep. mutandæ sunt? An vero etiam ab omnibus, an à certis dũtaxat hominib.? Hęc.n.magnam dubitationem continent. Sed hanc quæstionem, quia neque loci neque temporis huius est, missam faciamus.

79 Complexionis loco quæstiones alias mouet: un de quadã eius sententia intelligi potest: quod non omnes leges nec vbique, nec ab omnibus mutandæ sunt. Sed Aristotelis ingenium hic considerandum est, qui sic ex quæstionibus, quas refellere non possit, elabatur. Vide Platonem de mutatis legib. 615. 667. 668. 678.

Argumentum 7. cap.

Lacedæmon ciuitas quondam Peloponnesi, atq; etiam Græciæ vniversæ caput: insignem legumlatorem Lycurgum habuit, qui Apollinis oraculo ob æquitatem quandam singularem, Deus potius quam homo judicatus est. Hic vero Sparthamformare legibus aggressus, regiam potestatem senatoria prudentia temperavit, ciuium possessiones æquauit, auri argentiq; vsum sustulit, artes omnes quæ ad effœminandos animos pertinent, è civitate expulit, victum publicum proposuit ad augendam sobolẽ, immunitates patribus proposuit, puerorum concubitus prohibuit, communemq; iuuentutis vniuersæ disciplinam eamque mirabilem, ad literas, Rhetoricam, Dialecticam, Musicã, palæstram instituit, vt Plutarchus & Xenophon scripsere. Aduersus hanc Lycurgeam rempub. hoc capite disputat Aristoteles: tum de magistratibus non legitime consti-

tutis, regibus, Senatoribus, Ephoris, nauarchis, tum de mulieribus impudicis, seditiosis seruis, sobolis nimio numero, tum de possessionibus inaequalibus, phiditiis, aerario. Sed ut aduersus Platonem, Phaleā, Hippodamum satis captiose, ut in singulis locis explanabitur; magis enim toto capite vitam Laconum reprehendit Aristoteles, quam Legislatoris imprudentiam arguit. Ut si quis Turca religionem Christianam hoc tempore ex improbis Christianorum moribus damnaret, non potius sanctum authorem religionis quam improbum eius cultorem arguerit. Disputatio sine partitione, sine continuatione partium, sicut in omnibus ante capitibus disputata est.

CAP. VII. — ΚΕΦ. ζ.

Laconica resp. mista ex omnibus.
Plato 646.
Laconica resp. laudata. Plato 610.636.29.
De Hilotis Plato 29.35
[1] Partitur initio summam disputationis bifariam, sed inutiliter: nō enim ad eas partes separatim suas cuiusque rationes accommodat. Prima autem reprehensio est ex adiūctis seditionib.
Optima resp. res necessarias

De [1] Lacedæmoniorum deque Cretensium ac cœterorum fere populorum repub. duplex est consideratio, altera an aliquid recte sit, nec ne ad optimam rempubl. legibus informatum: altera an sit aliquid ad institutū descriptæ ciuitatis modum non cōgruenter accōmodatum. Quod igitur in repub. præclaris legibus administranda res ad victum cultumque necessarias quietas inesse & paratas oporteat, planum quidem est atque manifestum: quo autem pacto id fieri conueniat, nequaquam manifestum. Nā Pæ-

Περὶ [1] δὲ τῆς Λακεδαιμονίων πολιτείας, καὶ τῆς Κρητικῆς, σχεδὸν δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων πολιτειῶν, δύο εἰσὶν αἱ σκέψεις· μία μὲν, εἴ τι καλῶς, ἢ μὴ καλῶς, πρὸς τὴν ἀρίστην νενομοθέτηται τάξιν· ἑτέρα δὲ, εἴ τι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν καὶ τὸν τρόπον, ὑπεναντίως τῆς προκειμένης αὐτοῖς πολιτείας. ὅτι μὲν οὖν δεῖ τῇ μελλούσῃ καλῶς πολιτεύεσθαι τὴν τῶν ἀναγκαίων ὑπάρχειν σχολὴν, ὁμολογούμενόν ἐστι· τίνα δὲ τρόπον ὑπάρχειν, οὐ ῥᾴδιον λα-

nestæ

βεῖν. ἥ τε γὰρ Θετταλῶν πενεστεία πολλάκις ἐπέθετο τοῖς Θετταλοῖς· ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς Λάκωσιν οἱ Εἵλωτες· ὥσπερ γὰρ ἐφεδρεύοντες τοῖς ἀτυχήμασι διατελοῦσι. περὶ δὲ τοὺς Κρῆτας οὐδέν πω τοιοῦτον συμβέβηκεν. αἴτιον δ' ἴσως, τὸ τὰς γειτνιώσας πόλεις καίπερ πολεμούσας ἀλλήλαις, μηδεμίαν εἶναι σύμμαχον τοῖς ἀφισταμένοις, διὰ τὸ μὴ συμφέρειν καὶ αὐταῖς κεκτημέναις περιοίκους· τοῖς δὲ Λάκωσιν οἱ γειτνιῶντες ἐχθροὶ πάντες ἦσαν, Ἀργεῖοι, καὶ Μεσσήνιοι, καὶ Ἀρκάδες· ἐπεὶ καὶ τοῖς Θετταλοῖς κατ' ἀρχὰς ἀφίσταντο, διὰ τὸ πολεμεῖν ἔτι τοῖς προσχώροις, Ἀχαιοῖς καὶ Περραιβοῖς, καὶ Μάγνησιν. ἔοικε δὲ καὶ εἰ μηδὲν ἕτερον, ἀλλὰ τό γε τῆς ἐπιμελείας ἐργῶδες εἶναι, τίνα δεῖ πρὸς αὐτοὺς ὁμιλῆσαι τρόπον. ἀνιέμενοί τε γὰρ ὑβρίζουσι, καὶ τῶν ἴσων ἀξιοῦσιν ἑαυτοὺς τοῖς κυρίοις· καὶ κακοπαθῶς ζῶντες, ἐπιβουλεύουσι, καὶ μισοῦσι. δῆλον οὖν, ὡς οὐκ ἐξευρίσκουσι τὸν βέλτιστον τρόπον, οἷς τοῦτο συμβαίνει, περὶ τὴν εἱλωτείαν. ἔτι δ' ἡ περὶ τὰς γυναῖκας ἀνε-

nestæ Thessalorum in Thessalos sæpe, quemadmodum & hilotes Lacedęmoniorum, in Lacedæmonios coniurarunt, nec in eorum casibus adversis veluti insidiari destiterint. Apud Cretenses autem simile adhuc nihil accidit, propterea fortasse quod vicinarum civitatum, tametsi inter se bellum gerãt, nulla transfugis opem auxiliumque ferat: Nec id vel civitatibus ipsis perięcos habentib⁹ conducat. At Laconibus omnes finitimi hostes erant, Argiui, Messenii, Arcades. Namque etiam à Thessalis initio Pænestæ defecerant, quia bellum cum vicinis gererent, Achęis, Perrhebis, Magnesiis. Atque si nihil aliud, attamen certe gravis & ardua sollicitudo videtur esse, quo pacto genus hoc hominum tractari expediat. Nam si remissius & indulgentius tractentur, insolescunt, & se ipsos dominis suis æquiparandos esse sentiunt, si durius & severius exerceantur, insidiantur & oderunt. Constat igitur optimam reipub. formam consequutos non esse, qui ob hilotiam talibus incommodis afflictantur. Iam vero in mulieres indulgentia

paratas habere debet. Laconica non habet. Laconum servi, Hilotas nominant, sæpe dominis suis insidiantur. Non igitur optima.

Pænestæ erant subiecti Thessalorum, qui agros illis arabant, qua conditione Hilotes erant Laconib. Periœci Cretensibus: Pænestia, Hilotia, Periœcia, est illa subdito um servitus.

Plato 616.

Secunda reprehensio sic concluditur.

Optima respub. bene moratas mulieres habet. Laconica non habet. Non igitur optima.

Propositio per similitudinem præcedit. Assumptio sequitur per dissimilitudinem virorum. Assumptionis illustratio ex adiunctis quod apud bellicosos viros, quales erãt Lacedæmonii, lubricæ soleant esse mulieres, & ad eius Physicã caussam fabula de adulterio Martis & Veneris accõmodatur. Hoc loco antea pro κρήτων, κέλτων legebatur. Sed de his Cretensium morib. legislatoris authoritate inductis proximo capite: tametsi apud Gallos pueri quondã legibus patriis publice nuberent, vt apud Eusebium est libr. 6. de præparatione Euangelica. Plato 680. 681.

& ad reip. propositum & ad civitatis rectum statum est perniciosa: vt n. familiæ pars est vir atq; mulier, sic pfecto iudicandum est civitatem in duas fere divisã esse partes, in virorum multitudinem atq; mulierum. Quibus igitur in vrbibus mulieres male fuerint institutæ, in his existimandum est male dimidiam partem civitatis institutam esse: quod accidit Lacedæmone. Cunctam enim civitatem illam cum Legislator fortem & robustã vellet efficere, id in viris quidẽ præstitit: In mulieribus autem omisit. Intemperanter enim & libidinose vivunt ad omnem lasciviã cupiditatemque proiectæ. Itaque necesse est in tali repub. divitias in honore esse, præsertim si viri mulieribus inseruiãt; quales sunt militares & bellicosæ nationes permultæ præter certas, aut si qui alii masculam Venerẽ palã receperint. Uidetur enim qui primus id fabulatus est, non sine caussa Martem cum Venere copulasse, propterea quod hominum genus eiusmodi totum ad amores vel masculorum vel fœminarum proclive & propensum cernitur.

σις, καὶ πρὸς τὴν προαίρεσιν τῆς πολιτείας βλαβερά, καὶ πρὸς εὐδαιμονίαν πόλεως. ὥσπερ γὰρ οἰκίας μέρος ἀνὴρ καὶ γυνή, δῆλον ὅτι καὶ πόλιν ἐγγὺς τοῦ δίχα διῃρῆσθαι δεῖ νομίζειν, εἴς τε τὸ τῶν ἀνδρῶν πλῆθος καὶ τὸ τῶν γυναικῶν. ὥστ' ἐν ὅσαις πολιτείαις φαύλως ἔχει τὸ περὶ τὰς γυναῖκας, τὸ ἥμισυ τῆς πόλεως εἶναι δεῖ νομίζειν ἀνομοθέτητον· ὅπερ ἐκεῖ συμβέβηκεν· ὅλην γὰρ τὴν πόλιν ὁ νομοθέτης εἶναι βουλόμενος καρτερικήν, κατὰ μὲν τοὺς ἄνδρας φανερός ἐστι τοιοῦτος ὤν, ἐπὶ δὲ τῶν γυναικῶν ἐξημέληκε· ζῶσι γὰρ ἀκολάστως πρὸς ἅπασαν ἀκολασίαν, καὶ τρυφερῶς. ὥστε ἀναγκαῖον ἐν τῇ τοιαύτῃ πολιτείᾳ τιμᾶσθαι τὸν πλοῦτον, ἄλλως τε κἂν τύχωσι γυναικοκρατούμενοι, καθάπερ τὰ πολλὰ τῶν στρατιωτικῶν καὶ πολεμικῶν γενῶν, ἔξω Κελτῶν· ἢ κἂν εἴ τινες ἕτεροι φανερῶς τετιμήκασι τὴν πρὸς τοὺς ἄρρενας συνουσίαν. ἔοικε γὰρ ὁ μυθολογήσας πρῶτος, οὐκ ἀλόγως συζεῦξαι τὸν Ἄρη πρὸς τὴν Ἀφροδίτην. ἢ γὰρ πρὸς τὴν τῶν ἀρρένων ὁμιλίαν, ἢ πρὸς τὴν τῶν γυναικῶν, φαίνονται κατακώχιμοι πάντες οἱ τοιοῦτοι.

7 Id igitur

7 διὸ παρὰ τοῖς Λάκωσι τοῦθ' ὑπῆρχε, καὶ πολλὰ διῳκεῖτο ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς αὐτῶν. καί τοι τί διαφέρει γυναῖκας ἄρχειν, ἢ τοὺς ἄρχοντας ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἄρχεσθαι; ταὐτὸ γὰρ συμβαίνει. χρησίμου δ' οὔσης τῆς θρασύτητος πρὸς οὐδὲν τῶν ἐγκυκλίων, ἀλλ' εἴπερ πρὸς τὸν πόλεμον, βλαβερώταται καὶ πρὸς ταῦθ' αἱ τῶν Λακώνων ἦσαν. ἐδήλωσαν δ' ἐπὶ τῆς Θηβαίων ἐμβολῆς· χρήσιμοι μὲν γὰρ οὐδὲν ἦσαν, ὥσπερ ἐν ἑτέραις πόλεσι· θόρυβον δὲ παρεῖχον πλείω τῶν πολεμίων. ἐξ ἀρχῆς μὲν οὖν ἔοικε συμβεβηκέναι τοῖς Λάκωσιν εὐλόγως ἡ τῶν γυναικῶν ἄνεσις. ἔξω γὰρ τῆς οἰκίας διὰ τὰς στρατείας ἀπεξενοῦντο πολὺν χρόνον, πολεμοῦντες τόν τε πρὸς Ἀργείους πόλεμον, καὶ πάλιν τὸν πρὸς Ἀρκάδας καὶ Μεσσηνίους· σχολάσαντες δὲ, αὐτοὺς μὲν παρεῖχον τῷ νομοθέτῃ προωδοπεποιημένους διὰ τὸν στρατιωτικὸν βίον· πολλὰ γὰρ ἔχει μέρη τῆς ἀρετῆς· τὰς δὲ γυναῖκας, φασὶ μὲν ἄγειν ἐπιχειρῆσαι τὸν Λυκοῦργον ἐπὶ τοὺς

7 Id igitur Lacedæmoniis accidit. Ac ꝑ mulieres in eorum imperio pleraque gubernantur. Et quidem quid refert an mulieres præsint, an hi qui præsunt mulieribꝰ obediant? Unum siquidem & idem est, tumque ad nullum quotidianum vsum, cōmoda sit audacia, nisi forte ad bellum: ad hoc etiam Lacœnæ plurimum nocuerūt, eiusque rei clarum documentum in Thebana * incursione dederūt: Tum. n. sicut in cæteris civitatibus fieri solet, non modo nihil profuerunt, sed tumultum majorem quam hostes ipsi concitarunt. At initio videtur Laconibus ea in mulieres indulgentia merito contigisse: Longe enim ab domo expeditionibus impediti diu turno tempore aberant; bellaq; cōtra & Argivos & Arcadas & Messenios gerebāt: Cum vero in otio, vacui bello ætatem degerent, præstabant se legislatori suo quasi præcultos & præparatos militari vita, quę multas & magnas virtutis partes in se cōtinet. Ac mulieres quidem dicitur Lycurgus in leges suas instituere voluisse, sed cum repugnarent, incepto destitisse. hæ sunt igitur earum rerum ac proinde Ly-

7 Illustratur proximum argumentum ex adiunctis ꝙ mulieres sint turbulentæ & audaces, & audacia illius caussa declaratur.

** De qua Plutarchus in Agesilao.*

Citat Plutarchus, ex hoc Aristotelis, vt videtur, loco quædam, quæ hic non sunt, ꝙ Lacœnis suis Lacones nimis obsequerentur, herasq; appellarent.

ἐξ; τῶν φρενῶν

curgei erroris caussæ. Verũtamen non id agimus hoc tempore, cui venia concedi negarive debeat, sed quid rectum verumque sit inquirimus. Mores autem mulierum negligentius informati videntur, vt antea jam dictũ est, civitatem non solum dedecoris macula per se deformare, sed avaritia quoq; inquinare. Deinde vero reprehendi etiam possessionum inæqualitas, ab aliquo fortasse possit: hac enim caussa contigit, vt eorum alii magnas & amplas opes, alii per tenues & perexiguas haberent, totaque territorii ditio ad paucos perveniret. Quod legibus imprudenter est ordinatum: Emere enim aut vendere quas quisque opes haberet, vetuit, idque recte: Dandi autem & legandi potestatem omnibus fecit, tametsi hac vel illa ratione idẽ contingere necesse est. Sunt itaque iam mulierum ex vniuersi ferè agri quinq; partibus, duæ: cum permultæ magnis hæreditatibus & amplis dotibus auctæ sint & ornatæ. Atqui verius rectiusque fuit dotem vel nullam, vel exiguam, vel certe modicam constituere. Nunc autem patri puellã, ad quam hereditas vniuersa pertineat,

Tertia reprehensio ex nimia inæqualitate possessionum, quę videlicet acciderit, quia Lycurgus donare & locare possessiones permiserit, vt etiam præstet æquales esse facultates.

νόμους· ὡς δ' ἀντέκρουον ἀποστῆναι πάλιν. αἰτίαι μὲν οὖν εἰσιν αὗται τῶν γενομένων· ὥστε δῆλον ὅτι καὶ ταύτης τῆς ἁμαρτίας. ἀλλ' ἡμεῖς οὐ τοῦτο σκοποῦμεν, τίνι δεῖ συγγνώμην ἔχειν ἢ μὴ ἔχειν, ἀλλὰ περὶ τοῦ ὀρθῶς καὶ μὴ ὀρθῶς. τὰ δὲ περὶ τὰς γυναῖκας ἔχοντα μὴ καλῶς, ἔοικεν, ὥσπερ ἐλέχθη καὶ πρότερον, οὐ μόνον ἀπρέπειάν τινα ποιεῖν τῆς πολιτείας αὐτῆς καθ' αὑτήν, ἀλλὰ συμβάλλεσθαί τι πρὸς τὴν φιλοχρηματίαν. μετὰ γὰρ τὰ νῦν ῥηθέντα, τοῖς περὶ τὴν ἀνωμαλίαν τῆς κτήσεως ἐπιτιμήσειεν ἄν τις. τοῖς μὲν γὰρ αὐτῶν συμβέβηκε κεκτῆσθαι πολλὴν λίαν οὐσίαν, τοῖς δὲ πάμπαν μικράν· διόπερ εἰς ὀλίγους ἧκεν ἡ χώρα. τοῦτο δὲ καὶ διὰ τῶν νόμων τέτακται φαύλως. ὠνεῖσθαι μὲν γὰρ ἢ πωλεῖν τὴν ὑπάρχουσαν, ἐποίησεν οὐ καλόν, ὀρθῶς ποιήσας· διδόναι δὲ καὶ καταλείπειν ἐξουσίαν ἔδωκε τοῖς βουλομένοις. καίτοι ταὐτὸ συμβαίνειν ἀναγκαῖον ἐκείνως τε καὶ οὕτως. ἔστι δὲ καὶ τῶν γυναικῶν σχεδὸν τῆς πάσης χώρας τῶν πέντε μερῶν τὰ δύο,

licet

τῶν τε ἐπικλήρων πολλῶν γινομένων, καὶ διὰ τὸ προῖκας διδόναι μεγάλας. καίτοι βέλτιον ἦν μηδεμίαν, ἢ ὀλίγην, ἢ καὶ μετρίαν τετάχθαι. νῦν δ' ἔξεστι δοῦναί τε τὴν ἐπίκληρον ὅτῳ ἂν βούληται· κἂν ἀποθάνῃ μὴ διαθέμενος ὃν ἂν καταλίπῃ κληρονόμον, οὗτος ᾧ ἂν θέλῃ δίδωσι. τοιγαροῦν δυναμένης τῆς χώρας χιλίους ἱππεῖς τρέφειν καὶ πεντακοσίους, καὶ ὁπλίτας τρισμυρίους, οὐδὲ χίλιοι τὸ πλῆθος ἦσαν. γέγονε δὲ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν δῆλον, ὅτι φαύλως αὐτοῖς εἶχε τὰ περὶ τὴν τάξιν ταύτην. μίαν γὰρ πληγὴν οὐχ ὑπήνεγκεν ἡ πόλις, ἀλλ' ἀπώλετο διὰ τὴν ὀλιγανθρωπίαν. λέγουσι δὲ ὡς ἐπὶ μὲν τῶν προτέρων βασιλέων μετεδίδοσαν τῆς πολιτείας, ὥστ' οὐ γίνεσθαι τότε ὀλιγανθρωπίαν πολεμούντων πολὺν χρόνον· καί φασιν εἶναί ποτε τοῖς Σπαρτιάταις καὶ μυρίους. οὐ μὴν ἀλλ' εἴτ' ἐστὶν ἀληθῆ ταῦτα, εἴτε μή, [5] βέλτιον τὸ διὰ τῆς κτήσεως ὡμαλισμένης πληθύειν ἀνδρῶν τὴν πόλιν.

7° ὑπεναντίος δὲ καὶ ὁ περὶ τὴν τεκνοποιΐαν νόμος πρὸς ταύτην τὴν διόρθωσιν. βουλόμενος γὰρ ὁ νομοθέτης ὡς πλείστους

licet cui velit despondere, ac si decedat intestatus, is, quē heredem fecerit, cuicumque velit, potest locare. Vnde factum est, vt quæ regio mille & quingentos equites: milites vero tricies millenos posset alere, in ea ne mille quidē reperiantur. Res igitur ipsa declarauit, non præclarè ab illis hanc reip. partem definitam & descriptam fuisse, quoniam ciuitas ad eam ciuium paucitatē redacta est, vt ne hostium plagam quidē vnam ferre posset, sed funditus interiret. Quamquā fama est quosdam superiorum regum temporibus ciuitate donatos esse, ne bellis assiduis & diuturnis ciuitas exhausta desolaretur, & aiunt quidem certe, Spartiatas quondam ad decem millia redactos fuisse. Cæterum, seu vera hæc seu commentitia sint, [5] commodius sane fuerit, vt æquatis possessionibus ciuitas hominum multitudine compleatur & frequentetur.

7° Laconicæ etiam disciplinæ lex de procreandis liberis contraria est. Cùm enim cuperet legislator quam maximum Spartiatarum nu-

[5] At istā æquationem reprehendit Aristoteles in Phalea, quem nunc in Lycurgo requirit, & Lycurgus eam suis ipse legibus instituit.

7° Quarta reprehensio q ob legem de procreanda sobole latam inopia in ciuitatem inducatur, res sic concluditur. Si regione sic diuisa multi gignantur, multi pauperes erunt At illud fit ex lege. Ergo & hoc.

Propositio captiosa est, quia multi succedũt, sed multis decedentibus & succrescentib. acquiri nouus ager & vetus diligentius excoli, & deducendis colonis redundans multitudo exhauriri, & ea ratione imperium confirmari potest.

** Quinta reprehensio de Ephoris qui quia fiãt è toto populo, sæpe ob inopiã rempub cõturbent. At Ephoratus Lycurgi legibus constitutus non est, sed annis centũ & triginta post, additus, & muneribus corrumpi non est paupertatis, sed auaritiæ & iniustitiæ vitium, quod locupletum etiam commune est. Et cap. 7. Aristoteles perniciosam legẽ putat quæ diuitias & censum in magistratib. creãdis requirat.*

11 Andria Laconum, publica sodalitia primo dicta sunt, postea Phiditia, de quibus iterum 6. cap.

merum efficere, præmiis & muneribus inuitauit eos ad liberos quamplurimos procreandum. Est enim lex apud eos, vt cui terni liberi fuerint, excubiarum, cui quaterni, omnium munerum vacationem & immunitatem habeat. Atqui perspicuum est si tantus sobolis numerus procreatus sit, necessario futurũ, regione præsertim sic diuisa, vt multi quoque inopes & egentes existant. * Quinctiam quæ ad Ephoratum attinent, ne sunt illa quidẽ præclare constituta. Nam cũ sit huic magistratui maximarũ rerũ potestas credita & commissa, isque de toto populo creetur, sæpe fit vt homines famelici in Ephororum collegium cooptentur: apud quos & difficultates rei familiaris & angustiæ, venalia sunt omnia. Quod & antea sæpe & nunc nuper in 11 Andriis declararunt: eorũ enim quidam pecunia corrupti, quãtum in seipsis fuit remp. totam perdiderunt. Atque etiam quia præpotens hic magistratus & tyrãnidis cuiusdam instar haberetur, reges quoque ipsi Ephororum voluntates captare & occupare studia cogebantur, vt interea respub. hisce blandimentis offenderetur. Democratia enim ex Aristocratia nascitur.

εἶναι τοὺς Σπαρτιάτας, προάγεται τοὺς πολίτας, ὅτι πλείστους ποιεῖσθαι παῖδας. ἔστι γὰρ αὐτοῖς νόμος, τὸν μὲν γεννήσαντα τρεῖς υἱοὺς, ἄφρουρον εἶναι· τὸν δὲ τέτταρας, ἀτελῆ πάντων. καίτοι φανερὸν ὅτι πολλῶν γινομένων, τῆς δὲ χώρας οὕτω διῃρημένης, ἀναγκαῖον πολλοὺς γίνεσθαι πένητας· ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ περὶ τὴν ἐφορείαν ἔχει φαύλως. ἡ γὰρ ἀρχὴ, κυρία μὲν αὐτὴ τῶν μεγίστων αὐτοῖς ἐστι, γίνονται δ' ἐκ τοῦ δήμου πάντες. ὥστε πολλάκις ἐμπίπτουσιν ἄνθρωποι σφόδρα πένητες εἰς τὸ ἀρχεῖον, οἳ διὰ τὴν ἀπορίαν ὤνιοι ἦσαν. ἐδήλωσαν δὲ πολλάκις μὲν καὶ πρότερον, καὶ νῦν δὲ ἐν τοῖς 11 ἀνδρίοις. Διαφθαρέντες γὰρ ἀργυρίῳ τινὲς, ὅσον ἐφ' ἑαυτοῖς, ὅλην τὴν πόλιν ἀπώλεσαν. καὶ διὰ τὸ τὴν ἀρχὴν εἶναι λίαν μεγάλην καὶ ἰσοτύραννον, δημαγωγεῖν αὐτοὺς ἠναγκάζοντο καὶ οἱ βασιλεῖς. ὥστε καὶ ταύτῃ συνεπιβλάπτεσθαι τὴν πολιτείαν· δημοκρατία γὰρ ἐξ ἀριστοκρατίας συνέβαινε.

20 Quan-

20 συνέχει μὲν οὖν τὴν πολιτείαν τὸ ἀρχεῖον τοῦτο. ἡσυχάζει γὰρ ὁ δῆμος διὰ τὸ μετέχειν τῆς μεγίστης ἀρχῆς. ὥστ' εἴτε διὰ τὸν νομοθέτην, εἴτε διὰ τύχην τοῦτο συμπέπτωκε, συμφερόντως ἔχει τοῖς πράγμασι. δεῖ γὰρ τὴν πολιτείαν τὴν μέλλουσαν σώζεσθαι, πάντα βούλεσθαι τὰ μέρη τῆς πόλεως εἶναι καὶ διαμένειν ταὐτά. οἱ μὲν οὖν βασιλεῖς διὰ τὴν αὐτῶν τιμὴν, οὕτως ἔχουσιν. οἱ δὲ καλοὶ κἀγαθοὶ, διὰ τὴν γερουσίαν· ἆθλον γὰρ ἡ ἀρχὴ αὕτη τῆς ἀρετῆς ἐστιν. ὁ δὲ δῆμος, διὰ τὴν ἐφορείαν. καθίσταται γὰρ ἐξ ἁπάντων.

22 ἀλλ' αἱρετὴν ἔδει τὴν ἀρχὴν εἶναι ταύτην, ἐξ ἁπάντων μὲν, μὴ τὸν τρόπον δὲ τοῦτον ὃν νῦν· παιδαριώδης γάρ ἐστι λίαν. ἔτι δὲ καὶ κρίσεων εἰσι μεγάλων κύριοι, ὄντες οἱ τυχόντες. διόπερ οὐκ αὐτογνώμονας βέλτιον κρίνειν, ἀλλὰ κατὰ τὰ γράμματα καὶ τοὺς νόμους. ἔστι δὲ καὶ ἡ δίαιτα τῶν ἐφόρων οὐχ ὁμολογουμένη τῷ βουλήματι τῆς πόλεως.

27 αὕτη μὲν γὰρ ἀνειμένη λίαν ἐστίν· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις

20 Quãquam huius ordinis collegiiq; potẽtatus rem pub. continet. Plebs enim summi principatus compos & particeps acquiescit. Itaque sine legislatoris prudẽtia, siue casu quodam & fortuna id ita contigit, reip. cõmodo sane contigit. Optandum enim est, si modo resp. salua & incolumis futura sit, vt ciuitatis partes omnes quidem sibi constent, in suoque statu permaneant. At vt pręsenti statu gaudeant, reges regiæ dignitatis splendore commouentur: optimates senatoriæ: hæc enim illis pro virtutis suæ præmio est: populus Ephoriæ. Ad hũc enim gradum dignitatis aditus nemini præclusus est, 22 attamen hic magistratus ex omnibus quidem legẽdus fuit, sed alia ratione quam hoc tempore legitur. Puerilis.n. valde est electio, ac quoniam in hoc imperio summa rerũ iudicia à rudi & imperito vulgo exercentur: iudices hi non pro libidine atque arbitrio, sed ex scriptis & patriis legibus sententiam suam dicere debuerant: Ephororum quoque vita ciuitatis institu to parum congruit.

27 Est enim mollis & luxuriosa, cæteris autem per

20 Correctio, & Ephoratus tamen remp. contineat, idque reip. partium inductione probatur.

22 Redit ad Ephoratus reprehensionem, & cum è populo creetur, summus de reb. sæpe iudicet imperitus.

27 Addit Ephoros dissolute viuere, cũ tamen cæteris ciuibus durissima vita legibus imperetur.

leges tam dura tamque tristis imposita, vt tollerare nō possint, sed clandestinam fraudem legi faciant, & sese corporis voluptatib. expleant.

μᾶλλον ὑπερβάλλει ἐπὶ τὸ σκληρόν· ὥστε μὴ δύνασθαι καρτερεῖν, ἀλλὰ λάθρα τὸν νόμον ἀποδιδράσκοντας ἀπολαύειν τῶν σωματικῶν ἡδονῶν.

[28] Sexta reprehensio de Senatoribus, quod & perpetui sint, & pecuniā publicam impure dilapidare possint, quia rationes non reddant.

Nec [28] Senatorum quidem potestas recte apud illos definita est: tametsi enim dici fortasse potest, si probis & honestis moribus ad virtutem instituti fuerint, id ciuitati saluti futurum, attamen vt toto vitæ tempore de grauissimis quibusque rebus iudicent, lubricū & periculosum videatur.

[28] ἔχει δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν οὐ καλῶς αὐτοῖς. ἐπιεικῶν μὲν γὰρ ὄντων καὶ πεπαιδευμένων ἱκανῶς πρὸς ἀνδραγαθίαν, τάχ' ἂν εἴπειέ τις συμφέρειν τῇ πόλει. καίτοι τό γε διὰ βίου κυρίους εἶναι κρίσεων μεγάλων, ἀμφισβητήσιμον.

[30] Hinc prouerbium Bis pueri senes: non quod animus cū immortalis sit, senescat, quod instrumenta corporis plerunq; in illa ætate deficiant.

Est enim, [30] quemadmodum corporis, sic animi sua quoque senectus: sin autem ea disciplina fuerit, vt legum lator eis tanquam non bonis viris diffidat, nec idcirco perpetuam iudiciorum potestatem permittat, nonne tutum fuerit? Præterea vero cum videamus eos qui in senatum lecti fuerint, sordidis munerib. corrumpi, & multa de publico largiri, nonne præstabilius esset ab illis de vita & factis suis rationem referri? nunc autem non referunt: nisi forte videantur Ephori à cæteris magistratibus rationem reposcere. At hæc in Ephorata potentia infinita minimeq; toleranda est: nec rationes in hūc mo-

ἔστι [30] γὰρ ὥσπερ καὶ σώματος, καὶ διανοίας γῆρας. τὸν τρόπον δὲ τοῦτον πεπαιδευμένων, ὥστε καὶ τὸν νομοθέτην αὐτὸν ἀπιστεῖν, ὡς οὐκ ἀγαθοῖς ἀνδράσιν, οὐκ ἀσφαλές. φαίνονται δὲ καὶ καταδωροδοκούμενοι καὶ καταχαριζόμενοι πολλὰ τῶν κοινῶν οἱ κεκοινωνηκότες τῆς ἀρχῆς ταύτης. διόπερ βέλτιον αὐτοὺς μὴ ἀνευθύνους εἶναι· νῦν δ' εἰσί. δόξειε δ' ἂν ἡ τῶν ἐφόρων ἀρχὴ πάσας εὐθύνειν τὰς ἀρχάς· τοῦτο δὲ τῇ ἐφορείᾳ μέγα λίαν τὸ δῶρον, καὶ τὸν τρόπον οὐ τοῦτον λέγο-

γομεν διδόναι δεῖν τὰς εὐθύνας.

73 ἔτι δὲ καὶ τὴν αἵρεσιν ἣν ποιοῦνται τῶν γερόντων, κατά τε τὴν κρίσιν ἐστὶ παιδαριώδης, καὶ τὸ αὐτὸν αἰτεῖσθαι τὸν ἀξιωθησόμενον τῆς ἀρχῆς, οὐκ ὀρθῶς ἔχει. δεῖ γὰρ καὶ βουλόμενον καὶ μὴ βουλόμενον ἄρχειν τὸν ἄξιον τῆς ἀρχῆς. νῦν δ', ὅπερ καὶ περὶ τὴν ἄλλην πολιτείαν, ὁ νομοθέτης φαίνεται ποιῶν. φιλοτίμους γὰρ κατασκευάζων τοὺς πολίτας, τούτοις κέχρηται πρὸς τὴν αἵρεσιν τῶν γερόντων. οὐδεὶς γὰρ ἂν ἄρχειν αἰτήσαιτο, μὴ φιλότιμος ὤν.

20 καίτοι τῶν γ' ἀδικημάτων ἑκουσίων τὰ πλεῖστα συμβαίνει σχεδὸν διὰ φιλοτιμίαν καὶ διὰ φιλοχρηματίαν τοῖς ἀνθρώποις. περὶ δὲ βασιλείας, εἰ μὲν μὴ βέλτιόν ἐστιν ὑπάρχειν ταῖς πόλεσιν, ἢ βέλτιον, ἄλλος ἔστω λόγος. ἀλλὰ μὴν βέλτιόν γε μὴ καθάπερ νῦν, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτοῦ βίον ἕκαστον κρίνεσθαι τῶν βασιλέων. ὅτι δ' ὁ νομοθέτης οὐδ' αὐτὸς οἴεται δύνασθαι ποιεῖν καλοὺς κἀγαθούς, δῆλον. ἀπιστεῖ γοῦν

dum reddi arbitramur oportere.

73 Est porro etiam Senatorum apud eos creatio, delectus puerilis, vtque is magistratum petat qui dignus eo censeatur, est absurdum. Ad imperium enim qui sit eo dignus, vel inuitus vocandus est. At Lacedæmonius legislator quod in reliquis reipub. partib. effecit, hoc etiam loco videtur efficere: quos enim honoris cupiditate & ambitione incenderit, iis ad consilium ordinemque senatorium vtitur. Nec. n. quisquam nisi ambitiosus, ad magistratum petendum descēdat: 20 At vero fraudes propemodum omnes atque iniuriæ (quæ quidem consilio & voluntate susceptæ sint) ab ambitione & auaritia proficiscuntur. Præterea autem de regno, quamuis expediat ciuitatibus necne regia forma gubernari, alia quæstio fuerit: attamen certe cōmodius esse, non sicuti passim fit hoc tempore, sed pro sua vita quemq; regum deligi. Atq; etiam quod legislator ne ipse quidem sperauerit se suos reges ad honestatem probitatemque deducere, id argumento est, quod eis tāquam non satis spectatis & probatis diffidit. Itaque infesti

73 Reprehenditur etiam in Senatorib. electio

Vera electio est, cum magistratu digni, vel inuiti leguntur. Id non fit in Lacedæmonio Senatu Non vere igitur.

At Plutarchus in Lycurgo longe secus affirmat, vnū quadragenarium vniuersæ ciuitatis voce & iudicio maxime probatum in demortui Senatoris locum optari.

Philosophi ad remp. cogendi. Plato 477

20 Septima reprehensio de regibus, quod genere potius quā virtute creentur, & q; eis tanquam malis infensi legati coniungantur.

De regum creatione rursus cap. 7. nu. 1.

Plato 28.

atque inimici legati his addebantur, salusque ciuitatis in regum dissensione & discordia posita videbatur.

[1] Octaua reprehensio de sodalitiis sic conclusa.
Sodalitates recte institutæ ex publico fieri debent.
Quod Lacedæmone non fit.
Non igitur recte.
Additur ex adiunctis illustratio, & ideo ciuitas minime sit popularis.

[1] Insuper neque sodalitates, (quæ phyditia nominantur) legibus recte sunt ab eo informatæ, qui primus eas informauit. Fuerat enim potius illud ac melius, vt quemadmodum in Creta, ita hic ex publico victus præberetur, conuentusque ille celebraretur. At Lacedæmone necessario confert vnusquisq;, quamuis nonnulli valde sint inopes, nec ad eos sumptus satis instructi: vnde fit vt cōtra legislatoris sententiam consiliumque accidat: charitatis enim cuiusdam popularis gratia sodalitates istas instituit, ac nihil est minus populare quam eiusmodi sodalitium sic institutum. Nec enim facile est egentissimos homines eius cōventus participes esse, & reip. tamen fines apud eos hi patrii sunt, vt qui sumptus illos tolerare non possit, ne cum cæteris in eam communionem & societatem recipiatur.

[2] Nona reprehensio de re nauali ex adiunctis seditionibus.

[2] Quinimo lex de nauarchis à nonnullis improbatur, & merito improbatur. Est enim seditionis caussa. Nam cum reges exercituum principes ducesq; sunt, per-

ὡς οὐκ οὖσιν ἱκανῶς ἀγαθοῖς ἀνδράσι· διόπερ ἐξέπεμπον συμπρεσβευτὰς τοὺς ἐχθρούς, καὶ σωτηρίαν ἐνόμιζον τῇ πόλει εἶναι τὸ στασιάζειν τοὺς βασιλεῖς. οὐ [1] καλῶς δ' οὐδὲ περὶ τὰ συσσίτια τὰ καλούμενα φιδίτια, νενομοθέτηται τῷ καταστήσαντι πρῶτον. ἔδει γὰρ ἀπὸ κοινοῦ μᾶλλον εἶναι τὴν σύνοδον, καθάπερ ἐν Κρήτῃ· παρὰ δὲ τοῖς Λάκωσιν ἕκαστον δεῖ φέρειν, καὶ σφόδρα πενήτων ἐνίων ὄντων, καὶ τοῦτο τὸ ἀνάλωμα οὐ δυναμένων δαπανᾶν· ὥστε συμβαίνειν τοὐναντίον τῷ νομοθέτῃ τῆς προαιρέσεως. βούλεται μὲν γὰρ δημοκρατικὸν εἶναι τὸ κατασκεύασμα τῶν συσσιτίων, γίνεται δ' ἥκιστα δημοκρατικὸν οὕτω νενομοθετημένον. μετέχειν μὲν γὰρ οὐ ῥᾴδιον τοῖς λίαν πένησιν. ὅρος δὲ τῆς πολιτείας οὗτός ἐστιν αὐτοῖς ὁ πάτριος, τὸν μὴ δυνάμενον τοῦτο τὸ τέλος φέρειν, μὴ μετέχειν αὐτῆς. [2] τῷ δὲ περὶ τοὺς ναυάρχους νόμῳ καὶ ἕτεροί τινες ἐπιτετιμήκασιν, ὀρθῶς ἐπιτιμῶντες. στάσεως γὰρ γίνεται αἴτιος. ἐπὶ γὰρ τοῖς βασιλεῦσιν οὖσι στρατηγοῖς ἀΐ-

petua

διος ἡ ναυαρχία, σχεδὸν ἑτέρα βασιλεία καθέστηκε.[3] καὶ ὡδὶ δὲ τῇ ὑποθέσει τοῦ νομοθέτου ἐπιτιμήσειεν ἄν τις, ὅπερ καὶ Πλάτων ἐν τοῖς νόμοις ἐπιτετίμηκε. πρὸς γὰρ μέρος ἀρετῆς ἡ πᾶσα σύνταξις τῶν νόμων ἐστὶ τὴν πολεμικήν· αὕτη γὰρ χρησίμη πρὸς τὸ κρατεῖν. τοιγαροῦν ἐσώζοντο μὲν πολεμοῦντες, ἀπώλλυντο δὲ ἄρξαντες, διὰ τὸ μὴ ἐπίστασθαι σχολάζειν, μηδὲ ἠσκηκέναι μηδεμίαν ἄσκησιν ἑτέραν κυριωτέραν τῆς πολεμικῆς. τοῦτο [100] δὲ ἁμάρτημα οὐκ ἔλαττον. νομίζουσι μὲν γὰρ γίνεσθαι τἀγαθὰ τὰ περιμάχητα, δι᾽ ἀρετῆς μᾶλλον ἢ κακίας· καὶ τοῦτο μὲν καλῶς· ὅτι μέντοι ταῦτα κρείττω τῆς ἀρετῆς ὑπολαμβάνουσιν, οὐ καλῶς. [70] φαύλως δ᾽ ἔχει καὶ περὶ τὰ κοινὰ χρήματα τοῖς Σπαρτιάταις. οὔτε γὰρ ἐν τῷ κοινῷ τῆς πόλεώς ἐστιν οὐδὲν, πολέμους μεγάλους ἀναγκαζομένοις πολεμεῖν· εἰσφέρουσί τε κακῶς. διὰ γὰρ τὸ τῶν Σπαρτιατῶν εἶναι τὴν πλείστην

petua nauarchia alterius regni speciem quandam obtinet. Eodemque [3] pacto, quod etiam reprehendit in legibus Plato, summum legislatoris primumq; consilium quispiam reprehendat: ad bellicam nempe laudem quæ virtutis vna tantum pars est quæque ad victoriam consequendam valet, vniuersa eius institutio refertur. Itaque qui gerendis bellis florentes opes habebāt, iidem rerum potiti affligebantur & iacebant, propterea quod vti pace & otio nesciebant nec artem aut exercitationem vllam militari præstantiorem didicerant. [100] Quod peccatum quamuis tātum sit, quod sequitur tamē nihilo leuius est. Etenim bona de quibus inter homines certatur & dimicatur, virtute potius quam vitio parari existimabant. Idque præclare: sed ea virtute potiora & priora iudicabant, id vero non præclare. De [70] publica autē pecunia neutiquam est apud Lacedæmonios sapienter ordinatum. Nec enim cum grauissima bella suscipere atq; aggredi cogātur, vllum ciuitatis ærarium suppetit, & conferre illis graue atque acerbum est. Nā cum Spartiatæ magnum & latum

3 Decima reprehensio de vniuersa ciuitatis disciplina quæ ad vnam tantū virtutis partem pertineat. At in argumento contra dicimus ex Plutarcho & Xenophonte, de hoc postea rursus lib 7. num. 63. hæc reprehensio sumitur ex Platonis primo de legibus p.635.

100 Vndecima reprehensio quod imperium virtute melius statuerent.

70 Vltima reprehensio de ærario cui male prouisum sit. At valde ridicula cum nummi nisi se reus & quidem immensi ponderis nullius illic essent, & singuli, vt in nostra Roma fuit, suo sumptu militare aut publice commeatum & militaris cultum collatum inter se facultatibus capere possint.

agrum possideant, nequaquam inter se disquirunt, quantum quisque pensitare & conferre debeat. Ex quo legislatori non vtilitas illi proposita, sed incommoditas contraria contigit. Nam publice inopiam, priuatim auaritiam induxit. Sed hactenus de Lacedæmoniorum repub. Hæc enim fere sunt quæ animaduersione dignissima videantur.

γῆν, οὐκ ἐξετάζουσιν ἀλλήλων τὰς εἰσφοράς. ἀποβέβηκέ τε τοὐναντίον τῷ νομοθέτῃ τοῦ συμφέροντος. τὴν μὲν γὰρ πόλιν πεποίηκεν ἀχρήματον, τοὺς δ' ἰδιώτας φιλοχρημάτους. περὶ μὲν οὖν τῆς Λακεδαιμονίων πολιτείας ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. ταῦτα γάρ ἐστιν ἃ μάλιστ' ἄν τις ἐπιτιμήσειεν.

Argumentum 8. capitis.

Minos Cretensium rex & legislator in Creta rempub. tribus magistratuum generibus informauit, regno, Senatu, Cosmatu, possessiones æquauit, sic vt publice victus omnibus præberetur, ne soboles maiorem in modum excresceret legibus cauit, ad eamq; rem cum maribus cõsuetudinem induxit: vnde fabulati sunt poetæ Ganymedem a Ioue in Creta raptum esse: hanc autem rempub. Laconicæ magistram Aristoteles hoc capite confirmat fuisse, & eam varie tractat. Præponit enim in sodalitiis & tota procreationis ratione & periæcis cæteris in rebus parem vel inferiorem Laconica facit. Itaque toto fere isto capite comparatio est Laconicæ & Cretensis reipubl.

CAP. VIII.

Docetur initio quomodo Laconica respub. Cretenses imitata

Hvic autem reip. finitima est Cretensiũ respub. quę pauca Laconicis institutis nõ inferiora quidem

ΚΕΦ. η.

Ἡ δὲ Κρητικὴ πολιτεία, πάρεγγυς μέν ἐστι ταύτης· ἔχει δὲ, μικρὰ μὲν, οὐ χεῖρον.

τὸ δὲ

τὸ δὲ πλεῖον, ἧττον γλαφυρῶς. καὶ γὰρ ἔοικε, καὶ λέγεται δὲ, τὰ πλεῖστα μεμιμῆσθαι τὴν Κρητικὴν πολιτείαν ἡ τῶν Λακώνων· τὰ δὲ πλεῖστα τῶν ἀρχαίων, ἧττον διήρθρωται τῶν νεωτέρων. φασὶ γὰρ τὸν Λυκοῦργον, ὅτε τὴν ἐπιτροπείαν τοῦ Χαρίλλου τοῦ βασιλέως καταλιπὼν ἀπεδήμησε, τότε τὸν πλεῖστον διατρίψαι χρόνον περὶ τὴν Κρήτην διὰ τὴν συγγένειαν. ἄποικοι γὰρ οἱ Λύκτιοι τῶν Λακώνων ἦσαν· κατέλαβον δ' οἱ πρὸς τὴν ἀποικίαν ἐλθόντες, τὴν τάξιν τῶν νόμων ὑπάρχουσαν ἐν τοῖς τότε κατοικοῦσι. διὸ καὶ νῦν οἱ περίοικοι τὸν αὐτὸν τρόπον χρῶνται αὐτοῖς, ὡς κατασκευάσαντος Μίνω πρώτου τὴν τάξιν τῶν νόμων. δοκεῖ δ' ἡ νῆσος καὶ πρὸς τὴν ἀρχὴν τὴν Ἑλληνικὴν πεφυκέναι καὶ κεῖσθαι καλῶς· πάσῃ γὰρ ἐπίκειται τῇ θαλάσσῃ, σχεδὸν τῶν Ἑλλήνων ἱδρυμένων περὶ τὴν θάλασσαν πάντων. ἀπέχει γὰρ, τῇ μὲν ὀλίγον τῆς Πελοποννήσου, τῇ δὲ τῆς Ἀσίας τοῦ περὶ Τριόπιον τόπου καὶ Ῥόδου· διὸ καὶ τὴν τῆς θαλάσσης ἀρχὴν κατέσχεν ὁ Μίνως, καὶ τὰς νή-

illa, sed certe magna ex parte, minus eleganter minusq; splendide descripta complectitur.

Etenim Laconũ resp. plurimis in reb. videtur & ita sane perhibetur ad imaginẽ reip. Cretensis esse composita. At fere veteres & antiquæ constitutiones min⁹ politæ sunt & concinnę quam recentiores & nouæ. Memoratur aũt Lycurgus, cũ tutela Charilai regis relicta peregrinaretur. In Creta multos annos cum amicis & ꝓpinquis consumpsisse. Nã Lyctii Laconũ coloni, cũ in coloniã illi deducti essent veterũ & indigenarũ colonorũ leges acceperãt. Itaque illis etiam legib. perieci hoc tempore similiter vtuntur, tanquam Minos illis primus eas leges cõdiderit. Enimuero hæc insula ad imperium Græciæ nata videtur, & percommode posita: vniuerso enim mari vndique imminet, Græcis fere omnib. maritimas oras accolentibus. Nam tenui spatio hinc à Pelopõneso, illinc ab Asia versus Triopium & Rhodum distinguitur. Itaq; maris imperium Minos obtinuit: Atque ex insulis alias vi domuit, alias incultas & desertas deductis coloniis

Sit, & Creta situs describitur: vnde statuitur hac insulam ad imperium Græciæ ftam esse, & Minois imperium breuiter attingitur.

Plato in Minoe 40. idem folio 633. 644.

frequentauit. tandemq; cum in Siciliam inuasisset, illic ad Camerinum diem suum obiit. [3] Cretensium autem institutis & moribus Laconum instituta, moresque magna similitudine respondent. Laconibus enim arant hilotes: Cretensibus autem periæci. In vtroque populo suæ quoque sodalitates insunt: quæ nec olim à Laconibus phiditia, sed vt à Cretensibus Andria nominabantur. Vnde perspici potest Laconũ non illa tãtum sodalitia, sed rempublicam quoq; illinc profectam esse. Ephororum etiam & Cosmorũ qui in Creta appellantur, potestas eadem est, nisi forte quod Ephori numero tãtum quinq; sunt, Cosmi decem. Ac senatores quidem senatoribus, quos Cretes consilium vocant, authoritate simili conueniunt. Regale etiam imperium quõdam Cretes habuerũt, sed postea de repub. sustulerunt, bellique principatũ Cosmi vsurparunt. Concionum autẽ comitiorumque potestatem communem vterque populus habet: nullam tamen hic ad authoritatem aliã, nisi vt Senatorum cõsulta decretaque Cosmorum suffragiis suis probet vel improbet. [7] Cæterum sodalitates lautius à Cretensib. quam

3 Similitudo prima Laconicæ & Cretensis reip. ex secretis & sodalitiis, tribunis specius. Senatorib. regibus, comitiis vnde apparet Laconicam ex Cretensi deductam.

Ephori numero tantum quinq;.

7 Dissimilitudo prima ex so-

σοις, τὰς μὲν ἐχειρώσατο, τὰς δ᾽ ᾤκισε· τέλος δὲ ἐπιθέμενος τῇ Σικελίᾳ, τὸν βίον ἐτελεύτησεν ἐκεῖ περὶ Κάμικον. [3] ἔχει δ᾽ ἀνάλογον ἡ Κρητικὴ τάξις πρὸς τὴν Λακωνικήν. γεωργοῦσί τε γάρ, τοῖς μὲν εἵλωτες, τοῖς δὲ Κρησὶν οἱ περίοικοι. καὶ συσσίτια παρ᾽ ἀμφοτέροις ἐστί· καὶ τό γε ἀρχαῖον ἐκάλουν οἱ Λάκωνες οὐ φιδίτια, ἀλλ᾽ ἀνδρεῖα, καθάπερ οἱ Κρῆτες. ᾗ καὶ δῆλον ὅτι ἐκεῖθεν ἐλήλυθεν. ἔτι δὲ τῆς πολιτείας ἡ τάξις. οἱ μὲν γὰρ ἔφοροι τὴν αὐτὴν ἔχουσι δύναμιν τοῖς ἐν τῇ Κρήτῃ καλουμένοις κόσμοις. πλὴν οἱ μὲν ἔφοροι, πέντε τὸν ἀριθμόν· οἱ δὲ κόσμοι, δέκα εἰσίν. οἱ δὲ γέροντες τοῖς γέρουσιν, οὓς καλοῦσιν οἱ Κρῆτες βουλήν, ἴσοι. βασιλεία δὲ πρότερον μὲν ἦν, εἶτα κατέλυσαν οἱ Κρῆτες, καὶ τὴν ἡγεμονίαν οἱ κόσμοι τὴν κατὰ πόλεμον ἔχουσιν. ἐκκλησίας δὲ μετέχουσι πάντες· κυρία δ᾽ οὐδενός ἐστιν, ἀλλ᾽ ἢ συνεπιψηφίσαι τὰ δόξαντα τοῖς γέρουσι καὶ τοῖς κόσμοις.

[7] τὰ μὲν οὖν τῶν συσσιτίων ἔχει βέλτιον τοῖς Κρησὶν ἢ τοῖς

Λάκωσιν. ἐν μὲν γὰρ Λακεδαίμονι κατὰ κεφαλὴν ἕκαστος εἰσφέρει τὸ τεταγμένον· εἰ δὲ μή, μετέχειν νόμος κωλύει τῆς πολιτείας, καθάπερ εἴρηται καὶ πρότερον· ἐν δὲ Κρήτῃ, κοινοτέρως. ἀπὸ πάντων γὰρ τῶν γινομένων καρπῶν τε καὶ βοσκημάτων, (καὶ) ἐκ τῶν δημοσίων καὶ φόρων οὓς φέρουσιν οἱ περίοικοι, τέτακται μέρος, τὸ μὲν πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ τὰς κοινὰς λειτουργίας, τὸ δὲ τοῖς συσσιτίοις, ὥστε ἐκ κοινοῦ τρέφεσθαι πάντας, καὶ γυναῖκας, καὶ παῖδας, καὶ ἄνδρας. πρὸς δὲ τὴν ὀλιγοσιτίαν, ὡς ὠφέλιμον, πολλὰ πεφιλοσόφηκεν ὁ νομοθέτης, καὶ πρὸς τὴν διάζευξιν τῶν γυναικῶν, ἵνα μὴ πολυτεκνῶσι, τὴν πρὸς τοὺς ἄρρενας ποιήσας ὁμιλίαν. περὶ ἧς εἰ φαύλως, ἢ μὴ φαύλως, ἕτερος ἔσται τοῦ διασκέψασθαι καιρός. ὅτι δὲ τὰ περὶ τὰ συσσίτια βέλτιον τέτακται τοῖς Κρησίν, ἢ τοῖς Λάκωσι, φανερόν.

70 τὰ δὲ περὶ τοὺς κόσμους, ἔτι χεῖρον τῶν ἐφόρων. ὃ μὲν γὰρ ἔχει κακὸν τὸ τῶν ἐφόρων ἀρχεῖον, ὑπάρχει καὶ τούτοις· γίνονται γὰρ οἱ τυχόντες. ὃ δ'

quam Laconibus sunt instituta: Lacedemones siquidē suam quisque partem in singula capita præscriptam confert, alioqui legibus à repub. sicut antea dictum est, secluditur. Apud Cretenses autem magis populariter id efficitur: Ex omnibus enim tum fructibus, tum pecoribus, tum publicis vectigalibus & tributis, quæ periæci conferunt, pars quidem religionibus & publicis sacrificiis, pars vero sodalitatibus impenditur. Itaque omnibus & mulieribus & pueris & viris publice victus suppeditatur.

dalitiis & pro creatione, & sobolis modus melius sit institutus in Creta.

Cæterum de victus frugalitate & parsimonia tanquam de re vtili & salutari, Itemque de virorum à mulieribus, ne nimiam sobolē parerent, distractione & abstinentia legislator permulta philosophatus est ad eamq; rem etiā masculorum consuetudinem induxit, Improbene an secus aliud erit disputādi tempus. Perspicuum igitur est sodalitates Cretensibus præclarius institutas esse quam Laconibus.

Hæc lex est Cretum de qua capite superiore. Plato 616. quæ septimo libro damnatur.

7° Cosmorum vero magistratum deterius quam Ephororū: tametsi enim malum, quod ex Ephororū collegio vt cuiuis magistratus ille pateat, idē ipsum ex or-

70 Dissimilitudo secunda quod cosmi deterius in Creta, quam Ephori in Sparta, quia illi ex certis tantum familiis fiant.

dine cosmorū oritur, & existit, tamen cōmoditas, quam illic resp. percipit, hic nulla est. Nam cum sit illic Ephoratus omnium communis, populus certe summi magistratus particeps, remp. saluam esse cupit. hic vero non ex omnibus Cosmi deligun-tur, sed è certis familiis, atq; ex iis qui Cosmi fuerunt, Senatores eligūtur: [1] de quibus idem, quod de Spartanis senatoribus dici potest. Nam & rationes rerum à se gestarum non reddere, & perpetuum magistratum tenere, maius quidem præmiū est illis quam dignitas eorum desideret: & non ex scripta lege, sed ex sua libidine iudicare periculosum.

1 Similitudo secunda vtriusq; reip. quod male senatores sint immunes à rationibus, & perpetui quodlibet iudices.

[2] Nec quia populus iis honoribus exclusus quiescit, ideo argumentum nullum est bene constitutę ciuitatis: Nec tamē vt Ephoris ita Cosmis in insula lōge ab iis, qui corrūpere quidem possunt, habitantibus vlla quæstus est occasio. Quanquam minime probanda est ea medicina, quā aduersus eiusmodi corruptelas adhibent. Est enim absurda minimeque vrbana, sed Dinastiæ cuidā potius accommodata. Nonnulli.n. coniurati vel è collegiis ipsorū vel è priuatis Cos-

2 Dissimilitudo tertia, & Cosmi difficilius corrumpantur, sed medicinam tamen creticā cōtra corruptelas Aristoteles hic improbat.

ἐκεῖ συμφέρει πρὸς τὴν πολιτείαν, ἐνταῦθ' οὐκ ἔστιν. ἐκεῖ μὲν γὰρ, διὰ τὸ τὴν αἵρεσιν ἐκ πάντων εἶναι, μετέχων ὁ δῆμος τῆς μεγίστης ἀρχῆς, βούλεται μένειν τὴν πολιτείαν· ἐνταῦθα δ' οὐκ ἐξ ἁπάντων αἱροῦνται τοὺς κόσμους, ἀλλ' ἐκ τινῶν γενῶν, καὶ τοὺς γέροντας ἐκ τῶν κεκοσμηκότων. [1] περὶ ὧν τοὺς αὐτοὺς ἄν τις εἴπειε λόγους, καὶ περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι γινομένων. τὸ γὰρ ἀνυπεύθυνον καὶ τὸ διὰ βίου, μεῖζόν ἐστι γέρας τῆς ἀξίας αὐτοῖς· καὶ τὸ μὴ κατὰ γράμματα ἄρχειν, ἀλλ' αὐτογνώμονας, ἐπισφαλές.

[2] τὸ δ' ἡσυχάζειν μὴ μετέχοντα τὸν δῆμον, οὐδὲν σημεῖον τοῦ τετάχθαι καλῶς· οὐδὲ γὰρ λήμματός τι τοῖς κόσμοις, ὥσπερ τοῖς ἐφόροις, πόρρω γ' ἀποικοῦσιν ἐν νήσῳ τῶν διαφθερούντων. ἣν δὲ ποιοῦνται τῆς ἁμαρτίας ταύτης ἰατρείαν, ἄτοπος, καὶ οὐ πολιτικὴ, ἀλλὰ δυναστευτική. πολλάκις γὰρ ἐκβάλλουσι συστάντες τινὲς τοὺς κόσμους, ἢ τῶν συναρχόντων αὐτῶν, ἢ τῶν ἰδιωτῶν. ἔξεστι δὲ καὶ μεταξὺ τοῖς κόσμοις ἀ-

πειπεῖν

πίπτειν τὴν ἀρχήν. ταῦτα δὴ πάντα βέλτιον γίνεσθαι κατὰ νόμον ἢ κατ' ἀνθρώπων βούλησιν· οὐ γὰρ ἀσφαλὴς ὁ κανών. πάντων δὲ φαυλότατον, τὸ τῆς ἀκοσμίας ἣν καθιστᾶσι πολλάκις, ὅταν μὴ δίκας βούλωνται δοῦναι, τῶν δυνατῶν. ᾗ καὶ δῆλον ὡς ἔχει τι πολιτείας ἡ τάξις, ἀλλ' οὐ πολιτεία ἐστὶν, ἀλλὰ δυναστεία μᾶλλον. εἰώθασι δὲ, διαλαμβάνοντες τὸν δῆμον καὶ τοὺς φίλους, μοναρχίαν ποιεῖν καὶ στασιάζειν, καὶ μάχεσθαι πρὸς ἀλλήλους. καί τοι τί διαφέρει τὸ τοιοῦτον, ἢ διά τινος χρόνου μηκέτι πόλιν εἶναι τὴν τοιαύτην, ἀλλὰ λύεσθαι τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν; ἔστι δ' ἐπικίνδυνος οὕτως ἔχουσα πόλις τῶν βουλομένων ἐπιτίθεσθαι καὶ δυναμένων. ἀλλά, καθάπερ εἴρηται, σώζεται διὰ τὸν τόπον. ξενηλασίας γὰρ τὸ πόρρω πεποίηκε.

7 διὸ καὶ τὸ τῶν περιοίκων μένει τοῖς Κρησίν· οἱ δ' εἵλωτες ἀφίστανται πολλάκις. οὔτε γὰρ ἐξωτερικῆς ἀρχῆς κοινωνοῦσιν οἱ Κρῆτες, νεωστὶ

mos eiiciunt, Cosmisque interim licet interdicere magistratu. Quæ omnia sane fieri præstiterit lege, quam hominum, quæ tam incerta regula est, voluntate. Ex omnibus autem peccatis nullum deterius, neque fœdius est ea reipub. perturbatione, quę à locupletibus & potentibus cũ iudicia disturbant, excitatur: vnde palam est eiusmodi constitutione aliquã quidem reipublicæ particulam, non rempubl. sed Dynastiam potius institui. Solent enim populo & amicis factione distractis Monarchiam creare, & seditiones facere, bellisque ciuilibus inter se decertare. Et quidem quid interest an eiusmodi perturbatio rerum inducta sit, an quodam temporis interuallo ciuitas ea nulla sit, ciuiumque communitas euertatur? Ciuitatis profecto sic agitatę & vexatæ status valde periculosus est, si qui velint aut possint inuadere. Verumtamen (sicuti supradictum est) hæc insula loci natura defenditur & conseruatur, quo hostiles externorum incursiones & impetus arceantur.

Reprehendit in Creta potentium contentiones in turbandis iudiciis.

Caussæ quibus Creta in suo statu non conseruaretur.

7 Itaque Periæci Cretensibus in fide & officio permanent, cum hilotes sæpe tamen defecerint, quoniam Cretensibus externi imperii cõmunio

7 Concludit ad extremam imbecillitatẽ Cretensium legum ex euentu cu-

nulla eſt. Attamen externum bellum nuper iis illatum declarauit, quam debiles & infirmæ eſſent eorum leges. Sed de Cretum republic. ſatis.

τε πόλεμος ξενικὸς διαβέβηκεν εἰς τὴν νῆσον· ὃ πεποίηκε φανερὰν τὴν ἀσθένειαν τῶν ἐκεῖ νόμων. περὶ μὲν ταύτης εἰρήσθω τοσαῦθ' ἡμῖν τῆς πολιτείας.

iuſdam belli. Argumēto ſatis [illegible]. Poſſet enim bonum ab improbis ſuperari. Leges integræ erant Platonis tempore. Plato in Minoe 41.

Argumentum 9. capitis.

CArthago Ariſtotelis tempore princeps Aphricæ ciuitas, reip. gubernandæ ſapientia tam inſignis, vt eam videatur omnibus, non ſolum barbaris & græcis etiam tamquam ciuitatibus Ariſtoteles antepoſuiſſe, quoniam hanc ſolam ex omnibus barbaris cum qua decertaret principem delegit, & Laconicæ reip. omnibus fere partibus anteponit: Nec adhuc in vlla Græca repub. tam multa commendauit. Commendat enim omnia laudanda reip. genera, commendat regnum, quia virtute eligatur, hæreditaria ſucceſſione non vſurpetur. Commendat Ariſtocratiam multis quidem nominibus, quia magiſtratus & virtute creentur, & ſine ſorte mandentur, et ſine mercede gerantur, et à cunctis ordinibus iudicia exerceantur. Commendat in Centumuiratu Timocratiam, quia ex optimis viris nominetur. Reprehendit autem in regno nihil, immo tyrannnum aut nullum carthagine fuiſſe. At in Ariſtocratia reprehendit Oligarchiam quandam, quia ex paucis iiſque tantum opulentis magiſtratus deſignentur, & quidem ſic, vt ab vno multi occupentur. In Timocratia Politiam, Democratiam quandam arguit, quia populus interdum ſuperiorem regibus & ſenatoribus authoritatem habeat.

CAP.

ΚΕΦ. Θ.

Πολιτεύεσθαι δὲ δοκοῦσι καὶ Καρχηδόνιοι καλῶς, καὶ πολλὰ περιττῶς πρὸς τοὺς ἄλλους· μάλιστα δ' ἔνια παραπλησίως τοῖς Λάκωσιν. αὗται γὰρ αἱ πολιτεῖαι τρεῖς, ἀλλήλαις τε σύνεγγύς πως εἰσί, καὶ τῶν ἄλλων πολὺ διαφέρουσιν, ἥ τε Κρητικὴ, καὶ ἡ Λακωνικὴ; καὶ τρίτη τούτων, ἡ (τῶν) Καρχηδονίων· καὶ πολλὰ τῶν τεταγμένων ἔχει παρ' αὐτοῖς καλῶς. σημεῖον δὲ πολιτείας συντεταγμένης, τὸ τὸν δῆμον ἔχουσαν, διαμένειν ἐν τῇ τάξει τῆς πολιτείας, καὶ μήτε στάσιν, ὅτι καὶ ἄξιον εἰπεῖν, γεγενῆσθαι, μήτε τύραννον. ἔχει δὲ παραπλήσια τῇ Λακωνικῇ πολιτείᾳ, τὰ μὲν συσσίτια τῶν ἑταιρειῶν, τοῖς φιδιτίοις· τὴν δὲ τῶν ἑκατὸν καὶ τεττάρων ἀρχὴν, τοῖς ἐφόροις, πλὴν οὐ χεῖρον. οἱ μὲν γὰρ, ἐκ τῶν τυχόντων εἰσί· ταύτην δ' αἱροῦνται τὴν ἀρχὴν ἀριστίνδην. τοὺς δὲ βασιλεῖς καὶ τὴν γερουσίαν, ἀνάλογον τοῖς ἐκεῖ βασιλεῦσι καὶ γέρουσι. καὶ βέλτιον δὲ τοὺς βασιλεῖς, μήτε κατὰ τὸ αὐτὸ

CAP. IX.

REMPUB. vero preclaris institutis fundatam & cæteris longe præstātiorem habere, Carthaginiēses mihi videntur, ac nonnullis in rebus Laconicæ potissimum reip. similem. hæ siquidem tres respub. & quodammodo inter se finitimæ sunt, & cęteris omnibus multis partibus anteponendæ, Cretum Laconum, Carthaginensium. Ac certe permulta sunt apud Carthaginenses eximie constituta. Argumentumque est reipub. sapienter institutæ: quod tametsi Democratiam quandam complexa sit. In suis tamen institutis ac legibus integra permaneat, neq; (quod memoratu dignū sit) seditiones moueat, neque tyrannos recipiat. Habet autem, quæ Laconicæ reip. similia sunt, non solum cōuiuia sodalitatum, quę Phiditiis, sed etiam centum & quatuor virorum collegium qui Ephoris respondeant, nisi quod etiam prudentius id habeant. Ephoratum siquidem sine delectu quiuis adipisci potest, centūuiratus autem optimatibus creditur & mandatur. Ac reges quidem atque Senatores Peni regibus ac senatoribus

Comparatur initio respub. Carthaginensium cum Cretica & Laconica rep. sed pracipue cū Laconica & ei praponitur. Nō solum quia stabilis & quieta, & sine tyrannis permaneat, sed quia centumuiros melius q̄ ephoros & reges instituat. & certe videtur non tātum Laconib. cū Pœnis ea reip similitudo fuisse sed amicitia. Testis est Xantippus Lacedæmonius, Carthaginis penè capta liberator & reguli victor.

Laconicis perſimiles creantur: Sed tamen Carthagine melius, quod reges nec ſemper ex eadem familia, neque ex qualibet: ac ſi qua forte clara fuerit & probata, non ex ea potius ætate ſuperiores aſſumuntur, quam virtute inſigniores eliguntur. Reges enim magnarum rerum ſummam poteſtatem adepti, ſi inertes & ignaui fuerint, magnis incommodis rempublicam afficiunt, ſicuti iam Spartanam rempubl. affecerunt. Pleraq; vero quæ prolapſione aliqua aut egreſſione reprehendi atque improbari ſolent, cum ſint iſti reipub. cum cæteris aut memoratis communia, nõ perſequar. [7] At ꝙ hic ad hypotheſin Ariſtocratiæ atq; reipub. propoſitum finem pertinet, id quidem prætereundum non eſt, alia quidẽ magis ad Democratiã, alia vero magis ad Oligarchiam declinare. Etenim hæc ad populum referendi, illa non referẽdi, reges quidem & Senatores, ſi (cõſentiant inter ſe) totum ius habẽt: at ſi diſſentiant, populus eorum dominus efficitur. Quicquid. n. referunt, hi non ſolum audiendi, quæ magiſtratibus viſa fuerint, ſed plane cognoſcendi atque iudicandi, & libere quæ voluerit, de relatis inducendi ac reſcindendi poteſtas eſt. Quod in aliis rebuſpublicis non concedi-

εἶ) γένος, μηδὲ τοῦτο τὸ τυχὸν, εἴτε διαφέρον ἐκ τούτων αἱρετοὺς μᾶλλον ἢ καθ' ἡλικίαν. μεγάλων γὰρ κύριοι καθεστῶτες, ἂν εὐτελεῖς ὦσι, μεγάλα βλάπτουσι, καὶ ἔβλαψαν ἤδη τὴν πόλιν τὴν τῶν Λακεδαιμονίων. τὰ μὲν οὖν πλεῖστα τῶν ἐπιτιμηθέντων ἂν διὰ τὰς παρεκβάσεις, κοινὰ τυγχάνει πάσαις ὄντα ταῖς εἰρημέναις πολιτείαις.

7 τῶν δὲ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀριστοκρατίας, καὶ τῆς πολιτείας, τὰ μὲν εἰς δῆμον ἐκκλίνει μᾶλλον, τὰ δὲ εἰς ὀλιγαρχίαν. τοῦ μὲν γὰρ, τὸ μὲν προσάγειν, τὸ δὲ μὴ προσάγειν πρὸς τὸν δῆμον, οἱ βασιλεῖς κύριοι μετὰ τῶν γερόντων, ἂν ὁμογνωμονῶσι πάντες· εἰ δὲ μὴ, καὶ τούτων ὁ δῆμος· ἃ δὲ ἂν εἰσφέρωσιν οὗτοι, οὐ διακοῦσαι μόνον ἀποδιδόασι τῷ δήμῳ τὰ δόξαντα τοῖς ἄρχουσιν, ἀλλὰ κύριοι κρίνειν εἰσί· καὶ τῷ βουλομένῳ τοῖς εἰσφερομένοις ἀντειπεῖν ἔξεστιν· ὅπερ ἐν ταῖς ἑτέραις

7 Reprehenditur in Carthaginenſium repub. Democratia, quia populus interdũ ſupra reges & ſenatores eſſet: ſed ad cõſequẽs non eſt, quia in populo vniuerſo etiam ſenatores inſunt, vt Romæ, Item Oligarchia trib. argumentis, primo quia tãtum ex optimatibus quinque viri & cẽtumviri fierent. At nec Oligarchia eſt, cum ex optimis viris magiſtratus legũtur locus hic totus parum eſt. In Græca textu pauca ad explendũ ſenſum addidimus

ραις πολιτείαις οὐκ ἔστι. τὸ δὲ τὰς πενταρχίας, κυρίας οὔσας πολλῶν καὶ μεγάλων, ὑφ' αὑτῶν αἱρετὰς εἶναι, καὶ τὴν τῶν ἑκατὸν ταύτας αἱρεῖσθαι τὴν μεγίστην ἀρχήν· ἔτι δὲ ταύτας πλείονα ἄρχειν χρόνον τῶν ἄλλων· καὶ γὰρ ἐξεληλυθότες ἄρχουσι, καὶ μέλλοντες· ὀλιγαρχικόν· τὸ δὲ ἀμίσθους καὶ μὴ κληρωτάς, ἀριστοκρατικὸν θετέον, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον· καὶ τὸ τὰς δίκας ὑπὸ τῶν ἀρχείων δικάζεσθαι πάσας, καὶ μὴ ἄλλας ὑπ' ἄλλων, καθάπερ ἐν Λακεδαίμονι. παρεκβαίνει δὲ τῆς ἀριστοκρατίας ἡ τάξις τῶν Καρχηδονίων μάλιστα πρὸς τὴν ὀλιγαρχίαν κατά τινα διάνοιαν, ἣ συνδοκεῖ τοῖς πολλοῖς. οὐ γὰρ μόνον ἀριστίνδην, ἀλλὰ καὶ πλουτίνδην οἴονται δεῖν αἱρεῖσθαι τοὺς ἄρχοντας. ἀδύνατον γὰρ τὸν ἀποροῦντα καλῶς ἄρχειν καὶ σχολάζειν. εἴπερ οὖν τὸ μὲν αἱρεῖσθαι πλουτίνδην, ὀλιγαρχικόν, τὸ δὲ κατ' ἀρετήν, ἀριστοκρατικόν, αὕτη τις ἂν εἴη τάξις τρίτη, καθ' ἥν περ συντέτακται καὶ τοῖς Καρχηδονίοις τὰ περὶ τὴν πολιτείαν. αἱροῦνται γὰρ εἰς δύο ταῦτα

conceditur, Idque ſane Democraticũ putandum eſt. At vero quod quinque viri magna atque ampla authoritate præditi, ex optimatibus duntaxat eligantur, & ab his rurſus centumuiri, qui ſummus magiſtratus eſt, creentur, quodq; hi diutius quam cæteri, in imperio permaneant nam & perfuncti magiſtratus deſignati imperant, certe Oligarchicũ eſt: tametſi quod magiſtratus ſine mercede gerantur, ſine ſorte mandentur: quod omnia iudicia à cunctis ordinib. non alia ab aliis, vt Lacedæmone ſit, exerceantur, & ſi quid eiuſmodi eſt, Ariſtocraticum cenſendum eſt. Deflectit autem ab Ariſtocratia Carthaginenſium reſpub. maxime ad Oligarchiam quadam ratione, quæ pleriſque cõprobatur. Nec enim faciendis magiſtratib. virtutis tãtum, ſed opum etiam rationẽ habendã eſſe arbitrantur, quaſi fieri nõ poſſit, vt egentes iuſte & tranquille rempub. gerant.

Correctio, quod hic tamen ſit aliquid ariſtocraticum.

Secundum argumentum de Oligarchia qa in mandandis magiſtratibus ratio diuitiarũ & cenſus habeatur.

Cum igitur diuitiis quidem magiſtratus committere Oligarchicum ſit: virtuti autem Ariſtocraticum: Hęc ſane cõſtitutio (qua reſpub. Carthaginenſium deſcripta eſt) tertia quædã ſpe-

cies erit à superiorib. diuersa: Duo siquidẽ illa spectant, cum vel maximos magistratus, vel reges & belli duces instituunt. Atque hæc ab Aristocratia declinatio, legum latoris imprudentiæ tribuenda est. Ex omnibus enim rebus hæc imprimis est habenda ratio, vt optimi atque honestissimi viri siue sint in imperio constituti, siue priuati, liberali & ab indecoris actionibus aliena vacatione fruatur. Quod si ad opes & diuitias quietis illius gratia respiciendum est, absurdum profecto fuerit, maximos quosque magistratus vt regnum, vt belli principatum, venales fieri, hæc enim lex maiorem diuitiis honorem quam virtuti tribuit, totamque ciuitatem auaritiæ sordib. inficit. Quicquid enim ciuitatis princeps in honore habuerit, necesse est iisdem rebus consentaneã reliquorum ciuium sententiã esse. At in qua repub. non summa virtuti dignitas, summusque honos attribuitur, in ea sane firmos Aristocratiæ reipub. status esse, nullo modo potest. Nam qui precio & pecunia Magistratus adepti sunt, par est profecto vt lucrum in rep. sectentur, quoniam largitionibus ad eam peruenerint. Nec enim credibile est vt Carthaginenses tamen existimant virum bonum quãuis

Author fuit huius lapsus legumlator quia magistratib. honesta vitæ præmia non præposuerit: & proinde condemnatur census in creandis magistratibus, quia turpe sit magistratus æstimari pecunia, & hac occasione ciuitas ad auaritiam impellatur.

βλέποντες, καὶ μάλιστα τὰς μεγίστας, τούς τε βασιλεῖς, καὶ τοὺς στρατηγούς. δεῖ δὲ νομίζειν ἁμάρτημα νομοθέτου, τὴν παρέκβασιν εἶναι τῆς ἀριστοκρατίας ταύτην. ἐξ ἀρχῆς γὰρ τοῦθ' ὁρᾶν ἐστι τῶν ἀναγκαιοτάτων, ὅπως οἱ βέλτιστοι δύνωνται σχολάζειν, καὶ μηδὲν ἀσχημονεῖν, μὴ μόνον ἄρχοντες, ἀλλὰ μηδ' ἰδιωτεύοντες. εἰ δὲ δεῖ βλέπειν καὶ πρὸς εὐπορίαν, χάριν σχολῆς, φαῦλον τὸ τὰς μεγίστας ὠνητὰς εἶναι τῶν ἀρχῶν, τήν τε βασιλείαν, καὶ τὴν στρατηγίαν. ἔντιμον γὰρ ὁ νόμος οὗτος ποιεῖ τὸν πλοῦτον μᾶλλον τῆς ἀρετῆς, καὶ τὴν πόλιν ὅλην φιλοχρήματον. ὅ τι δ' ἂν ὑπολάβῃ τίμιον εἶναι τὸ κύριον, ἀνάγκη καὶ τὴν τῶν ἄλλων πολιτῶν δόξαν ἀκολουθεῖν τούτοις. ὅπου δὲ μὴ μάλιστα ἀρετὴ τιμᾶται, ταύτην οὐχ οἷόν τε εἶναι βεβαίως ἀριστοκρατικὴν πολιτείαν. ἐθίζεσθαι δὲ εὔλογον κερδαίνειν τοὺς ὠνουμένους, ὅταν δαπανήσαντες ἄρχωσιν·

ἄτοπον

paupe-

ἄτοπον γὰρ, εἰ πένης μὲν ὤν, ἐπιεικὴς δὲ, βουλήσεται κερδαίνειν· φαυλότερος δὴ ὤν, οὐ βουλήσεται, δαπανήσας.

sis & subesse, bonique ciuis ea virtus esse existimatur, vt præclare possit vtrumq; præstare. Cum igitur virtutem boni viri statuamus esse virtutem boni principis, cuiusque virtutem, vtroq; & imperandi & parendi munere definiamus. Nõ erit quidem & esse bonum virum, & esse bonum ciuem similiter ac peræque laudabile. Quod autem videtur hoc vtrumq; tum eadem principi & subdito tenenda non esse, tũ ciuem vtrique muneri satisfacere, & amborũ participem esse oportere: deinceps facile cognoscetur. Est.n. principat⁹ herilis quo genere princeps callere non debet, quẽadmodum facienda sunt ea quæ necessaria vocãtur. Sed illis ipsis rebus vti potius eũ necesse est. Est autem illud alterũ seruile, & abiectum, posse nempe ministras & famulas operas præstare. Cæterum genera seruorũ multa sunt: functiones enim variorum sunt generũ, in quarum parte versantur, hi qui Græce χερνῆτες, quasi manuarii nominantur. Hi vero sunt, vt nomine ipso indicãtur, qui opere manuum parant ea sibi, quæ suppeditent ad vitam atque victum, ex quo numero opifices habẽ-

χεσθαι· καὶ πολίτου δοκίμου ἡ ἀρετὴ εἶναι τὸ δύνασθαι καὶ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι καλῶς. εἰ οὖν τὴν μὲν τοῦ ἀγαθοῦ ἀνδρὸς τίθεμεν ἀρχικὴν, τὴν δὲ τοῦ πολίτου ἄμφω, οὐκ ἂν εἴη ἄμφω ἐπαινετὰ ὁμοίως. ἐπεὶ οὖν ποτε δοκεῖ ἀμφότερα, καὶ οὐ ταὐτὰ, δεῖν τὸν ἄρχοντα μανθάνειν καὶ τὸν ἀρχόμενον· τὸν δὲ πολίτην ἀμφότερ' ἐπίστασθαι καὶ μετέχειν ἀμφοῖν, τοὐντεῦθεν ἂν κατίδοι τις. ἔστι γὰρ ἀρχὴ δεσποτική· ταύτην δὲ τὴν περὶ τἀναγκαῖα λεγόμενα, ἃ ποιεῖν ἐπίστασθαι τὸν ἄρχοντ' οὐκ ἀναγκαῖον, ἀλλὰ χρῆσθαι μᾶλλον· θάτερον δὲ καὶ ἀνδραποδῶδες. λέγω δὲ θάτερον, τὸ δύνασθαι καὶ ὑπηρετεῖν τὰς διακονικὰς πράξεις. δούλου δ' εἴδη πλείω λέγομεν. αἱ γὰρ ἐργασίαι πλείους· ὧν ἓν μέρος κατέχουσιν οἱ χερνῆτες. οὗτοι δ' εἰσὶν, ὥσπερ σημαίνει καὶ τοὔνομ' αὐτοὺς, οἱ ζῶντες ἀπὸ τῶν χειρῶν. ἐν οἷς ὁ βάναυσος τεχνίτης ἐστί. διὸ παρ' ἐνίοις οὐ μετεῖχον οἱ δημιουργοὶ τὸ παλαιὸν ἀρχῶν, πρὶν δῆμον γενέσθαι τὸν ἔσχατον. τὰ μὲν οὖν ἔργα τῶν ἀρχομένων οὕτως, οὐ δεῖ τὸν

tur.

ἀγαθὸν, οὐδὲ τὸν πολιτικὸν, οὐδὲ τὸν πολίτην τὸν ἀγαθὸν μανθάνειν, εἰ μή ποτε χρείας χάριν αὐτῷ πρὸς αὑτόν. οὐ γὰρ ἔτι συμβαίνει γίνεσθαι, τὸν μὲν δεσπότην, τὸν δὲ δοῦλον· ἀλλ' ἔστι τις ἀρχὴ καθ' ἣν ἄρχει τῶν ὁμοίων τῷ γένει, καὶ τῶν ἐλευθέρων. ταύτην γὰρ λέγομεν εἶναι τὴν πολιτικὴν ἀρχὴν, ἣν δεῖ τὸν ἄρχοντα ἀρχόμενον μαθεῖν, οἷον ἱππαρχεῖν ἱππαρχηθέντα, [στρατηγεῖν] στρατηγηθέντα, καὶ ταξιαρχήσαντα, καὶ λοχαγήσαντα. διὸ καὶ λέγεται τοῦτο καλῶς, ὡς οὐκ ἔστιν εὖ ἄρξαι, μὴ ἀρχθέντα. τούτων δὲ, ἀρετὴ μὲν ἑτέρα· δεῖ δὲ τὸν πολίτην τὸν ἀγαθὸν ἐπίστασθαι καὶ δύνασθαι καὶ ἄρχεσθαι καὶ ἄρχειν. καὶ αὕτη ἀρετὴ πολίτου, τὸ τὴν τῶν ἐλευθέρων ἀρχὴν ἐπίστασθαι ἐπ' ἀμφότερα. καὶ ἀνδρὸς δὴ ἀγαθοῦ ἄμφω. καὶ εἰ ἕτερον εἶδος σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης ἀρχικῆς· καὶ γὰρ ἀρχομένου μὲν, ἐλευθέρου δέ· δῆλον ὅτι οὐ μία ἂν εἴη τοῦ ἀγαθοῦ ἀρετὴ, οἷον δικαιοσύνη· ἀλλ' εἴδη ἔχουσα, καθ' ἃ ἄρξει καὶ ἄρ-

tur. Itaque priusquam deterrima & extrema Democratia extitisset, apud nonnullos populos opificibus adipiscẽdi magistratus quondã nullum ius erat. Quamobrem seruilia illa mancipiorũ subditorum opera, neq; bonum principem, neque bonũ ciuem decẽt, nisi forte ad proprium vsum aliquis agatur. Nec enim iam illud retineretur, vt alius esset dominus, alius seruus. Verumenimuero principatus alter quidam est, quo similibus genere & liberis hominib. imperatur: eumque politicum principatum appellamus, quẽ alterius imperium audiendo, discere principẽ necesse est, vt tum demum præsit equitibus, cum equitum præfecto paruerit, & exercitũ ducat, cum exercitum sequutus sit, atque etiam ordinẽ manipulumque rexerit. Quocirca vere illud verbum dicitur, bene imperare non posse, qui non ante paruerit. Hic tamen horum diuersa virtus est: necesse quidẽ est ciuem bonum & scire, & posse non solum parere, sed etiam imperare: & in vtramque huius & politici imperii partem instructum & paratum esse, boni ciuis propria virtus est. Et quidem vtrumque munus hoc etiam boni viri commune, sed alia temperantia iu-

Locus ex 6. Platonis legum. Plato 665. pone locũ Græcum.

ſtitiaque principis eſt, alia ſubditi. Etenim ciuis ſubditi quidem, ſed tamen liberi, ſi vir bonus eſt, non eſt porro ſimplex, nec vniuſmodi virtus, vt iuſtitia, ſed generibus diſtincta, quibus & imperet & pareat, quemadmodum viri & vxoris modeſtia & fortitudo, diuerſa eſt. Videatur enim vir ignauus, ſi fortitudine muliebri præditus ſit, & mulier garrula, ſi eloquẽtia virili prædita ſit. Quinetiam alia viri alia vxoris œconomia eſt. Illius enim munus eſt comparare, huius vero conſeruare & tueri. At vero de virtutibus ſola principis propria eſt prudentia, reliqua virtutum genera principi cum ſubditis neceſſe eſt eſſe communia. Nec enim ſubditi virtus eſt prudentia, ſed opinio vera. Eſt enim ſubditus tibiarum artifici ſimilis, princeps ipſi tibicini qui tibias inflat.

Plato 635. 3. Legum. Prudentia prima virtutum, & cæterarum virtutum dux appellatur, & 4. de rep. tota ciuitas ſapiens eſſe dicitur, ex cuiuſuis ſapientia principis.

An igitur eadem ſit boni viri & boni ciuis virtus an diuerſa, itemque & quomodo & eadem & diuerſa, hactenus eſt explicatum.

19 Quæſtio de ſordidis opificibus an ſint ciues, & initio diſputatur vtrũque. Qualis quæſtio fere eſt in extremo primo politico, & in his magna virtus non ineſſit.

19 Sed de ciue ſupereſt adhuc quæſtio, an reuera ciuis habendus ſit, qui magiſtratus particeps eſſe poſſit, an etiam opifices ſordidi ciues æſtimandi ſunt? Et ſi hoc genus hominum quibus magiſtratum

ξεται· ὥσπερ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἑτέρα σωφροσύνη καὶ ἀνδρία. δόξαι γὰρ ἂν εἶναι δειλὸς ἀνήρ, εἰ οὕτως ἀνδρεῖος εἴη ὥσπερ γυνὴ ἀνδρεία· καὶ γυνὴ λάλος, εἰ οὕτω κοσμία εἴη ὥσπερ ὁ ἀνὴρ ὁ ἀγαθός· ἐπεὶ καὶ οἰκονομία ἑτέρα ἀνδρὸς καὶ γυναικός· τοῦ μὲν γὰρ, κτᾶσθαι· τῆς δὲ, φυλάττειν ἔργον ἐστίν. ἡ δὲ φρόνησις, ἄρχοντος ἴδιος ἀρετὴ μόνη. τὰς γὰρ ἄλλας ἔοικεν ἀναγκαῖον εἶναι κοινὰς καὶ τῶν ἀρχομένων καὶ τῶν ἀρχόντων. ἀρχομένου δέ γε οὐκ ἔστιν ἀρετὴ φρόνησις, ἀλλὰ δόξα ἀληθής· ὥσπερ αὐλοποιὸς γὰρ, ὁ ἀρχόμενος· ὁ δὲ ἄρχων αὐλητὴς ὁ χρώμενος. πότερον μὲν οὖν ἡ αὐτὴ ἀρετὴ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, καὶ πολίτου σπουδαίου, ἢ ἑτέρα, καὶ πῶς ἡ αὐτὴ, καὶ πῶς ἑτέρα, φανερὸν ἐκ τούτων.

19 Περὶ δὲ τὸν πολίτην ἔτι λείπεταί τις τῶν ἀποριῶν. ὡς ἀληθῶς γὰρ πότερον πολίτης ἐστὶν ᾧ κοινωνεῖν ἔξεστιν ἀρχῆς, ἢ καὶ τοὺς βαναύσους πολίτας θετέον; εἰ μὲν οὖν καὶ τούτοις θετέον οἷς μὴ μέτεστιν ἀρχῶν

χῶν, οὐχ οἷόν τε παντὸς εἶναι πολίτου τὴν τοιαύτην ἀρετήν· ἔστι γὰρ πολίτης. εἰ δὲ μηδεὶς τῶν πιούτων πολίτης, ἐν τίνι μέρει θετέος ἕκαστος; οὐδὲ γὰρ μέτοικος, οὐδὲ ξένος.

20 ἢ διά γε τοῦτον τὸν λόγον οὐδὲν φήσομεν συμβαίνειν ἄτοπον; οὐδὲ γὰρ οἱ δοῦλοι τῶν εἰρημένων οὐδὲν, οὐδ' οἱ ἀπελεύθεροι. τοῦτο γὰρ ἀληθὲς, ὡς οὐ πάντας θετέον πολίτας, ὧν ἄνευ οὐκ ἂν εἴη πόλις· ἐπεὶ οὐδ' οἱ παῖδες ὡσαύτως πολῖται καὶ οἱ ἄνδρες· ἀλλ' οἱ μὲν ἁπλῶς, οἱ δ' ἐξ ὑποθέσεως. πολῖται μὲν γὰρ εἰσιν, ἀλλ' ἀτελεῖς. ἐν μὲν οὖν τοῖς ἀρχαίοις χρόνοις, παρ' ἐνίοις ἦν δοῦλον τὸ βάναυσον ἢ ξενικόν· διόπερ οἱ πολλοὶ τοιοῦτοι καὶ νῦν. ἡ δὲ βελτίστη πόλις οὐ ποιήσει βάναυσον πολίτην· εἰ δὲ καὶ οὗτος πολίτης, ἀλλὰ πολίτου ἀρετὴν, ἣν εἴπομεν, λεκτέον οὐ παντὸς, οὐδ' ἐλευθέρου μόνον, ἀλλ' ὅσοι τῶν ἔργων εἰσὶν ἀφειμένοι τῶν ἀναγκαίων· τῶν δ' ἀναγκαίων, οἱ μὲν ἑνὶ λειτουργοῦντες τὰ τοιαῦτα, δοῦλοι. οἱ δὲ κοινῇ, βάναυσοι

tum gerere non liceat, in ciuibus numeretur, fieri certe non poterit vt in omni ciue descripta virtus inueniatur, quoniam ex opificibus quoque ciues efficiantur. Quod si sordidi opifices ciues esse non videantur, in qua tādem parte ciuitatis erunt? Neq; enim sunt aduenæ neq; peregrini.

20 An vero ob eiusmodi caussam nihil absurdum effici putabimus? Neque enim serui sunt ex aduenarum & peregrinorum numero, neque liberti: nec reuera pro ciuibus omnes habēdi sunt, sine quib. ciuitatis status retineri non potest. Nec enim pueri similiter atque viri ciues æstimantur, cum hi quidem ciues maturi sint & perfecti, illi autem immaturi & imperfecti: Vetustis itaque temporibus, apud nonnullos sordidi opifices & peregrini ad seruorū numerum aggregabātur, quales etiam plerique sunt hoc tempore. Sed optima respub. ex opificibus sordidis ciues nūquam faciet. Aut si fecerit ex his ciues, profecto ciuis ea virtus, quam diximus, omnibus ciuibus attribui nō posset. At vero non solum liberos esse, sed omni prorsus opere necessario vacuos oportet, quibus ea virtus attribuatur. Eorum

20 Solutio proxima affirmationis quod non ideo ciue. habēdi quia nati sunt in vrbe, q collatione seruorū, libertorum, puerorū & testimonis quorundam populorum declaratur.

21 In Aristocratia ciues esse non possunt qui virtute careat. & sic ex caussis concludit. Omnes Aristocratici ciues sũt boni viri. Nulli opifices possunt esse boni viri. Nulli igitur opifices Aristocratici ciues esse possunt. At hic bonum virũ intellige, illum pfectum, cui nulla virtus desit: quod tamen de opificibus non necesse est negari.

22 Opifices in Oligarchia ciues esse possint qui diuites opulenti possunt esse ciues Oligarchici. Opifices possunt esse opulenti. Opifices igitur possunt esse Oligarchici ciues.

23 Sequitur illustratio ex duobus dissimilib. exemplis, quorum secundum, rei necessitate excusatur.

autem qui necessaria opera obeunt, serui dicuntur, qui vni priuatim ea præstant: qui autem publice sordidi opifices, & qui Athenis θῆτες appellantur, infimo genere fortunæ & conditionis homines operarii & mercenarii. In promptu vero res hinc erit, si quis paulo diligentius velit attendere quo pacto sese hæc habeant. Id enim quod sequitur expositum, declarabit quod dictum est. Etenim cum variæ sunt rerumpub. species, ciuium quoque variæ species erunt, & maxime quidem ciuium subditorum. Quare in quadam rep. necesse est, ex sordidis opificibus & operariis ciues constitui.

[21] In quibusdam impossibile, vt si qua sit eiusmodi resp. quam Aristocraticã nominant, & in qua pro virtute cuiusque & dignitate honores deferantur. Nec enim virtutem potest is exercere, qui sordidam & mercenariã vitam degit.

[22] In Oligarchia autẽ ex operario ciuis fieri non potest, cũ ex amplo & magno censu magistratus & honores mandentur, ex opifice sordido potest. Opificum enim permulti amplas facultates habent. [23] Ac Thebis quidem lex erat, ne quis mercator, nisi decem annos abstinuisset à mercatura, magistratum caperet.

σοι οἱ θῆτες. φανερὸν δὲ ἐντεῦθεν, μικρὸν ἐπισκεψαμένοις, πῶς ἔχει περὶ αὐτῶν. αὐτὸ γὰρ φανὲν τὸ λεχθὲν ποιεῖ δῆλον. ἐπεὶ γὰρ πλείους εἰσὶν αἱ πολιτεῖαι, καὶ εἴδη πολίτου ἀναγκαῖον εἶναι πλείω, καὶ μάλιστα τοῦ ἀρχομένου πολίτου. ὥστ' ἐν μὲν τινὶ πολιτείᾳ τὸν βάναυσον ἀναγκαῖον εἶναι καὶ τὸν θῆτα πολίτας, [21] ἔν τισι δ' ἀδύνατον· οἷον, εἴ τίς ἐστιν ἣν καλοῦσιν ἀριστοκρατικὴν, καὶ ἐν ᾗ κατ' ἀρετὴν αἱ τιμαὶ δίδονται, καὶ κατ' ἀξίαν· οὐ γὰρ οἷόν τ' ἐπιτηδεῦσαι τὰ τῆς ἀρετῆς, ζῶντα βίον βάναυσον ἢ θητικόν·

[22] ἐν δὲ ταῖς ὀλιγαρχίαις, θῆτα μὲν οὐκ ἐνδέχεται εἶναι πολίτην· ἀπὸ τιμημάτων γὰρ μακρῶν αἱ μεθέξεις τῶν ἀρχῶν· βάναυσον δ' ἐνδέχεται· πλουτοῦσι γὰρ καὶ οἱ πολλοὶ τῶν τεχνιτῶν.

[23] ἐν Θήβαις δὲ νόμος ἦν, τὸν δέκα ἐτῶν μὴ ἀπεσχημένον τῆς ἀγορᾶς, μὴ μετέχειν ἀρχῆς.

χῆς. ἐν πολλαῖς δὲ πολιτείαις προσεφέλκεται καὶ τῶν ξένων ὁ νόμος. ὁ γὰρ ἐκ πολίτιδος ἔν τισι δημοκρατίαις πολίτης ἐστί. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχει καὶ τὰ περὶ τοὺς νόθους παρὰ πολλοῖς. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπεὶ δι' ἔνδειαν τῶν γνησίων πολιτῶν ποιοῦνται πολίτας τοὺς τοιούτους· διὰ γὰρ ὀλιγανθρωπίαν οὕτω χρῶνται τοῖς νόμοις· εὐποροῦντες [δ'] ὄχλου, κατὰ μικρὸν παραιροῦνται τοὺς ἐκ δούλου πρῶτον ἢ δούλης, εἶτα τοὺς ἀπὸ γυναικῶν· τέλος δὲ μόνον τοὺς ἐξ ἀμφοῖν αὐτῶν πολίτας ποιοῦσιν.

24 ὅτι μὲν οὖν εἴδη πλείω πολίτου,, φανερὸν ἐκ τούτων, καὶ ὅτι λέγεται μάλιστα πολίτης ὁ μετέχων τῶν τιμῶν· ὥσπερ καὶ Ὅμηρος ἐποίησεν,

25 ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην.

ὥσπερ μέτοικος γάρ ἐστιν ὁ τῶν τιμῶν μὴ μετέχων. ἀλλ' ὅπου τὸ τοιοῦτον ἐπικεκρυμμένον ἐστίν, ἀπάτης χάριν τῶν συνοικούντων ἐστί. πότερον μὲν οὖν ἑτέραν ἢ τὴν αὐτὴν θετέ-

ret. In multis autem rebuſpub.peregrinorũ lex & barbarorum probatur. Natus nempe ex matre ciue,in quibuſdam Democratiis ciuis eſt, eodemque modo ſe res habet etiam apud quoſdam de nothis & ſpuriis. Verumtamen cum ob inopiam legitimorum ciuium, tales ciues faciant, ob hominũ penuriam hiſce legibus vtũtur. Nam cũ multitudine abundare cæperint,paulatim è ciuium numero remouent & excludunt natos è ſeruo primum aut ſerua: deinde ex matribus tantũ ciuibus, poſtremo ex vtroque parente ciue procreatos ciues efficiunt.

24 Quibus poſitis intelligitur multa ciuium eſſe genera, cumque ciuis nomine eſſe digniſſimum,qui honorum & magiſtratuum particeps fuerit, quod etiam Homerus ſignificare voluit, cum ait:

24 Epilogus vniuerſæ diſputationis,vbi græcum exemplar corruptum eſt, veteris interpretis ſententiam qualemcunq; ſecuti ſumus.

25 *Velut quendam inhonoratum exulem.*

25 Verba ſunt Achillis cõquerentis nono Iliados, ꝙ eũ ignobilem inter Argiuos fecerit Atrides.

Sed iſta ciuis ratio plerunq; ignoratur, vnde fit vt qui ciuitatem eandem habitent ciues exiſtimentur. Quod tamen abſurdum eſt,quia in ciuitate, qui honoris expers eſt,is velut inquilinus & profugus habeatur. Quamobrem an diuerſa virtus vel eadem

sit existimanda, qua vir bonus ciuisque bonus appellatur, ex his est manifestum, quod alicuius ciuitatis bonus ciuis, non sit idem bonus vir, alicuius sit idem, isque nō quiuis, sed is demum qui rēpub. vel solus vel cum aliis administrat.

ον, καθ' ἣν ἀνὴρ ἀγαθός ἐστι καὶ πολίτης σπουδαῖος, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι τινὸς μὲν πόλεως ὁ αὐτὸς, τινὸς δ' ἕτερος, κἀκεῖνος οὐ πᾶς, ἀλλ' ὁ πολιτικὸς καὶ κύριος, ἢ δυνάμενος εἶναι κύριος, ἢ καθ' αὑτὸν, ἢ μετ' ἄλλων, τῆς τῶν κοινῶν ἐπιμελείας.

Argumentum 2. partis.

Secunda parte libri huius tertii explicatur ordine dialectico singularis reipub. ex suorum magistratuum discrimine differentiaque, partitio in duo genera, primum. Deinde in singulorum generum species ternas, quemadmodum in priuatis imperiis duo genera cernimus, vnum œconomicum & paternum ad coniugis & liberorum vtilitatem comparatum: alterum herile & dominicum ad priuatam vtilitatem præcipue detortum. Sic publicorum imperiorum duo genera esse: alterum naturale & bonorum magistrorum & principum omnes actiones ad ciuium suorum vtilitatem deferentium. Alterum veros illos ciuilis iustitiæ fines transgressum & improbis consiliis deprauatum & corruptum. Vtriusque generis ternæ species sunt numero principum distinctæ. Nam vel vnus vel pauci vel multi præsunt, iique publici boni gratia, vt Rex, optimates, politici: aut priuati, vt tyranni, Oligarchici, Democratici, de quibus singulis accuratius postea dicetur. Hic tamen notandum est Aristocratiā definiri, quia vel optimi viri vel optimi boni gratia

tia

tia dominentur, & Timocratiam per populum bellicosum regi, quia multi facile in eo virtute pares inueniuntur. de iis generib. generumq; finitionib. in regno Platonis & octauo de reip. 570. Postremo Aristoteles argumẽtatur Oligarchiæ & Democratiæ aduentitias esse differentias, diuitias & paupertatẽ, quod idẽ li. 4. n. 22. disseritur. Ergo hic in generib. reip. genera principum & summorum ciuitatis magistrorum definiuntur, cumque tota hæc ciuilis meditatio tribus rebus contineatur, suis quibusdam monitis, quæ septimi parte extrema & tota octauo traduntur, instrumenta tribus rebus contineantur, magistris, discipulus. schola, de magistris.

ΚΕΦ. δ.

Ἐπεὶ [26] δὲ ταῦτα διώρισται, τὸ μετὰ ταῦτα σκεπτέον πότερον μίαν θετέον πολιτείαν, ἢ πλείους· κἂν εἰ πλείους, τίνες καὶ πόσαι, καὶ διαφοραὶ τίνες αὐτῶν εἰσιν. ἔστι δὲ πολιτεία πόλεως τάξις, τῶν τε ἄλλων ἀρχῶν, καὶ μάλιστα τῆς κυρίας πάντων. κύριον μὲν γὰρ πανταχοῦ τὸ πολίτευμα τῆς πόλεως· πολίτευμα δ' ἐστὶν ἡ πολιτεία. λέγω δ' οἷον, ἐν μὲν ταῖς δημοκρατικαῖς, κύριος ὁ δῆμος· οἱ δ' ὀλίγοι τοὐναντίον ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις. φαμὲν δὲ καὶ πολιτείαν ἑτέραν εἶναι τούτων. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἐροῦμεν λόγον καὶ

CAP. IV.

His [26] vero definitis & expositis, deinde considerandum nobis est, vnane respub. an plures statuendæ sint, & si plures, tum quę & quot: tũ quales sint earum dissimilitudines ac differentiæ. Est quidem respubl. eorum qui ciuitatem incolunt ciuitatis ordo atque descriptio, cum in cęteris aliis magistratibus, tum maxime in summo omnium & maximo. Maximus autem vbique magistratus æstimatur ciuitatis administratione, quæ nihil aliud est quam ipsa respub. vt verbi gratia in Democratiis summus magistratus est populus. His etiam politiam ab vtrisque diuersam

26 Definita primum rep. & ad reip. explicationem ciue. accedit secundo loco ad genera reiump. Sed initio repetitur & absoluitur definitio reipub. In qua finis ciuitatis primo libro declaratus, reuocatur: sed additur præterea naturalẽ vitæ amorẽ esse.

addimus, eodemque modo de cæteris affirmamus. Principio autem ponatur illud, cuius gratia ciuitas sit instituta, & quod reipub. genera in hominum societate ac vita quærenda sint. De illa quidem in superiori sermone, cũ de œconomico & de herili imperio ageretur, disputatum est, quemadmodum esset homo animal tam ciuile tamque populare, vt si homines hominum mutuis auxiliis nil egerent, nihilo minus tamen consuetudinis conuictusque amore caperẽtur. At vero communis vtilitas eos congregat pro sua cuiusque parte ad bene beateque viuendum: atque hic præcipuus finis, & vniuersis publice, & singulis priuatim propositus est: conueniunt quidem etiã ipsius vitæ gratia, atque fortasse præter id quod ciuilis societas hac ratione conseruatur, inest pulchrum aliquod & amabile, etiam in ipsa tantum vita, nisi magnis viui molestiis & difficultatibus afficiamur. Quæ res hinc potest intelligi, quod homines plerique cupiditate vitæ cõmoti maximas miserias & calamitates patiantur, veluti cum vita naturalis quædam iucunditas ac dulcedo coniuncta sit.

περὶ τῶν ἄλλων. ὑποθετέον δὲ πρῶτον, τίνος χάριν συνέστηκε πόλις, καὶ τῆς ἀρχῆς εἴδη πόσα τῆς περὶ ἄνθρωπον καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς ζωῆς. εἴρηται δὴ καὶ κατὰ τοὺς πρώτους λόγους, ἐν οἷς περὶ οἰκονομίας διωρίσθη καὶ δεσποτείας, ὅτι φύσει μέν ἐστιν ἄνθρωπος ζῶον πολιτικόν· διὸ καὶ μηδὲν δεόμενοι τῆς παρ' ἀλλήλων βοηθείας, οὐκ ἔλαττον ὀρέγονται τοῦ συζῆν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ κοινῇ συμφέρον συνάγει, καθ' ὅσον ἐπιβάλλει μέρος ἑκάστῳ τοῦ ζῆν καλῶς. μάλιστα μὲν οὖν τοῦτ' ἐστὶ τέλος, καὶ κοινῇ πᾶσι, καὶ χωρίς. συνέρχονται δὲ καὶ τοῦ ζῆν ἕνεκεν αὐτοῦ· ἴσως γὰρ ἔνεστί τι τοῦ καλοῦ μόριον· καὶ συνέχουσι τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν, καὶ κατὰ τὸ ζῆν αὐτὸ μόνον, ἂν μὴ τοῖς χαλεποῖς κατὰ τὸν βίον ὑπερβάλλῃ λίαν. δῆλον δ' ὡς καρτεροῦσι πολλὴν κακοπάθειαν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, γλιχόμενοι τοῦ ζῆν· ὡς ἐνούσης τινὸς εὐημερίας ἐν αὐτῷ καὶ γλυκύτητος φυσικῆς.

27 ἀλλὰ

27 Verum-

27 ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς ἀρχῆς [γε] τοὺς λεγομένους τρόπους ῥᾴδιον διελεῖν· καὶ γὰρ ἐν τοῖς 28 ἐξωτερικοῖς λόγοις διοριζόμεθα περὶ αὐτῶν πολλάκις. ἡ μὲν γὰρ δεσποτεία, καίπερ ὄντος κατ' ἀλήθειαν τῷ τε φύσει δούλῳ, καὶ τῷ φύσει δεσπότῃ ταὐτοῦ συμφέροντος, ὅμως ἄρχει πρὸς τὸ τοῦ δεσπότου συμφέρον οὐδὲν ἧττον· πρὸς δὲ τὸ τοῦ δούλου, κατὰ συμβεβηκός. οὐ γὰρ ἐνδέχεται φθειρομένου τοῦ δούλου, σώζεσθαι τὴν δεσποτείαν. ἡ δὲ τέκνων ἀρχὴ καὶ γυναικὸς καὶ τῆς οἰκίας πάσης, ἣν δὴ καλοῦμεν οἰκονομικὴν, ἤτοι τῶν ἀρχομένων χάριν ἐστὶν, ἢ κοινοῦ τινος ἀμφοῖν· καθ' αὑτὸ μὲν, τῶν ἀρχομένων, ὥσπερ ὁρῶμεν καὶ τὰς ἄλλας τέχνας, οἷον ἰατρικὴν, καὶ γυμναστικήν· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ, κἂν αὐτῶν εἶεν. οὐδὲν γὰρ κωλύει τὸν παιδοτρίβην ἕνα τῶν γυμναζομένων ἐνίοτ' εἶναι καὶ αὐτὸν, ὥσπερ ὁ κυβερνήτης εἷς ἐστιν ἀεὶ τῶν πλωτήρων. ὁ μὲν οὖν παιδοτρίβης, ἢ κυβερνήτης, σκοπεῖ τὸ τῶν ἀρχομένων ἀγαθόν· ὅταν δὲ τούτων εἷς γένηται καὶ αὐτὸς, κατὰ συμβεβηκὸς μετέχει τῆς ἀσφαλείας· ὁ μὲν γὰρ, πλωτήρ·

27 Verumenimuero magiſtratuum genera quæ dicuntur, partiri facile eſt, & de his certe 28 alio ſermone ſæpe à nobis diſſeritur. Etenim dominicus principatus, tametſi reuera naturali domino, naturaliq; ſeruo par vtilitas & eadem proponatur, attamen ad domini quidem præcipue, ad ſerui autem commodum, caſu quodam refertur. Nec enim ſublato ſeruo, domini imperium ſeruaretur. In liberos vero & vxorem totamq; familiam principatus, quem œconomicum nominăt, aut ſubditorum aut certe boni alicuius vtriſque communis gratia, per ſe ſane ſubditorũ, quemadmodum in cæteris artibus videmus, vt Medicina, Gymnaſtica, fortuito autem etiam ipſorum. Nihil enim vetat quin Gymnaſiarchus ipſe aliquando ſit vnus eorum qui in gymnaſio exerceătur, quemadmodum & gubernator ſemper eſt vnus è numero nautarũ. Atqui gymnaſiarchus gubernatorve ſuis prouidet & cõſulit. Verum cum in eundem ipſe numerum ſimul includatur, ſibi ipſi quoque fortuito proſpicit & conſulit. Eſt

27 Diuiditur resp. in iuſtam & iniuſtam ex finibus ipſis, publica & priuata vtilitate, idq; declaratur collatione priuatorum imperiorum in qua œconomico imperio iuſta resp. herili iniuſta cõparatur. Oeconomicũ autem imperiũ aliarũ artium comparatione exponitur.

28 Græce eſt ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις, *quibus Cicero, Plutarchus, Gellius putant certum genus Ariſtotelicorũ librorum ſignificari. Ariſtoteles tamen ſæpe ita loquitur, & nullum deſignat opus certum, ſed alium ſermonẽ à præſenti diuerſum ſicut hic notat octauum Ethicorum ad Nichomachũ, qui libri non ſunt* ἐξωτερικοὶ *magis quam hi politici ſic loquitur poſtea libro 9 initio.*

enim hic quidem nauta, ille vero cũ gymnasiarchus sit, eodem cum tyronibus labore exercetur.

29 Adhuc de priuatis imperiis collationis propositio fuit, redditio similitudinis sequitur de publicis imperiis, primũ rectis tum corruptis.

29 Quare fit vt politici magistratus, quoniam æquabilitate ciuium & similitudine describuntur, vicissim capiendi atque gerendi esse videantur. Ac certe primum ꝙ naturale est, æquũ esse censent, alterum alteri mutuo ministrare. Et quemadmodum prius, cum magistratus esses, commodis alternis inseruiebas, ita vicissim alterũ tuis commodis inseruire.

30 Digressiuncula in auaros principes, qui perpetuos magistratus optãt.

30 Hoc autem tempore commoditatibus, quas è repub. & principatu capiunt, illecti quidã perpetuos volunt magistratus occupare, quasi vero fieret vt qui per se morbosi & valetudinarii essent, hac imperii perpetuitate curarentur & conualescerẽt. Etenim hoc fortassis argumento moti magistratus optarent. Constet igitur respub. quæ bonũ & commodum publicum spectãt & intuentur vero & absoluto iure rectas & iustas: quæ autẽ priuatum & proprium principum emolumentũ sectantur, eas corruptas & deprauatas & iustarũ labes & corruptelas esse. Vt enim heri in seruos, sic in ciues suos dominantur,

ὁ δὲ, τῶν γυμναζομένων εἷς γίνεται, παιδοτρίβης ὤν.

29 διὸ καὶ τὰς πολιτικὰς ἀρχάς, ὅταν ᾖ κατ' ἰσότητα τῶν πολιτῶν συνεστηκυῖα καὶ καθ' ὁμοιότητα, κατὰ μέρος ἀξιοῦσιν ἄρχειν· πρότερον μὲν, ᾗ πέφυκεν, ἀξιοῦντες ἐν μέρει λειτουργεῖν, καὶ σκοπεῖν τινα πάλιν τὸ αὑτοῦ ἀγαθόν, ὥσπερ πρότερον αὐτὸς ἄρχων ἐσκόπει τὸ ἐκείνου συμφέρον·

30 νῦν δὲ διὰ τὰς ὠφελείας τὰς ἀπὸ τῶν κοινῶν, καὶ τὰς ἐκ τῆς ἀρχῆς, βούλονται συνεχῶς ἄρχειν· οἷον εἰ συνέβαινεν ὑγιαίνειν ἀεὶ τοῖς ἄρχουσι, νοσακεροῖς οὖσι. καὶ γὰρ ἂν οὕτως ἴσως ἐδίωκον τὰς ἀρχάς. φανερὸν τοίνυν ὡς ὅσαι μὲν πολιτεῖαι τὸ κοινῇ συμφέρον σκοποῦσιν, αὗται μὲν ὀρθαὶ τυγχάνουσιν οὖσαι κατὰ τὸ ἁπλῶς δίκαιον· ὅσαι δὲ τὸ σφέτερον μόνον τῶν ἀρχόντων, ἡμαρτημέναι πᾶσαι, καὶ παρεκβάσεις τῶν ὀρθῶν πολιτειῶν· δεσποτικαί

τικὴ γάρ. ἡ δὲ πόλις, κοινωνία τῶν ἐλευθέρων ἐστί.

nantur, cum tamē ciuitas liberorum ſit hominum ſocietas.

ΚΕΦ. ε.

Διωρισμένων [31] δὲ τούτων, ἐχόμενόν ἐστι τὰς πολιτείας ἐπισκέψασθαι, πόσαι τὸν ἀριθμόν, καὶ τίνες εἰσί, καὶ πρῶτον τὰς ὀρθὰς αὐτῶν. καὶ γὰρ αἱ παρεκβάσεις ἔσονται φανεραὶ τούτων διορισθεισῶν. ἐπεὶ δὲ πολιτεία μὲν καὶ πολίτευμα σημαίνει ταὐτόν· πολίτευμα δ' ἐστὶ τὸ κύριον τῶν πόλεων· ἀνάγκη δ' εἶναι κύριον ἢ ἕνα, ἢ ὀλίγους, ἢ τοὺς πολλούς· ὅταν μὲν ὁ εἷς, ἢ οἱ ὀλίγοι, ἢ οἱ πολλοὶ πρὸς τὸ κοινὸν συμφέρον ἄρχωσι, ταύτας μὲν ὀρθὰς ἀναγκαῖον εἶναι τὰς πολιτείας· τὰς δὲ πρὸς τὸ ἴδιον, ἢ τοῦ ἑνός, ἢ τῶν ὀλίγων, ἢ τοῦ πλήθους, παρεκβάσεις. ἢ γὰρ οὐ πολίτας φατέον εἶναι τοὺς μετέχοντας, ἢ δεῖ κοινωνεῖν τοῦ συμφέροντος.

[32] καλεῖν δ' εἰώθαμεν τῶν μὲν μοναρχιῶν τὴν πρὸς τὸ κοινὸν ἀποβλέπουσαν συμφέρον, βασιλείαν· τὴν δὲ τῶν ὀλίγων

CAP. V.

HIs [31] igitur ita propoſitis & explicatis, proximū eſt vt videamus, quot ſunt Reſpublicæ numero, & quales: ac primum quæ ex his veræ & rectæ ſunt. Etenim his definitis, contrariæ labes intelligentur. Ac quoniam πολιτεία μὲν καὶ πολίτευμα, id eſt reſp. quidem & ciuitatis gubernatio, idem ſignificant, gubernatioque ipſa ſummus ciuitatū potentatus habetur, ac neceſſe eſt in eo vel vnū vel paucos vel multos conſtitui, cum vnus quidem vel pauci vel multi vtilitatis publicę gratia præfuerunt, has reſpub. rectas & iuſtas, vbi vero ad vnius vel paucorum vel multorū propriam vel priuatā vtilitatem ciuitas gubernatur, pernicies iuſtarum rerumpub. & peſtes eſſe neceſſe eſt. Aut enim ciues habendi non ſunt qui ſocietati ciuili ſociati ſunt, aut vtilitatis publicæ participes eſſe debent. Solemus autem [32] principatuū vtilitatem communem ſpectantium, qui vnius eſt, regnum appellare, qui paucorum, vno tamen plurimum Ariſtocratiam, vel quia optimi tum præſint,

31 Sequitur partitio ſecunda rerumpub. iuſtæ in regnum, Ariſtocratiā, politiam, quā Timocratiam vocat in Ethicis. Iniuſtæ in tyrānidem, Oligarchiam, Democratiam, quæ partes ſingulæ definiuntur.

Hæ partitiones rerump. ex regno Platonis & octauo de rep. ſumptæ ſunt.

Plato tamen paulo ſecus, duas primū reſp. facit, diuinam & humanam. Humanā deinde triplicē Monarchiam, Oligarchiam, Democratiā, tum ſingulorū binas ſpecies facit. Monarchiæ regum & tyrannidem Oligarchiæ Ariſtocratiam ſi bona eſt, ſin eſt mala, generis nomine vocat Oligarchiā: ſic Democratiā bonam facit & malam.

32 Hic ſpeciale nomen eſt in Græco μοναρχιῶν, generale poſuimus vt ſenſus congrueret.

τιμοκρατικὴν πολιτείαν vocat Aristoteles 8. Ethicorum ad Nicomachũ, Plato vocat 8. reipub. φιλονεικοῦντε καὶ φιλότιμον πολιτείαν, sed singulariter appellat τιμοκρατίαν καὶ τιμαρχίαν.

33 Præfatio veluti gratiæ ad quæstionem de Oligarchicæ & Democratiæ definitionibus, in quib. paucitatis & multitudinis superuacuas putat esse differentias cum veræ differentiæ, diuitiis & paupertate contineãtur. Sed labitur hic Aristoteles. Nihil enim attinet ad finem reip. paupertas principis vel opulentia, sed studium publicæ rei & priuatæ & partitio secunda declarat generum differentias, vno, paucis, multis contineri, & de exemplis propositis qua Aristoteles indissolubilia pu-

vel certe eius rei gratia quæ ciuitati ciuibusq; sit optima. Cum vero multitudo publici boni caussa rempub. gerit, communi omnium rerumpub. nomine politia nuncupatur, eaque nũcupatio merito accidit. Vnum enim vel paucos virtute prę́stare facile quidem est: multos autem omni virtute perfectos & absolutos esse difficile: bellica tamen virtute multos excellere non difficile. Hæc siquidem virtus in multis inest, & ob eam caussam fit, vt in hoc reip. genere principatũ militaris ordo & bellica facultas obtineat, in eaq; fortes, & bellicosi viri dominẽtur. At labes expositarũ rerump. sunt quidem tyrannis, regni Oligarchiæ, Aristocratiæ, Democratia. Est enim tyrãnis dominatio ad tyrãni, Oligarchia ad diuitũ, Democratia ad egẽtium proprium commodum constituta: Nec earum vlla publicũ bonum sibi proponit.

33 Verumenimuero paulo copiosius & latius de singulis generibus est agẽdum. Nec enim res dubitatione caret. Atque etiam de quauis

μὲν, πλειόνων δ' ἑνὸς, ἀριστοκρατίαν, ἢ διὰ τὸ τοὺς ἀρίστους ἄρχειν, ἢ διὰ τὸ πρὸς τὸ ἄριστον τῇ πόλει καὶ τοῖς κοινωνοῦσιν αὐτῆς. ὅταν δὲ τὸ πλῆθος πρὸς τὸ κοινὸν πολιτεύηται συμφέρον, καλεῖται τὸ κοινὸν ὄνομα πασῶν τῶν πολιτειῶν, πολιτεία.

συμβαίνει δ' εὐλόγως. ἕνα μὲν γὰρ διαφέρειν κατ' ἀρετὴν, ἢ ὀλίγους, ἐνδέχεται· πλείους δ' ἤδη χαλεπὸν ἠκριβῶσθαι πρὸς πᾶσαν ἀρετήν· ἀλλὰ μάλιστα τὴν πολεμικήν· αὕτη γὰρ ἐν πλήθει γίγνεται· διὸ κατὰ ταύτην τὴν πολιτείαν, κυριώτατον τὸ προπολεμοῦν, καὶ μετέχουσιν αὐτῆς οἱ κεκτημένοι τὰ ὅπλα. παρεκβάσεις δὲ τῶν εἰρημένων, τυραννὶς μὲν βασιλείας, ὀλιγαρχία δὲ, ἀριστοκρατίας· δημοκρατία δὲ, πολιτείας. ἡ μὲν γὰρ τυραννίς, ἐστι μοναρχία, πρὸς τὸ συμφέρον τὸ τοῦ μοναρχοῦντος· ἡ δ' ὀλιγαρχία, πρὸς τὸ τῶν εὐπόρων· ἡ δὲ δημοκρατία πρὸς τὸ συμφέρον τὸ τῶν ἀπόρων· πρὸς δὲ τὸ τῷ κοινῷ λυσιτελοῦν, οὐδεμία αὐτῶν.

33 Δεῖ δὲ μικρῷ διὰ μακροτέρων εἰπεῖν, τίς ἑκάστη τούτων τῶν πολιτειῶν ἐστι. καὶ γὰρ ἔχει τινὰς ἀπορίας. τῷ δὲ περὶ ἑκάστην μέθο-

δον

τὸν φιλοσοφοῦντι, καὶ μὴ μόνον ἀποβλέποντι πρὸς τὸ πράττειν, οἰκεῖόν ἐστι τὸ μὴ παρορᾶν, μηδέ τι καταλείπειν, ἀλλὰ δηλοῦν τὴν περὶ ἕκαστον ἀλήθειαν. ἔστι δὲ τυραννὶς μὲν, μοναρχία, καθάπερ εἴρηται, δεσποτικὴ τῆς πολιτικῆς κοινωνίας· ὀλιγαρχία δ', ὅταν ὦσι κύριοι τῆς πολιτείας οἱ τὰς οὐσίας ἔχοντες· δημοκρατία δὲ, τουὐαντίον, ὅταν οἱ μὴ κεκτημένοι πλῆθος οὐσίας, ἀλλ' ἄποροι.

πρώτη δ' ἀπορία πρὸς τὸν διορισμόν ἐστιν. εἰ γὰρ εἶεν οἱ πλείους, ὄντες εὔποροι, κύριοι τῆς πόλεως· δημοκρατία δ' ἐστὶν, ὅταν ᾖ κύριον τὸ πλῆθος· ὁμοίως δὲ πάλιν κἂν εἴ που συμβαίνῃ, τοὺς ἀπόρους ἐλάττους μὲν εἶναι τῶν εὐπόρων· κρείττους δ' ὄντας, κυρίους εἶναι τῆς πολιτείας· ὅπου δ' ὀλίγον κύριον πλῆθος, ὀλιγαρχίαν εἶναι φασίν· οὐκ ἂν καλῶς δόξειεν διωρίσθαι περὶ τῶν πολιτειῶν. ἀλλὰ μὴν, κἄν τις συνθεὶς τῇ μὲν εὐπορίᾳ τὴν ὀλιγότητα, τῇ δ' ἀπορίᾳ τὸ πλῆθος, οὕτω προσαγορεύῃ τὰς πολιτείας· ὀλιγαρχίαν μὲν, ἐν ᾗ τὰς ἀρχὰς ἔ-

arte ac disciplina philosophanti, nec tantum ad actionem & vsum rerum intuenti, consentaneum quidem nil contemnere aut omittere, quin potius in singulis reb. quid verum sit accurate ac diligenter exquirere: Est vero tyrannis, vt dictum est, Monarchia ciuilis societatis velut hera quidem & domina: Oligarchia autem cum locupletes reip. domini sunt: & Democratia contra, quando non locupletes, sed inopes & egentes imperant. Prima igitur de definitione quæstio est. Nam si plures opulenti fuerint reip. domini, Democratiaque sit, cum multitudo gubernacula teneat, ac rursus similiter, sicubi forte sint inopes numero quidem pauciores diuitibus, ac superiores iique reip. rectores. Atq; vbi numero pauci imperēt, Oligarchia nominetur, certe non satis accurate de rebuspub. præceptum & præscriptum esse videatur. Nec vero si quis cū opulētia paucitatem coniunxerit, & cum inopia multitudinem, sic respub. definiat, Oligarchiam nempe, in qua numero pauci diuites: Democratiam in qua inopes numero multi dominatum teneāt, sine dubitatione res erit. Etenim

tat) primum ad Democratiam secundum ad Oligarchiam, si vtrobiq; sit, iniusta ratio, referri potest.

quo genere modo propositas respub. complectemur? Et illam in qua plures opulenti, & hanc in qua pauciores egeni, vtrique ipsi quidem ciuitatibus suis imperent, si præter expositas respublic. nulla esse alia censeatur.

34 Videtur igitur ipsa ratio nobis planum facere, vt pauci vel multi qui ciuitatem regāt, fuerint, casu quodam fieri. Illud quidem in Oligarchia, hoc vero in Democratia, propterea quod opulenti pauci, inopes multi vbique fere esse soleant. Quare paucitatis & multitudinis dictæ caussæ, nō sunt rerumpub. differentiæ, sed tota differentia, qua Democratia & Oligarchia inter se differunt, inopia & opulentia continetur. Atque omnino necesse est vbicunq; censu & diuitiis magistrat⁹ summi siue pauci siue multi creantur, Oligarchiam illic esse, vbi vero inopes summam potestatem habeāt, Democratiam: tametsi accedit, (vt diximus,) illic paucos, hic multos esse. Diutius enim abundant pauci, libertate tamen ciues omnes fruuntur. Quapropter vtriq; de principatu decertant inter se & contendunt.

34 At contrarium multo probabilius est, cōtingere, vt reip. rectores iniusti si pauci sunt, facile ditescant reip. rectores iniusti: si multi sunt, minores opes habeant, vt veræ differētiæ sint Oligarchiæ & Democratiæ paucitas & multitudo: aduentitiæ autē differentiæ sint inopia & opulentia.

χουσιν οἱ εὔποροι, ὀλίγοι τὸ πλῆθος ὄντες· δημοκρατίαν δ᾽, ἐν ᾗ οἱ ἄποροι, πολλοὶ τὸ πλῆθος ὄντες· ἄλλην ἀπορίαν ἔχει. τίνας γὰρ ἐροῦμεν τὰς ἄρτι λεχθείσας πολιτείας· τὴν ἐν ᾗ πλείους εὔποροι, καὶ ἐν ᾗ ἐλάττους οἱ ἄποροι· κύριοι δ᾽ ἑκάτεροι τῶν πολιτειῶν, εἴπερ μηδεμία ἄλλη πολιτεία παρὰ τὰς εἰρημένας ἐστίν; 34 ἔοικε τοίνυν ὁ λόγος ποιεῖν δῆλον, ὅτι τὸ μὲν ὀλίγους ἢ πολλοὺς εἶναι κυρίους, συμβεβηκός ἐστι, τὸ μὲν ταῖς ὀλιγαρχίαις, τὸ δὲ ταῖς δημοκρατίαις, διὰ τὸ τοὺς μὲν εὐπόρους ὀλίγους, πολλοὺς δ᾽ εἶναι τοὺς ἀπόρους πανταχοῦ· διὸ καὶ οὐ συμβαίνει τὰς ῥηθείσας αἰτίας γίνεσθαι διαφορᾶς. ᾧ δὲ διαφέρουσιν ἥ τε δημοκρατία καὶ ἡ ὀλιγαρχία ἀλλήλων, πενία καὶ πλοῦτός ἐστι· καὶ ἀναγκαῖον μὲν, ὅπου ἂν ἄρχωσι διὰ πλοῦτον, ἄν τ᾽ ἐλάττους, ἄν τε πλείους, εἶναι ταύτην ὀλιγαρχίαν· ὅπου δ᾽ οἱ ἄποροι, δημοκρατίαν. ἀλλὰ συμβαίνει, καθάπερ εἴπομεν, τοὺς μὲν ὀλίγους εἶναι, τοὺς δὲ πολλούς. εὐποροῦσι μὲν γὰρ ὀλίγοι· τῆς δὲ ἐλευθερίας μετέχουσιν πάντες· δι᾽ ἃς αἰτίας ἀμφισβητοῦσιν ἀμφότεροι τῆς πολιτείας.

35 Δη-

ΚΕΦ. ϛ.

Ληπτέον δὲ πρῶτον, τίνας ὅρους λέγουσι τῆς ὀλιγαρχίας καὶ δημοκρατίας, καὶ τί τὸ δίκαιον, τό τε ὀλιγαρχικὸν, καὶ δημοκρατικόν. πάντες γὰρ ἅπτονται δικαίου τινὸς, ἀλλὰ μέχρι τινὸς προέρχονται, καὶ λέγουσιν οὐ πᾶν τὸ κυρίως δίκαιον· οἷον δοκεῖ τὸ ἴσον δίκαιον εἶναι·

καὶ [γὰρ] ἐστιν, ἀλλ' οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἴσοις· καὶ τὸ ἄνισον δοκεῖ δίκαιον εἶναι· καὶ γὰρ ἐστιν, ἀλλ' οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀνίσοις. οἱ δὲ τοῦτ' ἀφαιροῦσι, τὸ οἷς, καὶ κρίνουσι κακῶς. τὸ δ' αἴτιον, ὅτι περὶ αὑτῶν ἡ κρίσις. σχεδὸν δ' οἱ πλεῖστοι, φαῦλοι κριταὶ περὶ τῶν οἰκείων. ὥστ' ἐπεὶ τὸ δίκαιον, τισί, καὶ διῄρηται τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπί τε τῶν πραγμάτων, καὶ οἷς, καθάπερ εἴρηται πρότερον ἐν τοῖς ἠθικοῖς· τὴν μὲν τοῦ πράγματος ἰσότητα ὁμολογοῦσι, τὴν δὲ οἷς, ἀμφισβητοῦσι, μάλιστα μὲν διὰ τὸ λεχθὲν ἄρτι, διότι, κρίνουσι τὰ περὶ αὐτοὺς κακῶς·

36 ἔπειτα δὲ καὶ διὰ τὸ

CAP. VI.

PRIMVM[35] vero quærẽdum nobis eſt, qui fines terminique & Oligarchię & Democratiæ ſtatuatur quod que ius & Oligarchicum & Democraticum eſſe videatur. Omnes enim earum quoddam ius attingunt, ſed aliquatenus progrediuntur, totum ius abſolute & perfecte non definiunt, vt ęqualitas ius eſſe quoddam exiſtimatur, & eſt quidem non omnibus tamen, ſed æqualib. & inæqualib⁹ ius eſſe quoddam exiſtimatur, & eſt quidem non omnibus tamẽ ſed inæqualibus. At hi perſonarum rationem nullam habent, & iccirco peruerſe iudicant. Erroris autem cauſſa eſt, quia de ſe ipſi iudicant, cum fere accidat, vt de ſuis plerique ac propriis reb. praui ſunt iudices. Itaque cum iuris quędam ratio in perſonis ſita ſit, eodemque modo æqualitas & in reb. & in perſonis, (quemadmodum in Ethicis dictum eſt) diuidatur de rerum quidem ęqualitate conſentiunt, de perſonarũ autem æqualitate maxime diſſentiunt, ob eam cauſſam quam dixi, quod de ſe ipſis corrupte iudicant.

36 Deinde cum vtriq; ali-

35 Continuatur diſputatio de Oligarchia & Democratia, deq; ea re nunc diſputatur. Oligarchici quia superiores ſunt opibus, ſuperiores in rep. partes ſibi arrogant. Democratici qui libertate pares ſunt, pares etiã in rep. partes requirunt: hoc vtrunq; ius Ariſtoteles reprehendit quod ſecundum quid non abſolute iuſtum ſit, quia in eo rerum habeatur tantum ratio diuitiarum & libertatis, nõ habeatur ratio pſonarum quæ virtute ac ſapientia ſuperent aut ſuperentur: Prima autẽ refutatio ita concluditur.

Vnuſquiſq; de re ſua malus eſt iudex:
Oligarchici & Democratici hic de ſe iudices ſunt.
Male itaq; iudicant.

Libertas finis Democratiæ, vide indicem.

36 Secunda re-

futatio ex captiosi iudicii & syllogismi sophismate: ab vnæ enim specie totũ genus vitiose concluditur.

Superior opib. ergo omnino superior, par libertate, ergo omnino par: bona enim animi corporisq; hic nulla comparantur.

quatenus ius ipsum persequãtur, existimant se perfectum ius & absolutum consequi: hi quidem si quadam ex parte sint superiores, vt opibus & diuitiis, protinus sibi persuadent se omnino superiores esse: Illi vero, si sint item quadam ex parte ęquales, vt libertate videntur sibi penitus æquales.

37 Tertia refutatio ex fine ciuitatis, qui non est in diuitiis, sed in beatitudine.

Si diuitiarum caussa ciuitas esset instituta, diuitiores superiores essent.

At nõ diuitiarum sed beatæ vitæ gratia est instituta: Longa est oratio in in hac assumptione.

38 Sic de seruis lib. 1. n. 31.

Finis ciuitatis aliquis est in vita sed non summus, vt est huius nu 26. & 1. 15.

39 Persequitur ad probationẽ assumptionis circumstantias diuitiarum, συμμαχίαν & συνθήκην,

37 Sed.n. quod summum rerum caput ęst non explicant. Nam si diuitiarum gratia sociati homines essent, atque vnum in locum cõuenissent, tantam sane partem ciuitatis obtinerent, quantas opes & diuitias haberent: atque ita Oligarchicorũ sententia ac ratio momenti aliquid habere videretur. Iustum siquidem esse non censent, vt qui de centum minis vnam contulerit, rerum earum quæ vel initio constiterunt vel postea accesserint, ęqualem partem capiat ei qui reliquam totam summam contribuerit. At non viuendi caussa cœtus hominum & ciuitates institutæ sunt, sed bene & beate viuẽdi, 38 alioqui seruorum & bestiarũ ciuitas esse diceretur, quæ minime tamen est, cum neque beatitudinis compotes esse, neque vitam consilio regere possint.

39 At neque ciuitates societatis bellicæ caussa factæ sunt vt à nemine

λέγειν μέχρι τινὸς ἑκατέροις δίκαιόν τι, νομίζουσι δίκαιον λέγειν ἁπλῶς. οἱ μὲν γάρ, ἂν κατά τι ἄνισοι ὦσιν, οἷον χρήμασιν, ὅλως οἴονται ἄνισοι εἶναι· οἱ δ', ἂν κατά τι ἴσοι, οἷον ἐλευθερίᾳ, ὅλως ἴσοι.

37 τὸ δὲ κυριώτατον οὐ λέγουσιν. εἰ μὲν γὰρ τῶν κτημάτων χάριν ἐκοινώνησαν καὶ συνῆλθον, τοσοῦτον μετέχουσι τῆς πόλεως, ὅσον περ καὶ τῆς κτήσεως. ὥσθ' ὁ τῶν ὀλιγαρχικῶν λόγος δόξειεν ἂν ἰσχύειν. οὐ γὰρ εἶναι δίκαιον ἴσον μετέχειν τῶν ἑκατὸν μνῶν τὸν εἰσενέγκαντα μίαν μνᾶν, τῷ δόντι τὸ λοιπὸν πᾶν, οὔτε τῶν ἐξ ἀρχῆς, οὔτε τῶν ἐπιγινομένων. εἰ δὲ μήτε τοῦ ζῆν μόνον ἕνεκεν, ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ εὖ ζῆν·

38 καὶ γὰρ ἂν δούλων καὶ τῶν ἄλλων ζῴων ἦν πόλις· νῦν δ' οὐκ ἔστι, διὰ τὸ μὴ μετέχειν εὐδαιμονίας, μηδὲ τοῦ ζῆν κατὰ προαίρεσιν·

39 μήτε συμμαχίας ἕνεκεν, ὅπως ὑπὸ μηδενὸς ἀδικῶν-

χρῶνται· μήτε διὰ τὰς ἀλλαγὰς καὶ τὴν χρῆσιν τὴν πρὸς ἀλλήλους. καὶ γὰρ ἂν Τυρρηνοὶ καὶ Καρχηδόνιοι, καὶ πάντες οἷς ἐστὶ σύμβολα πρὸς ἀλλήλους, ὡς μιᾶς ἂν πολῖται πόλεως ἦσαν. εἰσὶ γοῦν αὐτοῖς συνθῆκαι περὶ τῶν εἰσαγωγίμων, καὶ σύμβολα περὶ τοῦ μὴ ἀδικεῖν, καὶ γραφαὶ περὶ συμμαχίας

40 ἀλλ' οὔτ' ἀρχαὶ πᾶσιν ἐπὶ τούτοις κοιναὶ καθεστᾶσιν, ἀλλ' ἕτεραι παρ' ἑκατέροις, οὔτε τοῦ ποίους τινὰς εἶναι δεῖ φροντίζουσιν ἅτεροι τοὺς ἑτέρους, οὐδ' ὅπως μηδεὶς ἄδικος ἔσται τῶν ὑπὸ τὰς συνθήκας, μηδὲ μοχθηρίαν [ἕξει μηδεμίαν,] ἀλλὰ μόνον ὅπως μηδὲν ἀδικήσουσιν ἀλλήλους. περὶ δ' ἀρετῆς καὶ κακίας πολιτικῆς διασκοποῦσιν ὅσοι φροντίζουσιν εὐνομίας. ᾗ καὶ φανερὸν, ὅτι δεῖ περὶ ἀρετῆς ἐπιμελὲς εἶναι τῇ γ' ὡς ἀληθῶς ὀνομαζομένῃ πόλει, μὴ λόγου χάριν. γίνεται γὰρ ἡ κοινωνία συμμαχία τῶν ἄλλων τόπῳ διαφέρουσα μόνον, τῶν ἄποθεν συμμάχων. καὶ

vt à nemine iniuriam patiantur, neque cõmerciorum & contrahendarum rerum & mutuæ vtilitatis gratia. Etenim Tyrrheni & Carthaginienses & oẽs inter quos thessararum societas & communio mutua est, tanquam ciuitatis vnius ciues essent. Nam de rebus importandis sunt illis inter se pacta, & de prohibenda vi certę leges, & de belli societate perscripta fœdera.

40 At de his rebus nulli sunt illis communes magistratus, sed vtrisque diuersi: nec quales hi sunt omnino, illi quicquam laborãt, ac ne fœderatorũ quisquam improbus vel iniustus sit, curãt: sed tantum id solliciti sunt, ne alii aliis iniuriam faciãt, cum tamen in ciuium & virtutibus & vitiis magnam curam ponant hi principes, qui bonarũ & salutarium legum studiosi fuerunt: vnde etiam perspicuum sit ei ciuitati, quæ non specie & nomine, sed reuera ciuitas appellatur summam de virtute diligentiam adhibendam esse. Bellica siquidem societas, communitas est quædã belli fœdere coniunctorum aliorum cum aliis, loco tantum differentium, καὶ ὁ νόμος συνθήκη, vt ait Licophron sophistes ἐγγυη-

id est, belli societatem & cõtractum rerum quib. maxime reip. partes cõtinentur, & disputet in his ciuitatu finẽ non esse ꝙ sequeretur Tyrrhenorũ & Carthaginiensiũ ciuitatem vnam esse, vbi Thyrrenorũ nomine videtur. Romanos significare qui cum Carthaginiensibus erant fœderati.

40 Consequẽtia diuersio: sed non est vna ciuitas, quia non idem magistratus nec alii de moribus aliorum laborant.

Videtur Aristoteles Tyrrhenorũ nomine Romanos intelligere, qui tum quartum cum Carthaginensib. fœdus renouauerant.

τῆς ἀλλήλοις τῶν δικαίων, & iustitiæ communis velut obses. At non eiusmodi vt ciues probos & iustos facere queat.

41 Locorum p(ro)pinquitas aut longinquitas non facit ciuitatem.

41 Quod ita esse, perspectum hinc erit, quia si quis varia loca congreget, & ex omnibus vnum sic efficiat, tanquam Megarensium & Corinthiorum ciuitates sese mœnibus contingant, ciuitas tamen vna non esset, ne si quidem connubiis inter se copularentur, quamuis ea sit vna de communionibus ciuitatum propriis: eodemque modo si qui separati habitēt, neque tamen tam longe disiuncti vt communione vti non possint, sed leges habeant, quibus se ipsos in cōtrahendis rebus offendere prohibeātur, vt si sit hic quidem faber, ille autem agricola, hic vero sutor, ille aliud eiusmodi, sintque numero quāplurimi, nec vllā rem aliam inter se communē habeant, quam hæc ipsa contractus & bellicę societatis commoda, ne hac quidem ratione ciuitas erit. Quamobrē tandem? Non enim recte quia nō sit vicinia societas & finitima communio: nempe hac communione societati se conuenerint, & vnusquisque domo propria velut vrbe vtatur, ac

ὁ νόμος συνθήκη, καὶ καθάπερ ἔφη Λυκόφρων ὁ σοφιστής, ἐγγυητὴς ἀλλήλοις τῶν δικαίων, ἀλλ' οὐχ οἷος ποιεῖν ἀγαθοὺς καὶ δικαίους τοὺς πολίτας.

41 ὅτι δ' ἔστιν ἔχει τὸν τρόπον, φανερόν. εἰ γάρ τις καὶ συναγάγοι τοὺς τόπους εἰς ἕν, ὥστε ἅπτεσθαι τὴν Μεγαρέων πόλιν καὶ Κορινθίων τοῖς τείχεσιν, ὅμως οὐ μία πόλις· οὐδ' εἰ πρὸς ἀλλήλους ἐπιγαμίας ποιήσαιντο· καίτοι τοῦτο τῶν ἰδίων ταῖς πόλεσι κοινωνημάτων ἐστίν. ὁμοίως δ' οὐδ' εἴ τινες οἰκοῖεν χωρὶς μέν, μὴ μέντοι τοσοῦτον ἄποθεν, ὥστε μὴ κοινωνεῖν, ἀλλ' εἰ ἦσαν αὐτοῖς νόμοι τοῦ μὴ σφᾶς αὐτοὺς ἀδικεῖν περὶ τὰς μεταδόσεις· οἷον, εἰ ὁ μὲν εἴη τέκτων, ὁ δὲ γεωργός, ὁ δὲ σκυτοτόμος, ὁ δ' ἄλλο τι τοιοῦτον, καὶ τὸ πλῆθος εἶεν μυρίοι, μὴ μέντοι κοινωνοῖεν ἄλλου μηδενὸς ἢ τῶν τοιούτων, οἷον ἀλλαγῆς καὶ συμμαχίας· οὐδ' οὕτω που πόλις. διὰ τίνα δή ποτ' αἰτίαν; οὐ γὰρ δὴ διὰ τὸ μὴ σύνεγγυς τῆς κοινωνίας. εἰ γὰρ καὶ συνέλθοιεν οὕτω κοινωνοῦντες, ἕκαστος μέντοι χρῷτο τῇ ἰδίᾳ οἰκίᾳ, ὥσπερ πόλει, καὶ σφίσιν αὐτοῖς

τοῖς ὡς ἐπιμαχίας οὔσης, βοηθοῦντες ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας μόνον· οὐδ᾽ οὕτως ἂν εἶναι δόξειε πόλις τοῖς ἀκριβῶς θεωροῦσιν, εἴπερ ὁμοίως ὁμιλοῖεν συνελθόντες καὶ χωρίς.

42 φανερὸν τοίνυν ὅτι ἡ πόλις οὐκ ἔστι κοινωνία τόπου, καὶ τοῦ μὴ ἀδικεῖν σφᾶς αὐτούς, καὶ τῆς μεταδόσεως χάριν· ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀναγκαῖον ὑπάρχειν, εἴπερ ἔσται πόλις· οὐ μὴν οὐδ᾽ ὑπαρχόντων τούτων ἁπάντων, ἤδη πόλις, ἀλλ᾽ ἡ τοῦ εὖ ζῆν κοινωνία καὶ ταῖς οἰκίαις καὶ τοῖς γένεσι, ζωῆς τελείας χάριν καὶ αὐτάρκους. οὐκ ἔσται μέντοι τοῦτο μὴ τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα κατοικούντων τόπον, καὶ χρωμένων ἐπιγαμίαις. διὸ κηδεῖαί τ᾽ ἐγένοντο κατὰ τὰς πόλεις, καὶ φρατρίαι, καὶ θυσίαι, καὶ διαγωγαὶ τοῦ συζῆν. τὸ δὲ τοιοῦτον, φιλίας ἔργον. ἡ γὰρ τοῦ συζῆν προαίρεσις φιλία. τέλος μὲν οὖν πόλεως, τὸ εὖ ζῆν· ταῦτα δὲ, τοῦ τέλους χάριν. πόλις δὲ, ἡ γενῶν καὶ κωμῶν κοινωνία ζωῆς τελείας καὶ αὐτάρκο-

ſibiipſis inter ſe tanquã ſubſidiariæ ſocietatis iure tantũ aduerſus hoſtes opitulentur, attente quidem conſiderantibus, neque hoc pacto ciuitas eſſe videatur. Nam qui hac conditione copulati eſſent, ſimili ſane conſuetudine vterentur, atq; ii qui diſiuncti ac ſeparati viuerent.

42 Quare manifeſtum eſt ciuitatem communione loci non teneri, nec iniuriæ repellendæ, nec contractus atque commercii gratia cõſtitui: tametſi hæc adeſſe & ſuppetere neceſſe eſt, ſi modo ciuitas eſt futura, neque tamen ſi hæc adſunt omnia, protinus ciuitas erit. Verum bene viuendi communio familiis & gentibus, vt ad perfectam & ſeipſa contentam vitam nihil deſit, conſtituta ea demum ciuitas eſt futura, quod tamen niſi vnum & eundem locum habitãtibus, & inter ſe connubia contrahentibus accidere nõ poteſt. Itaque affinitates in ciuitatibus & ſodalitates & ſacra & familiaritates cõuictus gratia extiterunt: quod amicitię opus eſt: cõſuetudo enim victus cõſilio & voluntate ſuſcepta amicitia eſt. Finis itaque ciuitatis eſt beate viuere, atque ad eum finem cætera illa referuntur: ciuitaſque eſt

42 Concludit probationem Aſſumptionis, quod finis ciuitatis, ſit in beatitudine nõ diuitiis aut diuitiarũ circumſtantiis.

συμμαχίας & συνθήκη, & q̃ ſit vna ciuitas explicat ciuitatis definitione.

Idẽ lib. 1. lin. 15.

ex gentibus & vicis societas perfectæ ac se ipsa contentæ vitæ gratia comparata, quod bene & beate viuere dicim⁹.

43 Tandem sophismata Oligarchicorũ & Democraticorũ dissoluũtur, & superiores esse statuuntur qui propius ad finem ciuitatis accedant. Idem dicit lib. 5. n. 3.

43 Ciuilis itaque societas honestarum actionum non conuictus gratia constituta est, quique in hanc communionem plus contulerunt, hi maiores ciuitatis partes suscipere debebunt quam qui fuerint illis libertate aut genere vel æquales vel etiã superiores, dũmodo ciuili virtute sint impares, aut diuitiis quidem superiores, sed inferiores virtute. Quod igitur omnes qui de rebus hisce publicis inter se contendũt, nõ totum ius & absolutum, sed partem eius quandam attingunt, ex his quæ dicta sunt perspectum est & intellectum.

τάρκους. τοῦτο δ' ἐστὶν, ὥς φαμεν, τὸ ζῆν εὐδαιμόνως καὶ καλῶς.

43 τῶν καλῶν ἄρα πράξεων χάριν θετέον εἶναι τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν, ἀλλ' οὐ τοῦ συζῆν. διόπερ ὅσοι συμβάλλονται πλεῖστον εἰς τὴν τοιαύτην κοινωνίαν, τούτοις τῆς πόλεως μέτεστι πλεῖον, ἢ τοῖς κατὰ μὲν ἐλευθερίαν καὶ γένος ἴσοις, ἢ μείζοσι, κατὰ δὲ τὴν πολιτικὴν ἀρετὴν ἀνίσοις· ἢ τοῖς κατὰ πλοῦτον ὑπερέχουσι, κατ' ἀρετὴν δ' ὑπερεχομένοις. ὅτι μὲν οὖν πάντες οἱ περὶ τῶν πολιτειῶν ἀμφισβητοῦντες, μέρος τι τοῦ δικαίου λέγουσι, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων.

Argumentum tertiæ partis.

De legis & hominis imperio. Plato in regno, Item 705.

SVperioribus huius libri partibus respubl. definita est, genera distributa sunt, singulaque suis definitionibus exposita: Tertia parte comitiorum species quædam & forma repræsentatur: in qua velut candidati summum principatum petunt, & de suis meritis varia & multiplici ratione contendunt. Contentio duplex est: Prima est populi, Tyranni, Oligarchicorum, Aristocraticorum, regum, legum. Si multi pauperes imperent, fortunatos spoliabũt: idemque facient & tyran-

& tyranni & Oligarchici: si pauci optimates administrent, cæteros honore priuabunt: idemque facient reges. Lex autem si præsit, quamuis sit constans, est tamen similis principum, à quibus condita fuerit. Præcipua contentio est populi & optimatum, quod sapiẽtes pauci, licet singulos & populo virtute & sapientia vincãt, vniuersos tamen non vincant. Qui locus egregiis comparationibus ornatus est. Secunda deinde concertatio permiscetur in vtramque partem: de nobilitate, opulentia virtute, populo, totaque res comitiorum videlicet turbinibus & fluctibus simillima, valde conturbatur. Opera tamen precium est in hac ciuili contentione Aristotelis mirificam quandam & singularem æquitatem & sapientiam admirari: qui cum ciuitatis finem beatitudinem esse intelligeret, vt eorum quisque ad illum finem propius vel longius attingeret, id est ciues eo magis minusue perduceret, sic ei ciuilis principatus honores ac dignitates superiores aut inferiores dederit. Primum siquidem reipub. locum optimis legibus: secundum in quo leges habere locum non possent optimis principibus vtrisque nil nisi publicum & communem ciuilis beatitudinis fructum spectantibus attribuit, principibus, (inquam) in alio populo regibus, optimatibus in alio, in alio politicis. Nobilitatem autem & genus & diuitias & cætera nil ad bene beateque regendam ciuitatem facientia procul amouit ac sua petitione repulit. Atque hoc totum definitionis genus ex naturali & imperandi & parendi fonte deduxit: de quo libro primo præcipitur, itemque etiam ex ciuilis societatis fine, id est beatitudine. Nam si naturali iure virtus & sapientia quanto maior est quantoque ciuitatis fini propior, tanto maiore

Ab eodem lex regia in Minoe inuentio veritatis definitur & immutabilis statuitur & ex scientia constans.

Lex dominari debet 647.

Ciuilis scientia & virtus nõ potest nisi diutius accipi. Plato 9. 10. Non potest doceri, quia nec doctores eius sint, nec discipuli 18. nec natura tradi per tertium librum sed diuina quadam sorte per opinionem traditur, & viri ciuiles, opinione recta tamen pͥditi sunt similes vatib. qui diuino furore correpti, nihil eorũ intelligunt quæ loquuntur.

principatu prædita esse debet, certe lex optima, quæ ex summa hominum sapientia collecta est, quæque ad beatam vitam rectissima via est, primo ciuitatis loco esse debebit, verissimeque hoc libro ab Aristotele dictum est, cum lex dominetur non hominem, sed Deum dominari. Secundo autem loco ex hominibus hi qui omni virtutis & sapientiæ gloria præstabunt, quā præstantiam cum in vno aut paucis perpetuam esse difficile sit, certe proximus gradus reipub. viris populi iudicio delectis & probatis vicissim, & ea conditione tribuēdus, vt ab eodem populo corrigantur à quo creati fuerint & instituti. Hæc autem collatio post descriptas generum species aptius facta esset, vt cum genera rerumpub. & iustarum & iniustarum partita essent regni, Aristocratiæ & reliquorum, tum quæretur de præstantia singulorum.

Leges mutādæ per senes. Plato 615.

Democratia improbatur. Plato 646. Dignitatis imperandi. 636.

TERTIA PARS.

CAP. VII. — ΚΕΦ. ζ.

44 Disputatur primum contra multitudinis imperium, quia multi spolient paucos vbi multitudinis nomine duæ respub. comprehendere videntur, Politia & Democratia. Et Argumentum Aristotelis de Democratia verū erit, quia tyrānidi postea cōparatur Democratia lib. 4.

AC 44 vero quæri solet, cui generi summam ciuitatis authoritatem tribui conueniat, an populo, an diuitibus, an optimatibus, an vni omnium optimo, an tyranno. Hæc siquidem omnia controuersa sunt atque inuoluta, Quid enim? si pauperes (quia numero superent, locupletum fortunas diripiāt, idne iustum erit? Iustum enim per Iouem quia summæ potestati ita visum fuerit? Quænam igitur summa in-

[72] ληπτέον δὴ πρῶτον περὶ πασῶν καθόλου, ταὐτόν· δεῖ γὰρ κρεῖττον εἶναι τὸ βουλόμενον μέρος τῆς πόλεως, τοῦ μὴ βουλομένου, μένειν τὴν πολιτείαν. [73] ἔστι δὲ πᾶσα πόλις ἔκ τε τοῦ ποιοῦ καὶ ποσοῦ. λέγω δὲ ποιὸν μὲν, ἐλευθερίαν, πλοῦτον, παιδείαν, εὐγένειαν· ποσὸν δὲ, τὴν τοῦ πλήθους ὑπεροχήν. ἐνδέχεται δὲ, τὸ

ΚΕΦ. ιβ.

PROXIMVS autem locus est, vt quæ, quibus & qualis, qualibus respub. conueniat, exponamus.

[72] Principio autem de rebuspub. omnibus idem est vniuerse generaliterque statuendum, eam partem ciuitatis, quæ rempub. saluam esse velit, quam quæ nolit, potentiorem esse oportere.

72 Idem libr. 5. n. 72. & 79.

[73] Omnis autem ciuitas & qualitate & quantitate personarũ maxime distinguitur, qualitatẽ vero dico libertatẽ opulentiã, disciplinam, nobilitatẽ, quantitatẽ aũt multitudinis numerũ maiorem

73 Distinctio rerump. ex ciuiũ distinctione. talis tota parte secunda, & lib. 3. n. 111.

Atque accidit earum partium ex quibus ipsa constat ciuitas, alteri qualitatem adesse, alteri quantitatem, vt ignobiles plures esse numero quam nobiles, & pauperes quam diuites, neque tamen quantitate tantum superare, quantum qualitate superetur. Itaque hæc sunt inter se comparanda: vbi igitur tenuis & inops plebecula superior est ea ratione, quã proposui, vbi Democratiã, & pro populi cuiusq; maiores multitudine singulæ Democratiæ species, vt si numerus agricolarũ superet, prima Democratia, sin autem sordidorum opificum, & mercenariorum, postrema, eodemq; modo cæteræ Democratiæ iis interiectæ naturales sunt. At vbi diuitum & primariorum secta qualitate magis superat, quam superatur quantitate: illic Oligarchia & Oligarchiæ singulæ species pro maiore cuiusque Oligarchicæ multitudinis parte naturales etiam sunt & congruæ.

74 Sed enim legislator in rep. perpetuam mediocrium rationem habere debebit. Nam siue leges Oligarchicas

μὴ ποιὸν ὑπάρχειν ἑτέρῳ μέρει τῆς πόλεως, ἐξ ὧν συνέστηκε μερῶν ἡ πόλις· ἄλλῳ δὲ μέρει τὸ ποσὸν, οἷον πλείους τὸν ἀριθμὸν εἶναι τῶν γενναίων τοὺς ἀγεννεῖς, ἢ τῶν πλουσίων τοὺς ἀπόρους· μὴ μέντοι τοσοῦτον ὑπερέχειν τῷ ποσῷ, ὅσον λείπεσθαι τῷ ποιῷ. διὸ ταῦτα πρὸς ἄλληλα συγκριτέον. ὅπου μὲν οὖν ὑπερέχει τὸ τῶν ἀπόρων πλῆθος τὴν εἰρημένην ἀναλογίαν, ἐνταῦθα πέφυκεν εἶναι δημοκρατίαν. [εἰ μὲν γὰρ γεωργοὶ ὑπερέχουσι, γίνεται γεωργῶν δημοκρατία·] καὶ ἕκαστον εἶδος δημοκρατίας, κατὰ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ δήμου ἑκάστου· οἷον, ἐὰν μὲν τὸ τῶν γεωργῶν ὑπερτείνῃ πλῆθος, τὴν πρώτην δημοκρατίαν· ἐὰν δὲ τὸ τῶν βαναύσων καὶ μισθαρνούντων, τὴν τελευταίαν. ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἄλλας τὰς μεταξὺ τούτων. ὅπου δὲ τὸ τῶν εὐπόρων καὶ γνωρίμων μᾶλλον ὑπερτείνει τῷ ποιῷ, ἢ λείπεται τῷ ποσῷ, ἐνταῦθα δὲ ὀλιγαρχίαν, καὶ τῆς ὀλιγαρχίας τὸν αὐτὸν τρόπον ἕκαστον εἶδος, κατὰ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ ὀλιγαρχικοῦ πλήθους.

74 δεῖ δ' ἀεὶ τὸν νομοθέτην ἐν τῇ πολιτείᾳ προσλαμβάνειν τοὺς μέσους. ἄν τε γὰρ ὀλιγαρχικοὺς τοὺς νόμους τιθῇ στοχάζεσθαι

74 *Reuocatur commendatio mediocritatis ex iisdem adiunctu ꝙ stabilis, facilis, fida contraq; reprehẽditur Oligarchica opulentia & inopia Democratica.*

στοχάζεσθαι χρὴ τῶν μέσων· ἐάν τε δημοκρατικοὺς προσάγηται τοῖς νόμοις τούτους. ὅπου δὲ τὸ τῶν μέσων ὑπερτείνει πλῆθος, ἢ συναμφοτέρων τῶν ἄκρων, ἢ καὶ θατέρου μόνον, ἐν ταῦθ' ἐνδέχεται πολιτείαν εἶναι μόνιμον. οὐθὲν γὰρ φοβερὸν, μή ποτε συμφωνήσωσιν οἱ πλούσιοι τοῖς πένησιν ἐπὶ τούτους. οὐδέποτε γὰρ ἅτεροι βουλήσονται δουλεύειν τοῖς ἑτέροις. κοινοτέραν δ' ἂν ζητῶσιν, οὐδὲ μίαν εὑρήσουσιν ἄλλην ταύτης. ἐν μέρει γὰρ ἄρχειν οὐκ ἂν ὑπομείνειαν, διὰ τὴν ἀπιστίαν τὴν πρὸς ἀλλήλους. πανταχοῦ δὲ πιστότατος ὁ διαιτητής. διαιτητὴς δ', ὁ μέσος. ὅσῳ δ' ἂν ἄμεινον ἡ πολιτεία μιχθῇ, τοσούτῳ μονιμωτέρα. διαμαρτάνουσι δὲ πολλοὶ καὶ τῶν τὰς ἀριστοκρατικὰς βουλομένων ποιεῖν πολιτείας, οὐ μόνον ἐν τῷ πλεῖον νέμειν τοῖς εὐπόροις, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ παρακρούεσθαι τὸν δῆμον. ἀνάγκη γὰρ χρόνῳ ποτὲ ἐκ τῶν ψευδῶν ἀγαθῶν, ἀληθὲς συμβῆναι κακόν. αἱ γὰρ πλεονεξίαι τῶν πλουσίων, ἀπολλύουσι μᾶλλον τὴν πολιτείαν, ἢ αἱ τοῦ δήμου.

cas ferat, mediocres ſibi neceſſario proponet, ſiue Democraticas inſtituat, eoſdem legibus ſuis intueatur neceſſe eſt. Atq; vbi mediocriũ manus vel vtrumque vel alterum duntaxat extremum ſuperat, ibi demum ſtabiles eſt reſpub. Nec enim periculum eſt ne locupletes cum pauperibus aduerſus mediocres coniurent, nec enim adducentur alteri, vt alteris ſeruiant, nec porro faciliorem remp. ſi requirant, vllam aliam reperient, nec alterum imperium vt viciſſim alteris alteri pręſint, propter mutuam ſui inter ſe differentiam tolerare ac pati poterunt, apud omnes autem arbitro ſumma fides adhibetur, cum tamen arbiter ſe mediũ gerat: Atque adeo quanto melius reſp. moderata temperataque fuerit, tanto firmior & ſtabilior eſt futura. Errant autem eorum plerique qui reſpub. Ariſtocraticas inſtituere cupiunt, non ſolũ quia nimium diuitibus attribuunt, ſed etiam quia populum in fraudem inducũt. Neceſſe enim eſt tandem aliquando ex falſis bonis vera mala naſci: immoderatæ autem locupletum cupiditates rempubl. magis euertunt quam plebeiorum & inopum.

CAP. XIII.

75 Sophismata quibus resp. in Oligarchia inductis partes iis fraudib. subiecta quinque sunt, de his legibus n. 53.

QVINQVE [75] vero sunt ea numero, quæ nonnulli specie quadam & simulatione ad circumueniendum populum in rep. comminiscuntur, comitia, magistratus, Iudicia, arma, exercitatio. Comitiis siquidem vt interesse omnibus liceat, locupletibus tamen vel solis vel certe grauior quam pauperibus multa, nisi interfuerint, imponatur. Magistratus autẽ, vt diuitibus, vt certum censum habentib. eiurare & repudiare nõ liceat, pauperibus liceat: In iudiciis etiam multa diuitib. irrogetur, nisi ius dicãt pauperib. impunitas proponatur, aut opulentis quidem magna, egenis parua multa dicatur, quemadmodum in Charondę legibus. Quibusdam autem in ciuitatibus, omnibus quidẽ professis licet & comitiis & iudiciis interesse. At posteaquam professi sunt, nisi ad comitia iudiciaq; venerint, pœnæ graues indicuntur, adeoque pœnæ metu deterriti, professionem refugiunt, vt non professis neque comitiis neque iudiciis intersint. Eademque sane & de parandis armis & exercitatione suis legibus præcipiunt. Pauperibus enim li-

ΚΕΦ. ιγ.

Ἔστι 75 δ' ὅσα προφάσεως χάριν ἐν ταῖς πολιτείαις σοφίζονται πρὸς τὸν δῆμον, πέντε τὸν ἀριθμόν· περὶ ἐκκλησίαν, περὶ τὰς ἀρχάς, περὶ δικαστήρια, περὶ ὅπλισιν, περὶ γυμνασίαν. περὶ ἐκκλησίαν μὲν, τὸ ἐξεῖναι ἐκκλησιάζειν πᾶσι· ζημίαν δὲ ἐπικεῖσθαι τοῖς εὐπόροις, ἐὰν μὴ ἐκκλησιάζωσιν· ἢ μόνοις, ἢ μείζω πολλῷ. περὶ δὲ τὰς ἀρχὰς, τὸ τοῖς μὲν ἔχουσι τίμημα, μὴ ἐξεῖναι ἐξόμνυσθαι· τοῖς δ' ἀπόροις ἐξεῖναι. καὶ περὶ τὰ δικαστήρια, τοῖς μὲν εὐπόροις εἶναι ζημίαν, ἂν μὴ δικάζωσι· τοῖς δ' ἀπόροις, ἄδειαν· ἢ τοῖς μὲν μεγάλην, τοῖς δὲ μικρὰν, ὥσπερ ἐν τοῖς Χαρώνδου νόμοις. ἐνιαχοῦ δ' ἔξεστι μὲν πᾶσιν ἀπογραψαμένοις, ἐκκλησιάζειν καὶ δικάζειν· ἐὰν δὲ ἀπογραψάμενοι, μήτε ἐκκλησιάζωσι, μήτε δικάζωσιν, ἐπίκεινται μεγάλαι ζημίαι τούτοις· ἵνα διὰ μὲν τὴν ζημίαν, φεύγωσι τὸ ἀπογράφεσθαι· διὰ δὲ τὸ μὴ ἀπογράφεσθαι, μὴ δικάζωσι,

σι, μη-

σι, μηδ᾽, ἐκκλησιάζωσι. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ τοῦ ὅπλα κεκτῆσθαι καὶ τοῦ γυμνάζεσθαι νομοθετοῦσι. τοῖς μὲν γὰρ ἀπόροις ἔξεστι μὴ κεκτῆσθαι, τοῖς δ᾽ εὐπόροις, ἐπιζήμιον μὴ κεκτημένοις. κἂν μὴ γυμνάζωνται, τοῖς μὲν οὐδεμία ζημία· τοῖς δ᾽ εὐπόροις, ἐπιζήμιον· ὅπως οἱ μὲν, διὰ τὴν ζημίαν, μετέχωσιν· οἱ δὲ, διὰ τὸ μὴ φοβεῖσθαι, μὴ μετέχωσι. ταῦτα μὲν οὖν ὀλιγαρχικὰ σοφίσματα τῆς νομοθεσίας.

76 ἐν δὲ ταῖς δημοκρατίαις, πρὸς ταῦτ᾽ ἀντισοφίζονται. τοῖς μὲν γὰρ ἀπόροις μισθὸν πορίζουσιν, ἐκκλησιάζουσι καὶ δικάζουσι· τοῖς δ᾽ εὐπόροις οὐδεμίαν τάττουσι ζημίαν. ὥστε φανερὸν ὅτι εἴ τις βούλεται μιγνύναι δικαίως, δεῖ τὰ παρ᾽ ἑκατέροις συνάγειν, καὶ τοῖς μὲν μισθὸν πορίζειν, τοῖς δὲ ζημίαν. οὕτω γὰρ ἂν κοινωνοῖεν ἅπαντες· ἐκείνως δ᾽ ἡ πολιτεία γίγνεται τῶν ἑτέρων μόνον.

77 δεῖ δὲ τὴν πολιτείαν, εἶναι μὲν ἐκ τῶν τὰ ὅπλα ἐχόντων μόνον· τοῦ δὲ τιμήματος τὸ πλῆθος, ἁπλῶς μὲν ὁρισαμένους οὐκ ἔστιν εἰπεῖν τοσοῦτον ὑπάρχειν· ἀλλὰ σκεψαμένους τὸ, ποῖον ἐπιβάλλει μακρότατον· ὥστε τοὺς μετέχον-

cet non parare, diuitibus nisi habeāt, pœna proponitur, ac si non exerceātur in campo & ludo, illi ferūt impune, his pœnæ sunt indictę, vt damno coacti diuites sese exerceant, pauperes autem, quia nil vereantur exercitationes eas contemnant. Eiusmodi sunt igitur in ferendis legib. Oligarchicæ fraudes. 76 In democratiis autem aduersus hæc cōtrariæ fraudes excogitantur, merces enim pauperibus, si vel comitiis vel iudiciis adfuerint, exhibetur, diuitibus nulla pœna dicitur. Itaque planum est si quis recte commiscere ac temperare velit, vtraque esse coniungēda vt & illis merces, & his multa cōstituatur. Hoc.n. modo reip. communio inter oēs & societas cōparabitur, illo autem pacto ad alteros modo respub. pertinebit.

77 Verum enimuero hāc remp. ab iis tantū regi necesse est, qui bellica virtute atq; armorum facultate præstēt. Nec tamen census magnitudo quanta esse debeat specta ciuis cuiusq; qualitate &

76 Sophismata quib. resp. in Democratia trahitur: de his legibus num. 53. Hic locus aperte indicat rēp. hāc mediocrem esse Timocratiam. Sic enim componitur n. 53.

77 Mediocris resp. à militari ordine naturaliter regitur, & in ea census ex mediocrium qualitate definitur. Hic locus indicat politiā tertio libro omnib. rebusp. præpositā & hanc mediocrem remp. eandē esse, quia & politiæ & huius mediocris reipub. idem est populus.

persona, quantus omnino esse possit vt qui ad remp. accedant, plures sint non accedentibus, tantus certe definiendus erit. Cupiunt enim pauperes & à publicis honoribus seiuncti quiete pacateque viuere, nisi quis eos forte violet, aut suis fortunis euertat ac spoliet. At, id est difficile. Nec enim resp. perpetuo benignos & humanos rectores habet, & inopes belli temporibus grauiter & ægre ferunt, nisi commeatu & necessario victu sustentẽtur. Id autem cum fit, bellum prompto & alacri animo suscipiunt. Regitur vero nonnullis in vrbibus resp. nõ ab iis solum qui nunc arma ferunt, sed qui tulerunt. Quibus ex ciuibus apud Malienses respub. constabat, & magistratus ex ordine militum deligebãtur. Ac prima Græcorum resp. post Regũ tempora per bellicosos homines & in armis versatos administrabatur, initio quidem per equites, belli siquidẽ robur ac principatus in equitibus erit. Sublata enim ordinis ratione peditatus erit inutilis, at instruendæ aciei peritia & vsus veteribus defuit. Itaque belli robur in equitibus erat. Auctis vero ciuitatib. & amplificatis, & iis qui militiam

τας τῆς πολιτείας εἶναι πλείους τῶν μὴ μετεχόντων, τοῦτο τάττειν. ἐθέλουσι γὰρ οἱ πένητες καὶ μὴ μετέχοντες τῶν τιμῶν, ἡσυχίαν ἔχειν, ἐὰν μὴ ὑβρίζῃ τις αὐτούς. μήτε ἀφαιρῆται μηθὲν τῆς οὐσίας. ἀλλὰ τοῦτο οὐ ῥᾴδιον. οὐ γὰρ ἀεὶ συμβαίνει χαρίεντας εἶναι τοὺς μετέχοντας τοῦ πολιτεύματος. καὶ εἰώθασι δὲ, ὅταν πόλεμος ᾖ, ὀκνεῖν, ἂν μὴ λαμβάνωσι τροφὴν, ἄποροι δὲ ὦσιν· ἐὰν δὲ πορίζῃ τις τροφὴν, βούλονται πολεμεῖν. ἔστι δὴ ἡ πολιτεία παρ᾽ ἐνίοις, οὐ μόνον ἐκ τῶν ὁπλιτευόντων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ὡπλιτευκότων. ἐν Μαλιεῦσι δὲ, ἡ μὲν πολιτεία ἦν ἐκ τούτων· τὰς δὲ ἀρχὰς ᾑροῦντο ἐκ τῶν στρατευομένων. καὶ ἡ πρώτη δὲ πολιτεία ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο μετὰ τὰς βασιλείας, ἐκ τῶν πολεμούντων· ἡ μὲν ἐξ ἀρχῆς, ἐκ τῶν ἱππέων· τὴν γὰρ ἰσχὺν καὶ τὴν ὑπεροχὴν ἐν τοῖς ἱππεῦσιν ὁ πόλεμος εἶχεν· ἄνευ μὲν γὰρ συντάξεως ἄχρηστον τὸ ὁπλιτικόν. αἱ δὲ περὶ τῶν τοιούτων ἐμπειρίαι καὶ τάξεις, ἐν τοῖς ἀρχαίοις οὐχ ὑπῆρχον. ὥστ᾽ ἐν τοῖς ἱππεῦσιν εἶναι τὴν ἰσχύν. αὐξανομέ-

αὐξανομένων δὲ τῶν πόλεων, καὶ τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις ἰσχυσάντων μᾶλλον, πλείους μετεῖχον τῆς πολιτείας. διόπερ ἃς νῦν καλοῦμεν πολιτείας, οἱ πρότερον ἐκάλουν δημοκρατίας. ἦσαν δὲ αἱ ἀρχαῖαι πολιτεῖαι εὐλόγως ὀλιγαρχικαὶ, καὶ βασιλικαί· δι' ὀλιγανθρωπίαν γὰρ οὐκ εἶχον πολὺ τὸ μέσον. ὥστ' ὀλίγοι τε ὄντες τὸ πλῆθος, καὶ κατὰ τὴν σύνταξιν μᾶλλον ὑπέμενον τὸ ἄρχεσθαι. διὰ τίνα μὲν οὖν εἰσιν αἰτίαν αἱ πολιτεῖαι πλείους, καὶ διὰ τί παρὰ τὰς λεγομένας ἕτεραι· δημοκρατία τε γὰρ, οὐ μία τὸν ἀριθμόν ἐστι, καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως· ἔτι δὲ, τίνες αἱ διαφοραὶ, καὶ διὰ τίνα αἰτίαν συμβαίνει· πρὸς δὲ τούτοις τίς ἀρίστη τῶν πολιτειῶν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον εἰπεῖν, καὶ τῶν ἄλλων ποία ποίοις ἁρμόττει τῶν πολιτειῶν, εἴρηται.

sequerentur potentiorib. effectis, complures remp. capessere cœperunt: Ideoque quas modo Timocratias dicimus, veteres Democratias appellabant. Nec sine caussa respubl. quondam Oligarchicæ regalesq; fuerũt. Cum enim non multi mediocres propter hominũ penuriam essent, pauci qui tum & numero & moderationis ordine fuerunt, facilius imperiũ tollerabant. Quam igitur ob caussam multæ respublic. & quare præter eas quæ celebrantur aliæ sunt (nec enim Democratia, nec alia quæuis resp. est vna numero) tũ vero quæ differentiæ & cur id accidit, præterea quæ sit magna ex parte optima resp. & e reliquis rebuspublic. quæ quibus conueniat expositum est.

Argumentum 5. partis.

Quinta parte libri quarti tractatur & explicatur quartum membrum quinquepartitæ diuisionis, de tribus partibus rempub. constituentibus, deliberationibus magistratibus iudiciis, id est, de specialibus magistratibus & rectionibus, quæ in vno licet simplici genere tamen multæ comprehenduntur. Ha-

bet enim regnum Aristocratia, & quamuis alia rešpub. deliberatores, magistratus iudices & partes rempubl. constituentes appellantur minores, hi magistratus comites principis, magistratus & ministri, hæc pars tractatur. Methodo sane Dialectica vniuersæ rerum definitiones præcedũt, partitiones generum subsequuntur. Tres sunt partes re publ. (inquit Aristoteles) deliberationes, magistratus, iudicia. Deliberationis igitur materia de bello, pace, fœderibus, legibus, morte, exilio, publicatione, repetundis, initio definitur: Deinde genera deliberationis pro rerumpublic. subiectarum generibus diuiduntur: Monarchia vel regia vel tyrãnica, quamuis deliberationes habet subditorũ sibi principũ, vnius tamẽ consilio & sententia cõcluditur. Deliberatiõis igitur genera pro Democratiæ, Oligarchiæ, Aristocratiæ Timocratiæ generibus diuiduntur. Et quia Democratia & Oligarchia frequentiores sint, ideo quaternis partibus pro quaternis earum generibus deliberationes plenius explicantur, & vtriusque ἀξιώματα quædam præscribuntur: Democratiæ vt mulcta diuites cogat ad iudicium, mercede pauperes alliciat vt suffragio vel sorte æqualiter ex omnibus ciuitatis partibus assumatur, vt pauperibus non omnibus mercedem tribuat, sed tantæ multitudini, vt facile diuites superet. Oligarchiæ vt è populo primarii quidam ad consilium adhibeantur vt populi sententia clam exquiratur, concordentque cum eo Oligarchici, aut populus quidem sit particeps consilii, sed Oligarchici statuant vt populo absoluẽdi potestas permittatur, non autem condemnandi. Maior est etiam de magistratibus & diligentior explicatio. Magistratus definitur deliberandi, iudicandi, sed præcipuè

pue imperandi poteſtate. Ideoque ſacerdotes, choragos magiſtratus proprie nõ eſſe, magiſtratuumque diuiſio deinde tractatur. Nam copioſe & apte diſquiritur magiſtratuum tum multitudo & diuturnitas pro ciuium multitudine, vt in magnis vrbibus ſinguli muneribus ſingulis exiguo tempore præficiantur, in paruis pauci & diuturni. Tum differentia pro locorum, in quibus ius dicitur, & cauſſarum ac perſonarum de quibus agitur, & rerumpubl. quibus ciuitates reguntur, varietate, multipliciaque magiſtratuum creandorum genera diſtinguuntur. Quæſtio de creandis magiſtratibus confuſius tractatur, locum arbitror eſſe deprauatum, diuiſa autem res eſt, cap. ex marg. Conſimilis eſt de iudicibus diligentia, è quibus iudices fiant, quæ apud eos cauſſæ diſceptentur, quæ ſint iudicum ſpecies, quæque ſit eorum creandorum varietas & diſſimilitudo, vbi & creatio ipſa perinde turbata eſt.

ΚΕΦ. ιδ.

Πάλιν 78 δὲ καὶ κοινῇ καὶ χωρὶς περὶ ἑκάστης λέγωμεν περὶ τῶν ἐφεξῆς, λαβόντες ἀρχὴν τὴν προσήκουσαν αὐτῶν. ἔστι δὲ τρία μόρια τῶν πολιτειῶν πασῶν, περὶ ὧν δεῖ θεωρεῖν τὸν σπουδαῖον νομοθέτην, ἑκάστῃ τὸ συμφέρον. ὧν ἐχόντων καλῶς, ἀνάγκη τὴν πολιτείαν ἔχειν καλῶς, καὶ τὰς πολιτείας ἀλλήλων διαφέρειν, ἐν τῷ διαφέρειν ἕκαστον

CAP. XIV.

De 78 ſingulis autē rebuſp. & generatim & ſpeciatim denuo dicamus, eorumque de quibus deinceps dicendum eſt, idoneum principium ſtatuamus. Tres ſunt omnium rerump. partes, de quibus ſapiēs legumlator conſiderare debebit & videre quid cuique cōgruat, iis enim præclare conſtitutis rempubl. præclare conſtitui neceſſe eſt, vt eius ſpecies inter ſe eo ipſo diuidi, quo ſingulæ partes hę differunt. Ar-

78 Tres partes rerump. deliberatione, magiſtratus, iudicia: unde rerump. & ſtatus & differentia conſtituitur.

que ex his partibus tribus vna quidem versatur in publicarum deliberationum facultate, secunda in magistratibus, id est, quales eos esse, & quarum rerum authoritatem habere, & quonam pacto eligi deceat: Tertia de iudiciis.

79 Deliberationis materia.

79 Ac deliberationis authoritas & belli & pacis & fœderis vel ineundi vel dissoluendi, & legum & mortis & exilii, & publicationis & rationum negotiis caussisq; continetur.

80 Deliberationis diuisio secũdum genera rerumq; quatuor in monarchiis enim vnius est voluntas, non deliberatio multorum.

80 Necesse vero est aut omnibus ciuibus has deliberationes omnes permitti, aut quibusdam omnes, vt vni alicui vel pluribus magistratibus: aliis alias aut quasdam quidem omnibus, quasdam autem quibusdam.

81 Deliberatio Democraticæ secundum quatuor Democratias quatuor modis distincta. Primus cũ diuisis temporib. singulas partes ciuitatis separatim deliberant, exceptis certis rebus de quibus vniuersi deliberant. Talis est agricolarum Democratia.

81 Ac de rebus omnib. omnes deliberare Democraticæ reip. proprium est. Eiusmodi enim æqualitatẽ Democratia expetit & affectat. Huius autem deliberationis in qua omnes ciues sententiam dicũt, modi sunt complures, vnus quidem cum singuli diuisi non vniuersi deliberant, quemadmodum in rep. Thaletis Milesii, in aliis quibusdã conuenientes collegę deliberant, magistratus autem ab omnibus vicissim

τούτων. ἔστι δὲ τῶν τριῶν τούτων, ἓν μέν τι τὸ βουλευόμενον περὶ τῶν κοινῶν· δεύτερον δὲ, τὸ περὶ τὰς ἀρχάς· τοῦτο δ' ἐστὶν, ἃς δεῖ, καὶ τίνων εἶναι κυρίας· καὶ ποίαν τινὰ δεῖ γίγνεσθαι τὴν αἵρεσιν αὐτῶν. τρίτον δὲ, τί τὸ δικάζον.

79 κύριον δ' ἐστὶ τὸ βουλευόμενον περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης, καὶ συμμαχίας καὶ διαλύσεως, καὶ περὶ νόμων, καὶ περὶ θανάτου, καὶ φυγῆς, καὶ δημεύσεως, καὶ τῶν εὐθυνῶν.

80 ἀναγκαῖον δ' ἤτοι πᾶσι τοῖς πολίταις ἀποδεδόσθαι ταύτας τὰς κρίσεις, ἢ τισὶ, πάσας· οἷον ἀρχῇ τινι μιᾷ, ἢ πλείοσιν, ἢ ἑτέραις ἑτέρας· ἢ, τινὰς μὲν αὐτῶν, πᾶσι· τινὰς δὲ, τισί.

81 τὸ μὲν οὖν πάντας καὶ περὶ ἁπάντων, δημοτικόν· τὴν τοιαύτην γὰρ ἰσότητα ζητεῖ ὁ δῆμος. εἰσὶ δὲ οἱ τρόποι τοῦ πάντας, πλείους· εἷς μὲν, τὸ κατὰ μέρος, ἀλλὰ μὴ πάντας ἀθρόους, ὥσπερ ἐν τῇ πολιτείᾳ τῇ Τηλεκλέους ἐστὶ τοῦ Μιλησίου. καὶ ἐν ἄλλαις δὲ πολιτείαις βουλεύονται αἱ συναρχίαι συνιοῦσαι. εἰς δὲ τὰς ἀρχὰς βαδίζουσι πάντες κατὰ μέρος ἐκ τῶν

φυλῶν

φυλῶν, καὶ τῶν μορίων, τῶν ἐλαχίστων παντελῶς, ἕως ἂν διέλθῃ διὰ πάντων· συνιέναι δὲ μόνον περί τε νόμων θέσεως, καὶ τῶν περὶ τῆς πολιτείας· καὶ τὰ παραγγελλόμενα ἀκουσομένους ὑπὸ τῶν ἀρχόντων.

82 ἄλλος δὲ τρόπος, τὸ πάντας ἀθρόους· συνιέναι δὲ μόνον πρός τε τὰς ἀρχαιρεσίας αἱρησομένους, καὶ πρὸς τὰς νομοθεσίας· καὶ περὶ πολέμου, καὶ εἰρήνης, καὶ πρὸς εὐθύνας· τὰ δ' ἄλλα τὰς ἀρχὰς βουλεύεσθαι τὰς ἐφ' ἑκάστοις τεταγμένας, αἱρετὰς οὔσας ἐξ ἁπάντων, ἢ κληρωτάς.

83 ἄλλος δὲ τρόπος, τὸ περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς εὐθύνας ἀπαντᾶν τοὺς πολίτας, καὶ περὶ πολέμου βουλευσομένους, καὶ συμμαχίας· τὰ δ' ἄλλα τὰς ἀρχὰς διοικεῖν, αἱρετὰς οὔσας, ὅσας ἐνδέχεται. τοιαῦται δ' εἰσὶν ὅσας ἄρχειν ἀναγκαῖον τοὺς ἐπισταμένους.

84 τέταρτος δὲ τρόπος, τὸ πάντας περὶ πάντων βουλεύεσθαι συνιόντας· τὰς δ' ἀρχὰς περὶ μηδενὸς κρίνειν, ἀλλὰ μόνον προανακρίνειν· ὅνπερ ἡ τελευταία δημοκρα-

geruntur, vt ex singulis tribubus minimisque omnino partibus ciuitatis, donec ad omnes peruentum sit. Conueniunt autem solum cũ leges promulgantur, & de rep. agitur vt audiant quæ referentur à magistratibus.

82 Alius autem modus est cũ deliberant vniuersi. Conueniũt vero solum ad comitia magistratuum vt eos eligant ad condendas leges de bello & pace, ad reposcendas gestarum rerũ rationes, cæteris vero de rebus certi magistratus ad singulas res designati & ex toto populo vel electi vel sorte facti decernunt.

82 Secundus modus cũ aelibe rant vniuersi de certis rebus: cætera relinquuntur magistratibus, quã ex definitione reliqui modi possunt intelligi.

83 Alius modus est cũ ciues vniuersi creãdorum magistratuum & repetũdarum caussa conueniunt, deq; bello ac pace & fœderibus statuũt, de reliquis autẽ negotiis omnes electi magistratus consilium capiunt, quales quidẽ magistratus à prudentibus & vsu peritis geri necesse est. 84 Quartus modus est cum omnes ciues omnibus de rebus congregati deliberant, magistratus nulla de re sententiam pronunciant, ad populũ tantum consultationis caussam referunt, quo modo extrema Democratia hoc tempore gu-

83 Tertius modus.

84 Quartus modus qua is Democratiæ proprius, qui tyrannidi comparatur p. 348

bernatur, quam Oligarchia Dynaſticę & monarchiæ tyrannicæ proportione reſpōdere diximus. Hę ſunt igitur omnes Democraticæ deliberationis ſpecies.

85 Deliberatio Oligarchica quatuor modis, item pro quatuor Oligarchiarum generibus, diuiſa.

85 Cum autem quidam omnibus de rebus deliberāt, Oligarchicum eſt. Idque in varia etiam genera diuiſum. Nam cū mediocri cenſu magiſtratus electi propter hanc mediocritatem cenſus complures fuerint, & quæ lex mo ueri prohibet non moueant ſed ſequantur, eique qui mediocri illo cenſu fuerit, honores publicos adipiſci liceat, tum eſt illa quidem reſp. Oligarchica, 86 ſed Timocratica quia mediocritatem ſequitur. Cum vero non omnes in publicum cōſilium adhibentur, ſed electi quidā, qui ſecundum leges imperent, quemadmodum in ſuperiore genere, Oligarchicū item illud eſt. At cum deliberationis authores & principes ſeipſos nomināt, liberique locum patris obtinēt, & in leges imperium occupant, neceſſe eſt talem ciuitatis ſtatum Oligarchicum eſſe.

86 Mediocrium enim reſpubl. eſt Timocratia, vt num. 79.

87 Deliberatio Ariſtocratica & Timocratica

87 Sed vbi genera cauſſarum aliis alia tribuuntur vt cum de bello & pace, de repetundis rationibus vniuer-

πία νῦν διοικεῖται. τρόπον δ' ἀνάλογόν φαμεν εἶναι ὀλιγαρχίᾳ τε δυναστευτικῇ, καὶ μοναρχίᾳ τυραννικῇ. οὗτοι μὲν οὖν οἱ τρόποι δημοκρατικοὶ πάντες.

85 τὸ δὲ τινὰς περὶ πάντων, ὀλιγαρχικόν. ἔχει δὲ καὶ τοῦτο διαφορὰς πλείους. ὅταν μὲν γὰρ ἀπὸ τιμημάτων μετριωτέρων αἱρετοί τε ὦσι καὶ πλείους διὰ τὴν μετριότητα τοῦ τιμήματος, καὶ περὶ ὧν ὁ νόμος ἀπαγορεύει μὴ κινῶσιν, ἀλλ' ἀκολουθῶσι· καὶ ἐξῇ κτωμένῳ τὸ τίμημα μετέχειν, ὀλιγαρχία μὲν, 86 πολιτικὴ δ' ἐστὶν ἡ τοιαύτη, διὰ τὸ μετριάζειν. ὅταν δὲ μὴ πάντες τοῦ βουλεύεσθαι μετέχωσιν, ἀλλ' αἱρετοὶ, κατὰ νόμον δ' ἄρχωσιν ὥσπερ καὶ πρότερον, ὀλιγαρχικόν. ὅταν δὲ καὶ αἱρῶνται αὐτοὶ αὐτοὺς οἱ κύριοι τοῦ βουλεύεσθαι, καὶ ὅταν παῖς ἀντὶ πατρὸς εἰσίν, καὶ κύριοι τῶν νόμων ὦσιν, ὀλιγαρχικὴν ἀναγκαῖον εἶναι τὴν τάξιν ταύτην.

87 ὅταν δὲ τινῶν τινες, οἷον πολέμου μὲν καὶ εἰρήνης, καὶ εὐθυνῶν, πάντες· τῶν δ' ἄλλων, ἄρχοντες·

ἄρχοντες. καὶ οὗτοι αἱρετοὶ ἢ κληρωτοί, ἀριστοκρατία μέν ἐστι [ἡ] πολιτεία. ἐὰν δέ, ἐνίων μὲν αἱρετοί, ἐνίων δὲ κληρωτοί, καὶ κληρωτοί, ἢ ἁπλῶς, ἢ ἐκ προκρίτων, ἢ κοινῇ αἱρετοὶ καὶ κληρωτοί, τὰ μὲν πολιτείας ἀριστοκρατικῆς ἐστι τούτων· τὰ δὲ, πολιτείας αὐτῆς. διῄρηται μὲν οὖν τὸ βουλευόμενον πρὸς τὰς πολιτείας τοῦτον τὸν τρόπον, καὶ διοικεῖται ἑκάστη πολιτεία κατὰ τὸν εἰρημένον διορισμόν.

88 συμφέρει δὲ δημοκρατίᾳ τε, τῇ μάλιστ' εἶναι δοκούσῃ δημοκρατίᾳ νῦν· λέγω δὲ τοιαύτην, ἐν ᾗ κύριος ὁ δῆμος καὶ τῶν νόμων ἐστί· πρὸς τὸ βουλεύεσθαι, βέλτιόν τε αὐτὸ ποιεῖν, ὅπερ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις· τάττουσι γὰρ ζημίαν τούτοις, οὓς βούλονται δικάζειν, ἵνα δικάζωσιν· ἡ δὲ δημοκρατία, μισθὸν τοῖς ἀπόροις. τοῦτο δὲ καὶ περὶ τὰς ἐκκλησίας ποιεῖν· βουλεύσονται γὰρ βέλτιον κοινῇ βουλευόμενοι πάντες· ὁ μὲν δῆμος, μετὰ τῶν γνωρί-

si decernunt, cæteris de reb. principes vel electi vel sorte facti, Aristocratia aut Timocratia est, sin autẽ de negotiis aliis electi magistratus, de aliis sorte facti deliberent, & sorte quidem facti vel simpliciter vel ex designatis, vel ex omnibus æqualiter tum electi tũ sorte facti, eorum partim quidem ad Aristocratiam, partim vero ad Timocratiã pertinent. Deliberationis igitur facultas hoc modo pro natura rerump. distincta est, eaque distinctione vnaquæq; respublica gubernatur.

88 Conducit vero Democratiæ illi quæ maxime Democratia nunc existimatur, eam nempe dico, in qua populus etiam legum cum deliberatur, dominus est, id ipsum melius agere, ꝙ quidem in Oligarchicis iudiciis agitur. Multam enim Oligarchici, iis quos iudices esse volunt, imponunt vt ad subeundam iudicii prouinciam sic impellant, Democratici autem ad eundem perferendum laborem mercede tenues & inopes alliciũt, quod etiam in concionibus & consultationibus facile perutile erit. Prudentius enim consultabunt hi qui deli er int, si fu int vna, par ter omnis plebs quidem cum n ilibus, no i es cum plebe in capiendo consilio coniuncti. Vtile etiã fuerit deliberatores ipsos

88 Democraticum ἀξίωμα triplex ꝙ Aristoteles nu 54. Timocraticum facit Verum tamen Democraticum est, quia consu[...] [...]. Democratica ἀξιώματα alia sunt libr. 6. parte secunda.

Hoc Timocratiæ tribuitur n. 54.

ex omnibus ciuitatis partib. vel suffragio deligi, vel sorte constitui. Quinetiam commodū fuerit, si plebeiorum numerus ciuiliū & prudentium ciuium numerum longe superabit, non omnibus præmiū proponere, sed eorum tātæ multitudini quanta nobilium ciuium numero facile respondeat, aut partem quæ superabit, sortibus excludere.

89 Oligarchicū ἀξίωμα ad salutem triplex. vide alia lib. 6. parte 3.

2 De hoc magistratu. Plato 6. legum multa scribit quomodo legendi ex optimis viris, & custodiæ, legum t bis arumque quibus ciuium consiliis contineatur, præsi ientius, & qua ætate incipere qua definire debeat, de hoc post ea 6 lib.

In Græco est ἐν ταῖς πολιτείαις: Aretius, in popularis statu, ut videatur legisse δ' ἐν ταῖς δημοκρατίαις, quæ lectio conuenientior est.

89 In Oligarchiis autem prodierit è plebe quosdā vel ante deligere & in consilium adhibere, vt fit in nonnullis rebusp. quos Græci προβούλους & νομοφύλακας appellant, qui de iis ad populū referant, de quibus ante consilium cœperint. Sic enim populus consilii particeps erit, nec vllam reip. partem labefactare poterit. Tum vero id etiam vtile fuerit, vt populus vel eadem decernat aut certe nihil iis contrarium quæ ab electis deliberatorib. referentur, aut cōsilii quidem populum totum participem facere, vt velit & iubeat, magistratus tamen sint authores, & cōtra quam fit in Democratiis, vt populi, si absoluerit, potestas rata sit: sin autem damnauerit, authoritas ad magistratus referatur. At in Democratiis cōtra fit. Nā

μῶν· οὗτοι δὲ, μετὰ τοῦ πλήθους. συμφέρει δὲ καὶ τὸ αἱρετοὺς εἶναι τοὺς βουλευομένους, ἢ κληρωτοὺς, ἴσως ἐκ τῶν μορίων. συμφέρει δὲ καὶ ἂν ὑπερβάλλωσι πολὺ κατὰ τὸ πλῆθος οἱ δημοτικοὶ τῶν πολιτικῶν, ἢ μὴ πᾶσι διδόναι μισθὸν, ἀλλ' ὅσοι σύμμετροι πρὸς τὸ τῶν γνωρίμων πλῆθος, ἢ ἀποκληροῦν τοὺς πλείους.

89 ἐν δὲ ταῖς ὀλιγαρχίαις, ἢ προαιρεῖσθαί τινας ἐκ τοῦ πλήθους, ἢ κατασκευάσαντας ἀρχεῖον. οἷον ἐν ἐνίαις πολιτείαις ἐστὶν, οὓς καλοῦσι προβούλους, καὶ νομοφύλακας· καὶ περὶ τούτων χρηματίζειν, περὶ ὧν ἂν οὗτοι προβουλεύσωσιν. οὕτω γὰρ μεθέξει ὁ δῆμος τοῦ βουλεύεσθαι, καὶ λύειν οὐθὲν δυνήσεται τῶν περὶ τὴν πολιτείαν. ἔτι ἢ ταὐτὰ ψηφίζεσθαι τὸν δῆμον, ἢ μηθὲν ἐναντίον τοῖς εἰσφερομένοις· ἢ τῆς συμβουλῆς μὲν μεταδιδόναι πᾶσι, βουλεύεσθαι δὲ τοὺς ἄρχοντας. καὶ τὸ ἀντικείμενον δὲ τοῦ ἐν ταῖς πολιτείαις γιγνομένου δεῖ ποιεῖν. ἀποψηφιζόμενον μὲν γὰρ κύριον δεῖ ποιεῖν τὸ πλῆθος· καταψηφιζόμενον δὲ, μὴ κύριον·

ἀλλ'

ἀλλ' ἐπαναγέσθω πάλιν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας· ἐν γὰρ ταῖς πολιτείαις ἀντεστραμμένως ποιοῦσιν. οἱ γὰρ ὀλίγοι, ἀποψηφισάμενοι μὲν, κύριοι· καταψηφισάμενοι δὲ, οὐ κύριοι· ἀλλ' ἐπανάγεται εἰς τοὺς πλείους ἀεί. περὶ μὲν οὖν τοῦ βουλευομένου, καὶ τοῦ κυρίου δὴ τῆς πολιτείας, τοῦτον διωρίσθω τὸν τρόπον.

si pauci magistratus absoluerint, id est ratum, si damnauerint, irritum est, & semper ad populum prouocatione certatur. Sed de facultate cõsultandi & deliberandi potestate, hoc modo tractatum esse necesse est.

ΚΕΦ. ιε.

Ἐχομένη [90] δὲ τούτων ἐστὶν ἡ περὶ τὰς ἀρχὰς διαίρεσις· ἔχει γὰρ καὶ τοῦτο τὸ μόριον τῆς πολιτείας πολλὰς διαφοράς· πόσαι τε ἀρχαὶ, καὶ κύριαι τίνων· καὶ περὶ χρόνου, πόσος ἑκάστης ἀρχῆς· οἱ μὲν γὰρ ἑξαμήνους, οἱ δὲ δι' ἐλάττονος, οἱ δ' ἐνιαυσίας, οἱ δὲ πολυχρονιωτέρας ποιοῦσι τὰς ἀρχάς· καὶ πότερον εἶναι δεῖ τὰς ἀρχὰς ἀϊδίους, ἢ πολυχρονίους, ἢ μηδέτερον· ἀλλὰ πλεονάκις τοὺς αὐτοὺς, ἢ μὴ τὸν αὐτὸν δίς, ἀλλ' ἅπαξ μόνον. ἔτι δὲ περὶ τὴν κατάστασιν τῶν ἀρχῶν ἐκ τίνων δεῖ γίνεσθαι, καὶ ὑπὸ τίνων, καὶ πῶς. περὶ πάντων γὰρ τούτων δεῖ δύνασθαι διελεῖν

CAP. XV.

PROXIMA [90] est his magistratuũ descriptio: habet enim hæc reip. pars varias etiã differentias, & quot magistratus, & quarũ rerum authoritatẽ habere, & quantum magistratus cuiusque tempus (alii enim semestres, alii breuiores) annuos alii, alii diuturniores magistratus efficiunt, & perpetuine an diuturni, an neutrum, sed sępe iidẽ an non iidem, verum semel tantummodo esse debeant, tum vero de creatione magistratuum & ex quibus & à quibus & quomodo fieri cõueniat. De iis enim omnib. quot modis fieri possint, & quæ quibus magistratibus resp. conueniant, necessario nobis est explicandum. Id vero definire nõ est

90 Dictum est adhuc de consultatione sequitur secũda pars reip. de magistratibus. Prima quæstio est definitionis, magistratusq́; definitur, primum reiectione eorũ qui videntur quidem, at re uera magistratus non sunt vt sacerdotes, choragi &c. Demũ adiunctis officiis definitur vt magistratus sit, qui potestatẽ habeat deliberandi, iudicandi imperandi. Sexti lib. n. 34. de magistratib. paulo fusius præcipitur, & sacerdotes etiã magistratus appellantur, quomodo Plato 6. legũ sentit 661.

facile, quod munus magistratus nomine sit appellandum. Multis enim ministris, qui curandis rebus præsint, communio ciuilis indiget, itaq; non omnes vel suffragio electi, vel sortito creati, magistratus appellandi sunt, cuiusmodi sunt imprimis sacerdotes, hoc siquidē genus est quoddam à ciuilibus magistratib. restinguēdum & separandum: Deinde Choragi & Præcones eliguntur etiam legati.

Sacerdos Choragi Præcones Legati.

Curationum autē aliæ quidem vrbanæ sunt, eæque vel omnium ciuium ad aliquam actionem communes, quo genere præest imperator exercitui: aut speciales, qualis est cura Gynæconomi ac Pædonomi, aliæ vero domesticæ, sæpe enim eliguntur ii quos sitometras Græci vocant, qui frumentum metuntur, aliæ famulæ & ministræ, ad quas si opes suppetant, serui adhibentur. Magistratus vero, vt breuiter definiam, ii præcipue sunt habendi, quibus præmissa & quibusdam & consultandi iudicandi & imperandi potestas, sed imperandi potissimū: magistratus enim magis imperio quam consilio, iudicione declaratur. Sed

Plato sexto legū vocat hūc magistratum τὸν τῆς παιδείας ἐπιμελητὴν, septimo τὸν παίδων ἐπιμελητὴν, disciplinæ & puerorum curatorē, quia cura educandæ iuuentutis ei commissa est. At vero vnum magistratuum qui in ciuitate sunt esse maximum & præstantissimū, de hoc iterū nu. 95.

κατὰ πόσους ἐνδέχεται γίνεσθαι τρόπους· καὶ ἅπερ ἁρμόσαι, ποίαις ποῖαι πολιτείαις συμφέρουσιν. ἔστι δὲ οὐδὲ τοῦτο διορίσαι ῥᾴδιον, ποίας δεῖ καλεῖν ἀρχάς· πολλῶν γὰρ ἐπιστατῶν ἡ πολιτικὴ κοινωνία δεῖται. διόπερ οὐ πάντας, οὔτε τοὺς αἱρετοὺς, οὔτε τοὺς κληρωτοὺς, ἄρχοντας θετέον· οἷον τοὺς ἱερεῖς πρῶτον· τοῦτο γὰρ ἕτερόν τι παρὰ τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς θετέον· ἔτι δὲ, καὶ χορηγοὶ καὶ κήρυκες. αἱροῦνται δὲ καὶ πρεσβευταί. εἰσὶ δὲ αἱ μὲν πολιτικαὶ τῶν ἐπιμελειῶν, ἢ πάντων τῶν πολιτῶν πρός τινα πρᾶξιν· οἷον, στρατηγὸς στρατευομένων· ἢ κατὰ μέρος· οἷον, ὁ γυναικονόμος, ἢ παιδονόμος· αἱ δ' οἰκονομικαί· πολλάκις γὰρ αἱροῦνται σιτομέτρας· αἱ δ' ὑπηρετικαὶ, πρὸς ἃς, ἂν εὐπορῶσι, τάττουσι δούλους. μάλιστα δ', ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀρχὰς λεκτέον ταύτας, ὅσαις ἀποδέδοται βουλεύσασθαί τε περὶ τινων, καὶ κρῖναι, καὶ ἐπιτάξαι, καὶ μάλιστα τοῦτο. τὸ γὰρ ἐπιτάττειν, ἀρχικώτερόν ἐστιν. ἀλλὰ ταῦτα διαφέρει πρὸς

μη

μὲν τὰς χρήσεις οὐθέν, ὡς εἰπεῖν· οὐ γάρ πω κρίσις γέγονεν ἀμφισβητούντων περὶ τοῦ ὀνόματος.

91 ἔχει δέ τιν' ἄλλην διανοητικὴν πραγματείαν. ποῖαι δ' ἀρχαί, καὶ πόσαι ἀναγκαῖαι, εἰ ἔσται πόλις· καὶ ποῖαι ἀναγκαῖαι μέν, οὐ χρήσιμοι δὲ πρὸς σπουδαίαν πολιτείαν, μᾶλλον ἄν τις ἀπορήσειε, πρὸς ἅπασάν τε δὴ πολιτείαν, καὶ δὴ καὶ τὰς μικρὰς πόλεις. ἐν μὲν γὰρ δὴ ταῖς μεγάλαις ἐνδέχεταί τε καὶ δεῖ μίαν τετάχθαι πρὸς ἓν ἔργον· πολλούς τε γὰρ εἰς τὰ ἀρχεῖα ἐνδέχεται βαδίζειν, διὰ τὸ πολλοὺς εἶναι τοὺς πολίτας· ὥστε τὰς μὲν διαλείπειν πολὺν χρόνον, τὰς δ' ἅπαξ ἄρχειν. καὶ βέλτιον ἕκαστον ἔργον τυγχάνει τῆς ἐπιμελείας μονοπραγματούσης, ἢ πολυπραγματούσης. ἐν δὲ ταῖς μικραῖς, ἀνάγκη συνάγειν εἰς ὀλίγους πολλὰς ἀρχάς. διὰ γὰρ ὀλιγανθρωπίαν, οὐ ῥᾴδιόν ἐστι πολλοὺς ἐν ταῖς ἀρχαῖς εἶναι. τίνες γὰρ

hęc de nominis significatione, ad rei naturam (quam quærimus) nihil admodum faciunt. Nec enim iudicia rerum in nominis contentione posita sūt.[91] Sed habet cōsiderationē animaduersione digniorem, quales magistratus & quot necessarii, si modo ciuitatus status integre sit futurus, & quot necessarii quidem, sed non vtiles ad laudabilem politiam constituendum, cum omnes reipub. tum imprimis paruas ciuitates gratia quærendum esse videatur. Itaque in magnis & amplis vrbibus & accidit & omnino necesse est singulis muneribus singulos magistratus attribui. Plerique siquidem ad magistratus & remp. possunt accededere, quia magnus fit ciuium numerus, vt alii quidem alias diuturno tempore magistratus intermittantur, alii vero semel tantummodo gerantur. Ac certe præstantius ac vberius est vnumquodq; opus in cuius vna cogitatione & cura mens tota versatur, quam si variis negotiis occuparetur. In paruis ciuitatibus secus est. At paucis enim ciuibus multos magistratus administrari necesse est. Nam cum magna

91 Quæstio de magistratuum numero & diuturnitate. In magnis vrbibus magistratus singuli reb. singulis præfecti & exigui tēporis, in paruis contra pauci & diuturni, de numero & distinctione magistratuū lib. 7. n. 53.

sit hominum penuria, nō est omnino facile vt multi publicis honoribus præficiantur: qui enim succederent? Eosdem tamen magistratus, easdemque leges interdum paruæ magnæque ciuitates accipiunt, nisi quod paruæ hæc eadem sæpius requirūt, quæ magnis longo temporis interuallo contingunt. Itaque in exiguis rebuspub. nihil prohibet multas & varias curationes vni & eidem mandare, nec aliæ aliis impedientur, & præ hominum paucitate necesse est magistratibus vrbanis, velut [92] obeliscolychniis vti. Quamobrem si definire valeamus quot magistratus in ciuitate esse necesse sit, & quot (cum aliquos esse oporteat) nō necesse sit, certe qui ista didicerit, facilius intelliget quos magistratus eidem simul credi committique conueniat.

92 Magistratus paruarum ciuitatum similes obeliscolychniis quæ ex vera lucernaq; composita varios vsus habent, vt Delphicus gladius, de quo lib. 1. n. 6.

[93] Conuenit autem etiam non illud ignorare quos magistratus pro loco varias curationes suscipere, & quarū vbique rerum authoritatem habere magistratum vnumquemque oporteat, vt si de moderatione rerum & congrua æstimatione quæratur an in rerum vænalium foro statuere debeat agoranom⁹, in alio loco aliud an vbique

93 Quæstio de triplici differētia magistratuum, ex loci, vbi sus dicitur, ex personarum de quib. agitur, ex reip. quib. ciuitates regūtur. differentia.

οἱ τούτους ἔσονται διαδεξόμενοι πάλιν; δέονται δ' ἐνίοτε τῶν αὐτῶν ἀρχῶν καὶ νόμων αἱ μικραὶ ταῖς μεγάλαις· πλὴν αἱ μὲν, δέονται πολλάκις τῶν αὐτῶν· ταῖς δ' ἐν πολλῷ χρόνῳ τοῦτο συμβαίνει. διόπερ οὐθὲν κωλύει πολλὰς ἐπιμελείας ἅμα προστάττειν· οὐ γὰρ ἐμποδιοῦσιν ἀλλήλαις· καὶ πρὸς τὴν ὀλιγανθρωπίαν ἀναγκαῖον τὰ ἀρχεῖα [92] οἷον ὀβελισκολύχνια ποιεῖν. ἐὰν οὖν ἔχωμεν λέγειν πόσας ἀναγκαῖον ὑπάρχειν πάσῃ πόλει, καὶ πόσας οὐκ ἀναγκαῖον μὲν, δεῖ δ' ὑπάρχειν, ῥᾷον ἄν τις εἰδὼς ταῦτα συνάγοι, ποίας ἁρμόττει συνάγειν ἀρχὰς, εἰς μίαν ἀρχήν.

[93] ἁρμόττει δὲ καὶ τοῦτο μὴ λεληθέναι, ποῖα δεῖ κατὰ τόπον ἀρχεῖα πολλῶν ἐπιμελεῖσθαι, καὶ ποίων πανταχοῦ μίαν ἀρχὴν εἶναι κυρίαν· οἷον, εὐκοσμίας, πότερον ἐν ἀγορᾷ μὲν ἀγορανόμον, ἄλλον δὲ κατ' ἄλλον τόπον, ἢ πανταχοῦ τὸν αὐτόν. καὶ πότερον κατὰ τὸ πρᾶγμα δεῖ διαιρεῖν, ἢ κατὰ τοὺς ἀνθρώπους· λέγω δ', οἷον ἕνα τῆς εὐκοσμίας, ἢ παίδων ἄλλον, καὶ γυναικῶν.

κῶν. καὶ κατὰ τὰς πολιτείας δὲ, πότερον διαφέρει καθ' ἑκάστην καὶ τὸ τῶν ἀρχῶν γένος, ἢ οὐθέν· λέγω δ', ἐν δημοκρατίᾳ, καὶ ὀλιγαρχίᾳ, καὶ ἀριστοκρατίᾳ, καὶ μοναρχίᾳ πότερον αἱ αὐταὶ μέν εἰσιν ἀρχαὶ κύριαι· οὐκ ἐξ ἴσων δὲ, οὐδ' ἐξ ὁμοίων, ἀλλ' ἕτεραι ἐν ἑτέραις· οἷον ἐν μὲν ταῖς ἀριστοκρατίαις ἐκ πεπαιδευμένων· ἐν δὲ ταῖς ὀλιγαρχίαις, ἐκ πλουσίων· ἐν δὲ ταῖς δημοκρατίαις, ἐκ τῶν ἐλευθέρων. ἢ τυγχάνουσι μέν τινες οὖσαι καὶ κατ' αὐτὰς τὰς διαφορὰς τῶν ἀρχῶν· 94 ἔστι δ' ὅπου συμφέρουσιν αἱ αὐταὶ, καὶ ὅπου διαφέρουσιν. ἔνθα μὲν γὰρ ἁρμόττει μεγάλας, ἔνθα δ' εἶναι μικρὰς τὰς αὐτάς. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἴδιαί τινές εἰσιν· οἷον ἡ τῶν προβούλων· αὕτη γὰρ οὐ δημοκρατικὴ, βουλὴ δὲ δημοτικόν. δεῖ μὲν γὰρ εἶναί τι τοιοῦτον, ᾧ ἐπιμελὲς ἔσται τοῦ δήμου προβουλεύειν· ὅπως ἀσχολῶν ἔσται· τοῦτο δὲ, ἂν ὀλίγοι τὸν ἀριθμὸν ὦσιν, ὀλιγαρχικόν· τοὺς δὲ προβούλους ὀλίγους ἀναγκαῖον εἶναι τὸ πλῆθος· ὥστ' ὀλιγαρχικόν. ἀλλ' ὅπου ἄμφω αὗται αἱ ἀρχαὶ, οἱ πρόβουλοι

idem, & vtrum ex rebus an è personis hoc sit diuidendum & distinguẽdum: verbi gratia, an vnus æstimãdis rerum preciis sit instituendus, an alius pueris & mulierib. conformandis præficiendus. Atque vtrum in repub. pro singulis earum generibus magistratuum genera differãt, necne, vt in Democratia & Oligarchia & Aristocratia & monarchia vtrum sint iidem magistratus cum authoritate: tametsi non sint ex æqualibus aut similibus, an potius diuersi magistratus pro rerumpub varietate, vt in Aristocratia sapientes & eruditi, in Oligarchia diuites & opulenti, in Democratia liberi & ingenui, an vero nonnulli magistratus pro rectionum & administrationũ diuersitate, erunt ipsi quoque diuersi.

94 Et certe alicubi iidem sunt, alicubi diuersi. alibi enim magnos, paruos alibi magistratus eosdẽ esse conuenit. Quinetiam proprii sunt quidam vt probuli, hoc enim magistratus non est Democratiæ, sed consilium Democratiæ est. Necesse est tale aliquid esse, quo populi commodis prospiciatur & prouideatur, ne à rebus necessariis & priuatis negotiis

94 Responsio de differentia magistratuum pro differentia rerump. Nil respondetur nominatim de duabus primis quæstionibus, idem tamen potest intelligi 94 locus & caussa magistratus diuersos plerumq. requiri.

auertatur. Quod si paucorum hominũ arbitrio comprehendatur, Oligarchicum est. At probuli pauci sunt necessario, itaque magistratus ille Oligarchicus est. At vbi & Probulorum & consilii authoritas in eadem ciuitate versantur, probulorũ maior est autoritas quam consiliariorum. Consiliarius enim est Democratiæ, probulus Oligarchiæ. Sæpe tamen autoritas consilii minuitur in his Democratiis, in quibus dũ conuentus aguntur, populus omnibus de rebus iudicat & statuit, quod accidere tum consueuit cum iis qui conuenerint quæstus & merces proponitur. Sæpe enim cum otiosi sunt, conueniunt, & omnia per se disceptant.

καθεστᾶσιν ἐπὶ τοῖς βουλευταῖς. ὁ μὲν γὰρ βουλευτὴς, δημοτικόν· ὁ δὲ πρόβουλος, ὀλιγαρχικόν. καταλύεται δὲ καὶ τῆς βουλῆς ἡ δύναμις ἐν ταῖς τοιαύταις δημοκρατίαις, ἐν αἷς αὐτὸς συνιὼν ὁ δῆμος χρηματίζειν περὶ πάντων. τοῦτο δὲ συμβαίνειν εἴωθεν, ὅταν εὐπορία τις ἢ μισθὸς τοῖς ἐκκλησιάζουσι· σχολάζοντες γὰρ συλλέγονταί τε πολλάκις, καὶ ἅπαντα αὐτοὶ κρίνουσι.

Idem lib. 6. nu. 46.

95 Paedonomus autem & gynæconomus & quiuis alius procurationis similis cum authoritate principatus Aristocratiæ proprius est non Democratiæ (quid enim pauperum vxores vagari prohibeat) neque Oligarchiæ (Oligarchicorum enim principum vxores luxuriose viuunt.) Sed de his hactenus.

95 παιδονόμος δὲ, καὶ γυναικονόμος, καὶ εἴ τις ἄλλος ἄρχων κύριός ἐστι τοιαύτης ἐπιμελείας, ἀριστοκρατικόν· δημοκρατικὸν δ᾽ οὔ· πῶς γὰρ οἷόν τε κωλύειν ἐξιέναι τὰς τῶν ἀπόρων; οὐδ᾽ ὀλιγαρχικόν· τρυφῶσι γὰρ αἱ τῶν ὀλιγαρχούντων. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω νῦν.

ΚΕΦ. ιϛ.

Περὶ 96 δὲ τὰς τῶν ἀρχῶν καταστάσεις πειρατέον ἐξ ἀρχῆς διελθεῖν. εἰσὶ δὴ αἱ διαφοραὶ ἐν τρισὶν ὅροις, ὧν συντιθεμένων, ἀναγκαῖον πάντας εἰλῆφθαι τοὺς τρόπους. ἔστι δὲ τῶν τριῶν τούτων, ἓν μὲν, τίνες οἱ καθιστάντες τὰς ἀρχάς· δεύτερον δὴ, ἐκ τίνων· λοιπὸν δὲ, τίνα τρόπον. ἑκάστου δὲ τῶν τριῶν τούτων διαφοραὶ τρεῖς εἰσιν. ἢ γὰρ πάντες οἱ πολῖται καθιστᾶσιν, ἢ τινές· καὶ ἢ ἐκ πάντων, ἢ ἐκ τινῶν ἀφωρισμένων· οἷον ἢ τιμήματι, ἢ γένει, ἢ ἀρετῇ, ἤ τινι τοιούτῳ ἄλλῳ· ὥσπερ ἐν Μεγάροις ἐκ τῶν συγκατελθόντων, καὶ συμμαχεσαμένων πρὸς τὸν δῆμον· καὶ ταῦτα, ἢ αἱρέσει, ἢ κλήρῳ. πάλιν ταῦτα συνδυαζόμενα. λέγω δὲ τὰς μὲν τινὲς, τὰς δὲ πάντες· καὶ τὰς μὲν ἐκ πάντων, τὰς δὴ ἐκ τινῶν· καὶ τὰς μὲν αἱρέσει, τὰς δὲ κλήρῳ. τούτων δὴ ἑκάστης ἔσονται τῆς διαφορᾶς τρόποι τέσσαρες. ἢ γὰρ πάντες ἐκ πάντων αἱρέσει, ἢ πάντες ἐκ πάντων κλήρῳ· καὶ ἢ ἐξ ἁπάν-

CAP. XVI.

De 96 magistratuũ autem creatione, iam inde ab initio dicere aggrediamur: Tota autem rei differentia tribus partibus contineτur, quibus inter se compositis necesse est omnes varietates existere. Harum autem trium partium vna est per quos ipsi magistratus creentur, altera ex quibus, tertia quomodo. Atque hæ partes tribus differentiis & diuisionibus sunt distinctæ, aut enim ciues omnes creãt magistratum, aut quidam & aut ex omnibus, aut ex certis quibusdam, vt aut censu, aut genere, aut virtute, aut alia quadam re simili, quemadmodum Megaris, ex fœderatis & sociis idq; vel suffragio vel sorte: tum vero si hæ partes inter se copulantur, vt magistratus quosdam quidam creent, quosdã cuncti, quosdam ex omnibus, quosdam ex quibusdã, itemtemque quosdam electione, quosdam sorte. Harum trium differentium partiũ singulæ quaternas species habent. Aut enim omnes ex omnibus electione, aut omnes ex omnibus sorte, idque vel ex omnibus coniunctis, vel ex omnibus diuisis,

96 Quæstio de creandis magistratibus diuisa in tres partes qui creent, ex quib. creent, quomodo creent, quæ singulæ duas habent differentias aut enim creát omnes, aut quidam ex omnib. aut quibusdam [illegible] ne: Adduntur duæ differentiæ priori, coniunctionis nempe & diuisionis: tũ pars quarta additur qui creentur: ex quib. inter se comparatis Aristoteles duodecim hos modos fieri docet.

Omnes creant ex omnib. electione, omnes creant ex omnibus sorte, omnes creãt ex omnib. coniunctis, omnes creant ex omnib. diuisis, omnes creãt ex omnib. coniunctis quosdã omnes creãt ex omnib. diuisis quosdam. Quidam creãt ex omnib. electione. Quidam creant ex omnibus sorte. Quidam creant ex quibusdam electione. Quidam creant ex quibusdam sorte. Quidam creant ex omnibus electione. Quidam creant ex omnibus sorte.

diuisis, vt ex tribubus, vicis, curiis, donec ad omnes ciuitatis partes peruentum sit: coniunctis, vt semper ex omnibus: aut partim quidem hoc modo, partim autem illo. At vero cum quidam creant, creãt sane aut ex omnibus electione, aut ex omnib. sorte, aut ex quibusdam electione, aut ex quibusdã sorte aut partim quidẽ hoc modo, partim quidem illo, id est partim ex omnibus electione, partim ex omnibus sorte. Quare duabus copulationibus omissis, duodecim modi hinc existunt: horum autem generum cõstitutiones duæ Democratiæ sunt cum omnes magistratus ex omnibus electione, aut sorte fiũt, aut vtroque modo, cum quidam sorte, quidam electione. At vero quando non omnes simul quidem, sed ex omnibus creant, aut ex quibusdã, aut sorte, aut electione, aut vtroque modo, aut quosdam ex omnibus, quosdam ex quibusdam, vtroque modo, id est quosdã quidem sorte, quosdam vero electione politiæ est. Cum vero quidam ex omnibus quosdam electione creant, quosdam sorte,

των, ἢ ὡς ἀνὰ μέρος· οἷον, κατὰ φυλὰς, καὶ δήμους, καὶ φρατρίας, ἕως ἂν διέλθῃ διὰ πάντων τῶν πολιτῶν· ἢ ἀεὶ ἐξ ἁπάντων· καὶ τὰ μὲν οὕτω, τὰ δὲ ἐκείνως. πάλιν, εἰ τινὲς οἱ καθιστάντες, ἢ ἐκ πάντων αἱρέσει, ἢ ἐκ πάντων κλήρῳ· ἢ ἐκ τινῶν αἱρέσει, ἢ ἐκ τινῶν κλήρῳ· ἢ τὰ μὲν οὕτω, τὰ δὲ ἐκείνως λέγω δὲ τὰ μὲν ἐκ πάντων, αἱρέσει· τὰ δὲ, κλήρῳ· ὥστε δώδεκα οἱ τρόποι γίνονται χωρὶς τῶν δύο συνδυασμῶν. τούτων δὴ, αἱ μὲν δύο καταστάσεις, δημοτικαὶ, τὸ, πάντας ἐκ πάντων αἱρέσει, ἢ κλήρῳ γίνεσθαι, ἢ ἀμφοῖν τὰς μὲν κλήρῳ, τὰς δὲ αἱρέσει, τῶν ἀρχῶν. τὸ δὲ, μὴ πάντας ἅμα μὲν καθιστάναι, ἐξ ἁπάντων δὲ, ἢ ἐκ τινῶν· ἢ κλήρῳ, ἢ αἱρέσει, ἢ ἀμφοῖν· ἢ τὰς μὲν ἐκ πάντων, τὰς δ' ἐκ τινῶν, ἀμφοῖν· τὸ δὲ ἀμφοῖν λέγω, τὰς μὲν κλήρῳ, τὰς δ' αἱρέσει· πολιτικόν. καὶ τὸ, τινὰς ἐκ πάντων, τὰς μὲν αἱρέσει καθιστάναι, τὰς δὲ κλήρῳ· ἢ ἀμφοῖν, τὰς μὲν κλήρῳ, τὰς δὲ αἱρέσει, ὀλιγαρχικόν· ὀλιγαρχικώτερον δὲ καὶ τὸ ἐξ ἀμφοῖν. τὸ δὲ, τὰς μὲν ἐκ πάντων, τὰς δὲ ἐκ τινῶν, πολιτικόν

χὸν ἀριστοκρατικῶς· ἢ τὰς μὲν αἱρέσει, τὰς δὲ κλήρῳ. τὸ δὲ, τινὰς ἐκ τινῶν, ὀλιγαρχικόν· καὶ τὸ, τινὰς ἐκ τινῶν κλήρῳ, μὴ γινόμενον δ' ὁμοίως· καὶ τὸ τινὰς ἐκ τινῶν, ἀμφοῖν. τὸ δὲ, τινὰς ἐξ ἁπάντων, οὐκ ὀλιγαρχικόν. τὸ δὲ, ἐκ τινῶν αἱρέσει πάντας, ἀριστοκρατικόν. οἱ μὲν οὖν τρόποι τῶν περὶ τὰς ἀρχὰς, τοσοῦτοι τὸν ἀριθμόν εἰσι, καὶ διῄρηνται κατὰ τὰς πολιτείας οὕτω. τίνα δὲ τίσι συμφέρει, καὶ πῶς δεῖ γίνεσθαι τὰς καταστάσεις ἅμα ταῖς δυνάμεσι τῶν ἀρχῶν, καὶ τίνες εἰσὶν, ἔσται φανερόν.

97 λέγω δὲ δύναμιν ἀρχῆς, οἷον, τὴν κυρίαν τῶν προσόδων, καὶ τὴν κυρίαν τῆς φυλακῆς. ἄλλο γὰρ εἶδος δυνάμεως· οἷον στρατηγίας, καὶ τῆς τῶν περὶ τὴν ἀγορὰν συμβολαίων κυρίας.

ſorte, vel vtroq; modo quoſdam ſorte, quoſdam electione, Oligarchiæ eſt, ſed Oligarchiæ multo magis, ſi vtroque modo. At vbi quidam ex omnibus, quidam ex quibuſdam, aut quidam ſuffragio, quidam autẽ ſorte, politiæ & Ariſtocratiæ eſt commune. Quando autem quidam creãtur ex quibuſdam, & quidam ex quibuſdam: tametſi non ſimiliter fiat, & quidam ex quibuſdam vtroque modo, Oligarchiæ eſt. Cum autem quidam ex omnibus, aut ex quibuſdam omnes electione, Ariſtocratię eſt. Faciẽdorum itaque magiſtratuũ genera ea ſunt & pro rerumpub. natura & cõditione diſtincta. Qui vero magiſtratus, quibus rebuſp. conducãt aut quomodo, quibuſque poteſtatibus ornandi & qui omnino ſunt, poſtea, erit manifeſtum.

[97] Poteſtatem autem magiſtratuum voco, vt vectigalium curã, præſidii & cuſtodiæ prouinciam: alia enim poteſtas imperii militaris, alia prouiſionis ad conuentiones forenſes attinentis.

97 *Quarta parte libr. 6. vbi de magiſtratibus.*

ΚΕΦ. ιζ. CAP. XVII.

Λοιπὸν [98] δὲ τῶν τριῶν τὸ δικαστικὸν εἰπεῖν. ληπτέον

De [98] tribus autem partibus ſupereſt vt & de

98 *Tertia pars reip. de iudiciis in quibus tria*

spectantur. ex quibus iudices fiant, quæ caussæ, quomodo iudices creentur. Primo loco genera caussarum octo describuntur.

iudiciali facultate dicendum esse videatur, cuius genera ex eodē principio nobis deducēda sunt. Est enim vt magistratuum sic iudiciorum dissimilitudo in tribus partibus collocata, ex quib. hominibus, de quibus caussis, quomodo ex quibus, verbi gratia dico, an ex omnibus ciuib. an ex quibusdam. De quibus vero quot sint iudiciorum genera: quomodo autem sortene an electione. Ac primum quidē iudiciorum species explicandæ & partiendæ sunt. Sunt autem octo. Prima in reposcendis gestæ prouinciæ rationibus, secunda in publicis iniuriis tertia in negotiis reip. quarta vbi, & qui sunt in magistratu, & qui priuati, de multis impositis litigant, quinta de priuatis, sed magnis commerciis. Sexta de homicidiis, septima de peregrinis, sed de homicidiis iudicium siue apud eosdem, siue diuersos iudices, varias species habet, & de iis tum quę consulto & de industria, tū quæ per imprudētiam facta sunt, tum quæ facta quidem esse constat sed iure defenduntur

δὲ καὶ τούτων τοὺς τρόπους, κατὰ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν. ἔστι δὲ διαφορὰ τῶν δικαστηρίων ἐν τρισὶν ὅροις· ἐξ ὧν τε, καὶ περὶ ὧν, καὶ πῶς. λέγω δὲ, ἐξ ὧν μὲν, πότερον ἐκ πάντων, ἢ ἐκ τινῶν· περὶ ὧν δὲ, πόσα εἴδη δικαστηρίων· τὸ δὲ πῶς, πότερον κλήρῳ, ἢ αἱρέσει. πρῶτον οὖν διαιρείσθω, πόσα εἴδη δικαστηρίων. ἔστι δὲ τὸν ἀριθμὸν ὀκτώ. ἓν μὲν, εὐθυντικόν· ἄλλο δὲ, εἴ τίς τι τῶν κοινῶν ἀδικεῖ. ἕτερον, ὅσα εἰς τὴν πολιτείαν φέρει. τέταρτον, καὶ ἄρχουσι καὶ ἰδιώταις, ὅσα περὶ ζημιώσεων ἀμφισβητοῦσι. πέμπτον, τὸ περὶ τῶν ἰδίων συναλλαγμάτων, καὶ ἐχόντων μέγεθος. καὶ παρὰ ταῦτα, τό τε φονικὸν, καὶ τὸ ξενικόν. φονικοῦ μὲν εἴδη, ἄν τ' ἐν τοῖς αὐτοῖς δικασταῖς, ἄν τ' ἐν ἄλλοις· περί τε τῶν ἐκ προνοίας, καὶ περὶ τῶν ἀκουσίων· καὶ ὅσα μὲν ὁμολογεῖται, ἀμφισβητεῖται δὲ περὶ τοῦ δικαίου. τέταρτον δὲ, ὅσα τοῖς φεύγουσι φόνου, ἐπὶ καθόδῳ ἐπιφέρεται· οἷον Ἀθήνησι λέγεται καὶ τὸ ἐν Φρεαττοῖ δικαστήριον. συμβαίνει

νει δὲ τὰ τοιαῦτα ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ ὀλίγα, καὶ ἐν ταῖς μεγάλαις πόλεσι. τὸ δὲ ξενικὸν, ἓν μὲν ξένοις πρὸς ξένους· ἄλλο, ξένοις πρὸς ἀστούς.

ἔτι δὲ παρὰ πάντα ταῦτα περὶ τῶν μικρῶν συναλλαγμάτων, ὅσα δραχμιαῖα, καὶ πεντάδραχμα, καὶ μικρῷ πλείονος. δεῖ μὲν γὰρ καὶ περὶ τούτων γίνεσθαι κρίσιν· οὐκ ἐμπίπτει δὲ εἰς δικαστῶν πλῆθος. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἀφείσθω, καὶ τῶν φονικῶν, καὶ τῶν ξενικῶν· περὶ δὲ τῶν πολιτικῶν λέγωμεν· περὶ ὧν μὴ γινομένων καλῶς, διαστάσεις γίνονται, καὶ τῶν πολιτειῶν αἱ κινήσεις.

99 ἀνάγκη δὴ ἤτοι πάντας περὶ πάντων κρίνειν τῶν διῃρημένων, αἱρέσει, ἢ κλήρῳ· ἢ πάντας περὶ πάντων, τὰ μὲν κλήρῳ, τὰ δὲ αἱρέσει· ἢ περὶ ἐνίων τῶν αὐτῶν τοὺς μὲν κληρωτοὺς, τοὺς δὲ αἱρετούς. οὗτοι μὲν οὖν οἱ τρόποι τέτταρες τὸν ἀριθμόν.

tur, tum quæ reis factæ cædis in reditu ab exilio obiiciuntur, quale est Athenis illud iudicium quod ἐν Φρεαττοῖ dicitur, qualia vel in magnis ciuitatibus iudicia rara sunt. Peregrini vero iudicii genera sunt duo, alterum quo peregrini aduersus peregrinos, alterum quo peregrini aduersus ciues ius suũ repetunt.

Est vero præter hęc septem iudiciorum genera octauum de leuibus pactis, vt quę sunt vnius drachmæ, aut quinq; drachmarum, aut paulo maioris summæ. Nam & de iis ius dici necesse est, sed magnum iudicum numerũ non requirunt. Verumtamen & hæc iudicia, & cætera illa de homicidiis, & peregrinis omittamus, de ciuilibus potius disseramus, quibus neglectis necessario inter ciues seditiones excitabuntur, & res ipsæ publicæ corruent & euertentur.

99 Necesse autem est, aut vt omnes ciues de omnibus descriptis caussis iudicare, vel electione vel sorte, aut omnes partim sorte, partim electione, aut omnes de nonnullis iisdem alios sorte, alios electione.

99 Prima & tertia pars ex quibus iudices & quomodo creentur, vbi ratio creandorum iudicum simillima describitur creationi magistratuum, & sic [illegible] quatuor generibus accommodatur.

hi ſunt igitur numero quatuor modi vniuerſi, ſpeciales etiam totidem reperientur. Rurſus enim iudices quidam de omnibus iudicāt vel lecti vel ſorte facti, aut partim quidem ſorte facti, partim lecti, aut quidam de iiſdem & ſorte facti & lecti. Quapropter hi modi antea, deſcriptis inſtituendi magiſtratus modis reſpondent. iidē præterea copulati & coniugati modos pares efficiūt, exempli cauſſa; omnes nunc iudicēt, nunc quidam, nunc vtroque modo, vt ſi eiuſdem iudicii ſint, alii quidem iudices ex omnibus, alii vero ex quibuſdam, idque vel ſorte vel ſuffragio, vel vtroq; modo. Quot igitur modis fieri potuit, iudicia diuiſa ſunt, eorumque prima quidem Democratiæ ſunt, in quibus omnes aut de omnibus iudicant, ſecunda autem Oligarchiæ, vbi quidem de omnibus: tertia Ariſtocratiæ & politiæ, vbi tum omnes, tum quidam iudicant.

τοσοῦτοι δὴ ἕτεροι καὶ οἱ κατὰ μέρος. πάλιν γὰρ ἐκ τινῶν ἢ οἱ δικάζοντες περὶ πάντων αἱρέσει, ἢ ἐκ τινῶν περὶ πάντων κλήρῳ· ἢ τὰ μὲν κλήρῳ, τὰ δὲ αἱρέσει· ἢ ἔνια δικαστήρια περὶ τῶν αὐτῶν ἐκ κληρωτῶν καὶ αἱρετῶν. οὗτοι μὲν οὖν ὥσπερ ἐλέχθησαν, οἱ τρόποι τοῖς εἰρημένοις. ἔτι δὲ τὰ αὐτὰ συνδυαζόμενα. λέγω δὴ οἷον, τὰ μὲν ἐκ πάντων, τὰ δὴ ἐκ τινῶν, τὰ δὴ ἐξ ἀμφοῖν· οἷον, εἰ τοῦ αὐτοῦ δικαστηρίου εἶεν, οἱ μὲν ἐκ πάντων, οἱ δ' ἐκ τινῶν· καὶ ἢ κλήρῳ, ἢ αἱρέσει, ἢ ἀμφοῖν. ὅσους μὲν οὖν ἐνδέχεται τρόπους εἶναι τὰ δικαστήρια, εἴρηται. τούτων δὲ, τὰ μὲν πρῶτα, δημοτικά, ὅσα ἐκ πάντων, ἢ περὶ πάντων· τὰ δὲ δεύτερα, ὀλιγαρχικὰ, ὅσα ἐκ τινῶν περὶ πάντων· τὰ δὲ τρίτα, ἀριστοκρατικὰ, καὶ πολιτικά, ὅσα τὰ μὲν ἐκ πάντων, τὰ δὴ ἐκ τινῶν.

Finis Libri quartj.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΟΛΙΤΙΚΩΝ ΤΟ Ε.

ΚΕΦ. α.

ΠΕΡΙ [1] μὲν οὖν τῶν ἄλλων ὧν προειλόμεθα, σχεδὸν εἴρηται περὶ πάντων. ἐκ τίνων δὲ μεταβάλλουσιν αἱ πολιτεῖαι, καὶ πόσων, καὶ ποίων, καὶ τίνες ἑκάστης πολιτείας φθοραὶ, καὶ ἐκ ποίων εἰς ποίας μάλιστα μεθίστανται· ἔτι δὲ σωτηρίαι τίνες καὶ κοινῇ καὶ χωρὶς ἑκάστης εἰσίν· ἔτι δὲ διὰ τίνων ἂν μάλιστα σώζοιτο τῶν πολιτειῶν ἑκάστη, σκεπτέον ἐφεξῆς τοῖς εἰρημένοις. δεῖ δὲ πρῶτον ὑπολαβεῖν τὴν ἀρχὴν, ὅτι πολλαὶ γεγένηνται πολιτεῖαι, πάντων μὲν ὁμολογούντων τὸ δίκαιον, καὶ τὸ κατ' ἀναλογίαν ἴσον· τούτου δ' ἁμαρτανόντων, ὥσπερ εἴρηται καὶ πρότερον. δῆμος μὲν γὰρ ἐγένετο, ἐκ τοῦ ἴσους ὁτιοῦν ὄντας, οἴεσθαι ἁπλῶς ἴσους εἶναι· ὅτι γὰρ ἐλεύθεροι πάντες ὁμοίως,

ARISTOTELIS POLITICΩN, LIBER V.

CAP. I.

DE [1] cæteris quidem partibus omnibus (de quibus dicere propoſueramus) hactenus fere eſt diſputatum: deinceps autem conſiderandum eſt, quibus de cauſſis, & quot & qualibus reſp. commutentur, & quæ ſint earum ſingularum labes & ruinæ, & quæ in quas commutari præcipue ſoleant; tum quæ ſalus communis ſit omnium & propria ſingularum, quib. denique rebus omnes maxime conſeruari poſſint. Atq; illud eſt imprimis fundamẽtum conſtituendum, multas eſſe reſp. & in iis omnes æquitatem & proportionis æquabilitatem ſibi proponere, ſed ab ea tamen aberrare, ſicut antea demonſtratum eſt. Democratia enim ex eo conſtat, quia Democratici, cum aliqua parte cæteris ciuibus ſibi pares eſſe videantur, omnino ſe pares eſſe arbitrãtur. Quod n. liberi ſint

1 Tranſitione initio utitur. Nã de quinq; mẽbris partitionis initio 4. libri poſita, quatuor expedita ſunt, primum de generibus & partibus reip: ſecundum de ſecũdâ rep. tertiũ quæ ſingularum ciuitatũ reſp. ſint propria. Quartum de partib. remp. conſtituentib. quintum ſupereſt quibus rebus euertantur & conſeruentur reſp. q hoc quinto libro tractatur, primum ex generalibus & uniuerſis ſeditionũ & mutationũ ciuilium cauſſis: deinde ex ſpecialib. & ſingularib. quomodo regnũ, Ariſtocratia, politia, Tyrannis, Oligarchia Democratia ſubuertantur & conſeruentur. Ponitur initio quæſtio libri & generalis mutationum ciuilium cauſſa, ab inæqualitate petitur, idq; exemplis Oligarchicorum, De-

mocraticorum bonorum virorũ & nobilium declaratur.

omnes, ideo penitus se pares esse existimant: Oligarchia autem hinc oritur, quod Oligarchici cum aliqua parte sint superiores, se partibus omnibus superiores esse putant: Cum enim diuitiis superent, omnino se prorsusq; superare iudicant, tum vero alii tanquam pares habeantur, omnibus in rebus paria sibi præmia deberi censent: alii autem tanquam superẽt, omnia maiora sibi postulãt & arrogãt. Quod enim maius est superius est. Quapropter hæ omnes respub. ius aliquod sequuntur, sed certe verum & absolutum non sequuntur. Itaque cum vtriq; & Democratici & Oligarchici pro suo arbitratu in republ. locum non obtinent, seditiones excitant.

Plato de iniustitia 439. idem 636. 663.

2 Idem tertio lib dictũ eos vere superiores esse qui virtute præstarent, quique ideo ad ciuitatis præmiũ propius accederent.

2 Seditiones autem faciendæ caussa iustissima sane fuerit, tametsi id minime omnium faciant ciuibus, qui virtute reliquis antecellant, quippe qui soli absoluta ratione superiores optimo iure esse videantur. Sunt vero nonnulli, qui quia generis claritate & nobilitate præstent, se cum cæteris æquandos esse non existimant, ob eam quam dixi, generis excellẽtiam. Nobiles enim esse videntur ii, in quibus maiorum suorum virtutes & opes eluceant.

3 Prin

ἁπλῶς εἶναι νομίζουσιν. ὀλιγαρχία δὲ ἐκ τοῦ ἀνίσους ἕν τι ὄντας, ὅλως εἶναι ἀνίσους ὑπολαμβάνειν· κατ᾽ οὐσίαν γὰρ ἄνισοι ὄντες, ἁπλῶς ἄνισοι ὑπολαμβάνουσιν εἶναι. εἶτα, οἱ μὲν ὡς ἴσοι ὄντες, πάντων τῶν ἴσων ἀξιοῦσι μετέχειν· οἱ δὲ, ὡς ἄνισοι ὄντες, πλεονεκτεῖν ζητοῦσι· τὸ γὰρ πλεῖον, ἄνισον. ἔχουσι μὲν οὖν τι πᾶσαι δίκαιον· ἡμαρτημέναι δὲ ἁπλῶς εἰσί. καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, ὅταν μὴ κατὰ τὴν ὑπόληψιν, ἣν ἑκάτεροι τυγχάνουσιν ἔχοντες, μετέχωσι τῆς πολιτείας, στασιάζουσι.

2 πάντων δὲ δικαιότατα μὲν ἂν στασιάζοιεν, ἥκιστα δὲ τοῦτο πράττουσιν οἱ κατ᾽ ἀρετὴν διαφέροντες· μάλιστα γὰρ εὔλογον ἀνίσους ἁπλῶς εἶναι τούτους μόνον. εἰσὶ δέ τινες οἱ κατὰ γένος ὑπερέχοντες, οὐκ ἀξιοῦσι τῶν ἴσων αὐτοὺς, διὰ τὴν ἀνισότητα ταύτην· εὐγενεῖς γὰρ εἶναι δοκοῦσιν, οἷς ὑπάρχει προγόνων ἀρετὴ, καὶ πλοῦτος.

3 ἀρ-

3 ἀρχαὶ μὲν οὖν, ὡς εἰπεῖν, αὗται, καὶ πηγαὶ τῶν στάσεών εἰσιν, ὅθεν στασιάζουσι. διὸ καὶ αἱ μεταβολαὶ γίνονται διχῶς· ὁτὲ μὲν γὰρ πρὸς τὴν πολιτείαν, ὅπως ἐκ τῆς καθεστηκυίας ἄλλην καταστήσωσιν· οἷον ἐκ δημοκρατίας ὀλιγαρχίαν, ἢ δημοκρατίαν ἐξ ὀλιγαρχίας, ἢ πολιτείαν καὶ ἀριστοκρατίαν ἐκ τούτων· ἢ ταύτας ἐξ ἐκείνων· ὁτὲ δ' οὐ πρὸς τὴν καθεστηκυῖαν πολιτείαν, ἀλλὰ τὴν μὲν κατάστασιν προαιροῦνται τὴν αὐτήν· δι' αὐτῶν δ' εἶναι βούλονται ταύτην· οἷον τὴν ὀλιγαρχίαν, ἢ τὴν μοναρχίαν. ἔτι περὶ τοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον· οἷον, ἢ ὀλιγαρχίαν οὖσαν, εἰς τὸ μᾶλλον ὀλιγαρχεῖσθαι, ἢ εἰς τὸ ἧττον· ἢ δημοκρατίαν οὖσαν, εἰς τὸ μᾶλλον δημοκρατεῖσθαι, ἢ εἰς τὸ ἧττον. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν πολιτειῶν, ἢ ἵνα ἐπιταθῶσιν, ἢ ἀνεθῶσιν. ἔτι πρὸς τὸ μέρος τι κινῆσαι τῆς πολιτείας, οἷον, ἀρχήν τινα καταστῆσαι, ἢ ἀνελεῖν. ὥσπερ ἐν Λακεδαίμονί φασι Λύσανδρόν τινες ἐπιχειρῆσαι καταλῦσαι τὴν βασιλείαν· καὶ Παυσανίαν τὸν

3 Principia igitur & quasi fontes omnium seditionum, quibus homines tumultuantur & concitantur, hi sunt, vnde etiam rerump. mutationes accidunt. Modo namque fit vt ciues reip. statum ex certa & cõstituta repub. in aliam rempub. commutent, vt ex Democratia in Oligarchiam aut in Democratiam ex Oligarchia: aut in Timocratiam & Aristocratiam ex his, aut in has ex illis. Modo autem nõ in certam aliam reip. formam: verum quamuis eãdem remp. probent & amẽt, vt Oligarchiam aut monarchiam, eius tamen ipsi principes esse & rectores cupiunt, modo vero amplificationis & diminutionis ratione respubl. commutantur: vt si Oligarchia fit potẽtior Oligarchia fiat aut debilior: aut si Democratia sit, suo statu augeatur aut extenuetur: ac de cæteris quidem rebusp. eodem modo vel augendis vel minuendis: modo item ex parte aliqua, veluti si quis magistratus instituatur aut euertatur, quemadmodum Lacedæmone Lysander, (vt aiunt quidam) regnum tollere voluit: Et Pausanias rex, Ephoratum. Atque Epidamni ex parte aliqua reip. species est

3 Concludit propositum de summa seditionum caussa & mutationum cuius genera quatuor facit. posit enimuero declarat exemplis cum resp. ex alio genere mutatur in aliud. cum mutatur princeps cum resp. augetur potentia vel minuitur, cum magistratus vel institutus nouus aut vetus abrogatur. Primo solo genere mutatur resp. id est ordo ciuitatis. Sed Aristoteles videtur genera quatuor seditionum & motuum complecti.

Magnū Athenis iudiciū fuit.

4 Repetit conclusionem de inæqualitate seditionum matres & duas species æqualitatis: duæ distinguntur de quibus in argumēto. vide Euclidē 5 elementorum, vbi prior arithmetica vocatur in pari differentia, posterior geometrica in simili ratione comparatarum rerum, de iis etiam in argumento tota Platonis philosophia de rep. nil aliud fere docet quam iustitiā & hominis & ciuitatis esse sanitatem, pulchritudinē, vigorem, iniustitiam contra morbum turpitudinem imbecillitatem. Sed tamen locus hic totus de duplici genere æqualitatis in sexto legum be pulchre describitur: æqualitas tamen geometrica p̄ponitur à Platone non arithmetica, vt hic videtur ab Aristotele præponi.

mutata. Nam pro Phylarchis consilium instituerunt. In Heliçam vero si quis magistratus faciendus sit, necesse est eos magistratus assumi, qui adhuc in rep. versentur. Atque etiam Archon, qui vnus est in hac Atheniensi repub. ad Oligarchiam pertinet.

4 Omnes itaque seditiones oriuntur ab inæqualitate, nisi disparibus pro merito suum cuique ac debitum tribuatur. Perpetuum enim regnum si fuerit inter æquales, inçqualis quidem res est. Omnino autem æqualitatis studio seditiones excitantur. Est vero duplex æqualitatis ratio: altera siquidem numero, altera autē dignitate definitur. Æqualitatem numero definio, quæ multitudine & magnitudine: dignitate autem, quæ ratione par & eadem est, quemadmodum numero, tria duobus superiora sunt, & hæc vno: ratione quatuor duobus, & hæc vno. Eadē enim pars est binarius quaternarius, quæ vnitas binarii: vtrumque enim dimidium, tametsi enim confitentur & existimant id quod secundum dignitatē est, omnino iustum esse, dissentiunt tamen quēadmodum dictum prius est:

βασιλέα τὴν ἐφορείαν. καὶ ἐν Ἐπιδάμνῳ δὲ μετέβαλεν ἡ πολιτεία κατὰ μόριον· ἀντὶ γὰρ τῶν φυλάρχων, βουλὴν ἐποίησαν· εἰς δὲ τὴν Ἡλιαίαν ἐπάναγκές ἐστιν ἔτι τῷ αὐτῷ πολιτεύματι βαδίζειν τὰς ἀρχὰς, ὅταν ἐπιψηφίζηται ἀρχή τις. ὀλιγαρχικὸν δὲ καὶ ὁ ἄρχων ὁ εἷς ἦν ἐν τῇ πολιτείᾳ ταύτῃ.

4 πανταχοῦ γὰρ διὰ τὸ ἄνισον ἡ στάσις. οὐ μὴν τοῖς ἀνίσοις ὑπάρχει ἀνάλογον· ἀΐδιος γὰρ βασιλεία ἄνισος, ἐὰν ᾖ ἐν ἴσοις· ὅλως γὰρ τὸ ἴσον ζητοῦντες στασιάζουσιν. ἔστι δὲ διττὸν τὸ ἴσον· τὸ μὲν γὰρ, ἀριθμῷ· τὸ δὲ, κατ' ἀξίαν ἐστί. λέγω δὲ, ἀριθμῷ μὲν, τὸ πλήθει ἢ μεγέθει ταὐτὸν καὶ ἴσον· κατ' ἀξίαν δὲ, τὸ τῷ λόγῳ· οἷον ὑπερέχει, κατ' ἀριθμὸν μὲν ἴσον τὰ τρία τοῖν δυοῖν, καὶ ταῦτα τοῦ ἑνός· λόγῳ δὲ, τέτταρα τοῖν δυοῖν, καὶ ταῦτα τοῦ ἑνός· ἴσον γὰρ μέρος τὰ δύο τῶν τεττάρων, καὶ τὸ ἓν τοῖν δυοῖν· ἄμφω γὰρ ἡμίση. ὁμολογοῦντες δὲ [τὸ] ἁπλῶς εἶναι δίκαιον, τὸ κατ' ἀξίαν διαφέρονται, καθάπερ ἐλέχθη πρότερον· οἱ μὲν, ὅτι, ἐὰν κατά τι ἴσοι

ἴσοι ὦσιν, ὅλως ἴσοι νομίζουσιν εἶναι· οἱ δ᾽, ὅτι, ἐὰν κατά τι ἄνισοι, πάντων ἀνίσων ἀξιοῦσιν ἑαυτούς. διὸ καὶ μάλιστα δύο γίνονται πολιτεῖαι, δῆμος καὶ ὀλιγαρχία· εὐγένεια γὰρ καὶ ἀρετὴ, ἐν ὀλίγοις· ταῦτα δ᾽, ἐν πλείοσιν· εὐγενεῖς γὰρ καὶ ἀγαθοὶ οὐδαμοῦ ἑκατόν· ἄποροι δὲ πολλοὶ πολλαχοῦ.

5 τὸ δὲ ἁπλῶς πάντῃ καθ᾽ ἑκατέραν τετάχθαι τὴν ἰσότητα, φαῦλον. φανερὸν δ᾽ ἐκ τοῦ συμβαίνοντος· οὐδεμία γὰρ μόνιμος ἐκ τῶν τοιούτων πολιτειῶν. τούτου δ᾽ αἴτιον, ὅτι ἀδύνατον ἀπὸ τοῦ πρώτου καὶ τοῦ ἐν ἀρχῇ ἡμαρτημένου, μὴ ἀπαντᾶν εἰς τὸ τέλος κακόν τι. διὸ δεῖ, τὰ μὲν ἀριθμητικῇ ἰσότητι χρῆσθαι, τὰ δὲ τῇ κατ᾽ ἀξίαν.

6 ὅμως δὲ ἀσφαλεστέρα καὶ ἀστασίαστος μᾶλλον ἡ δημοκρατία τῆς ὀλιγαρχίας. ἐν μὲν γὰρ ταῖς ὀλιγαρχίαις ἐγγίνονται δύο, ἥ τε πρὸς ἀλλήλους στάσις, καὶ ἔτι ἡ πρὸς τὸν δῆμον· ἐν δὲ ταῖς δημοκρατίαις, ἡ πρὸς τὴν ὀλιγαρχίαν μόνον· αὐτῷ δὲ πρὸς αὐτὸν, ὅτι καὶ ἄξιον εἰπεῖν, οὐκ ἐγγίνεται τῷ

alii quidem quia parte aliqua ſunt æquales, omnibus partibus ſe protinus ęquales iudicant, alii vero quia re aliqua ſuperent, omnia ſibi ſuperiora deberi contēdunt, vnde fit vt duæ potiſſimum reſpubl. exiſtant & oriantur Democratia & Oligarchia. Nobilitas enim & virtus in paucis reperiuntur, inopia vero in permultis. Nobiles enim & boni viri, vix vſquã ac ne vix quidem centũ, inopes vbique infiniti.

5 Omnino autem & omni ex parte ius abſolutũ ex alterutro æqualitatis genere definire, verum & rectũ non eſſet: quod è re ipſa planum & clarum eſſe poteſt. Nulla enim hoc modo fundata reſpub. ſtabilis eſt, atque eius rei cauſſa in promptu eſt, ꝙ caueri nõ poſſit, ſi primis initiis offenſum peccatumque fuerit, quin tandem detrimenti aliquid & incommodi capiatur. Itaque æqualitas partim numeri: partim rationis & dignitatis vſurpãda & adhibenda eſt: 6 attamen trãquillior eſt, & ab omni ſeditionis motu tutior Democratia quam Oligarchia. In Oligarchiis enim ſeditio duplex excitatur, altera Oligarchicis ipſis inter ſe, ad uerſus plebem altera. In De-

5 Docet vtramque æqualitatẽ in rep. pro temporibus tenendam: vnde concludit democraticam ſtabiliorem quam in Oligarchia.

6 Probat ex adiunctis ſeditionib. Democratiam Oligarchia eſſe firmiorem & ſtabiliorem: locus parum cõ unctus eſt Videtur autem ſignificare Ariſtoteles minorem eſſe culpam ſi ſola numeri ratio teneatur in Democratia, quã ſi ſola dignitatis ratio habeatur vt in Oligarchia.

mocratiis vero, aduersus Oligarchicos sola. Democratici enim ipsi, quæ memorari quidem conueniat) inter se nullã seditionem aut contentionem faciunt: denique mediocrium ciuium respub. (quæ omniũ huiusmodi rerumpubl. tranquillissima & tutissima est,) Democratiæ quam Oligarchiæ vicinior & germanior est.

δήμῳ στάσις. ἔτι δ' ἡ ἐκ τῶν μέσων πολιτεία, ἐγγυτέρω τοῦ δήμου, ἢ ἡ τῶν ὀλίγων, ἥπερ ἐστὶν ἀσφαλεστάτη τῶν τοιούτων πολιτειῶν.

CAP. II.

ΚΕΦ. β.

7 *Principia seditionum tria, affectiones hominum, fines rerũ caussæ impellentes. Partitio parum subtilis est, æqualitas autẽ vel arithmetica vel geometrica finis est seditionũ caussa autem efficiens inæqualitas.*

QVONIAM [7] vero quærimus, quæ seditionũ caussæ sint & ciuilium mutationum, generales earum & vniuersi origines atque caussę primũ declarãdæ sunt. Sũt autem numero tres, quæ per se primũ leuiter, summatimque describendæ sunt. Primum quomodo animati atque affecti sint qui dissident: deinde quorum gratia: Demum quę sint initia seditionum ciuilium & inter ciues seditionum. Quemadmodum igitur affecti sint ciues ad motus faciendum, ea caussa omnino & maxime statuenda est, de qua iam locuti sumus.

8 *Secunda pars diuisionis de fine qui est, vt diximus, æqualitas nempe quæstus vel honoris assequendi aut depellendi. contraria vel his similium.*

[8] Hi namque vt pares & æquales fiant seditionem faciunt, si cum partes maiores & superiores occupãtibus sunt æquales, se conditione deteriore esse arbitrentur, illi ve-

Ἐπεὶ δὲ σκοποῦμεν ἐκ τίνων αἵ τε στάσεις γίγνονται, καὶ αἱ μεταβολαὶ περὶ τὰς πολιτείας, ληπτέον καθόλου πρῶτον τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς αἰτίας αὐτῶν. εἰσὶ δὲ σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, τρεῖς τὸν ἀριθμόν· ἃς διοριστέον καθ' αὑτὰς τύπῳ πρῶτον. δεῖ γὰρ λαβεῖν, πῶς τε ἔχοντες στασιάζουσι, καὶ τίνων ἕνεκεν· καὶ τρίτον, τίνες ἀρχαὶ γίνονται τῶν πολιτικῶν ταραχῶν, καὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους στάσεων. τοῦ μὲν οὖν αὐτοὺς ἔχειν πως πρὸς τὴν μεταβολὴν, αἰτίαν καθόλου μάλιστα θετέον, περὶ ἧς ἤδη τυγχάνομεν εἰρηκότες.

[8] οἱ μὲν γὰρ ἰσότητος ἐφιέμενοι, στασιάζουσιν, ἂν νομίζωσιν ἔλαττον ἔχειν, ὄντες ἴσοι τοῖς

τοῖς πλεονεκτοῦσιν· οἱ δὲ τῆς ἀνισότητος καὶ τῆς ὑπεροχῆς, ἂν ὑπολαμβάνωσιν, ὄντες ἄνισοι, μὴ πλέον ἔχειν, ἀλλ' ἴσον ἢ ἔλαττον. τούτων δ', ἔστι μὲν ὀρέγεσθαι δικαίως, ἔστι δὲ καὶ ἀδίκως. ἐλάττους τε γὰρ ὄντες, ὅπως ἴσοι ὦσι, στασιάζουσι· καὶ ἴσοι ὄντες, ὅπως μείζους. πῶς μὲν οὖν ἔχοντες στασιάζουσιν, εἴρηται.

9 περὶ ὧν δὲ στασιάζουσιν, ἔστι κέρδος καὶ τιμὴ, καὶ τἀναντία τούτοις. καὶ γὰρ ἀτιμίαν φεύγοντες καὶ ζημίαν, ἢ ὑπὲρ αὐτῶν, ἢ τῶν φίλων, στασιάζουσιν ἐν ταῖς πόλεσιν. αἱ δ' αἰτίαι καὶ ἀρχαὶ τῶν κινήσεων, ὅθεν αὐτοί τε διατίθενται τὸν εἰρημένον τρόπον, καὶ περὶ τῶν λεχθέντων, ἔστι μὲν ὡς τὸν ἀριθμὸν ἑπτὰ τυγχάνουσιν οὖσαι, ἔστι δ' ὡς πλείους. ὧν δύο μέν ἐστι ταὐτὰ τοῖς εἰρημένοις, ἀλλ' οὐχ ὡσαύτως. διὰ κέρδος γὰρ καὶ διὰ τιμὴν παροξύνονται πρὸς ἀλλήλους· οὐχ ἵνα κτήσωνται σφίσιν αὐτοῖς, ὥσπερ εἴρηται πρότερον, ἀλλ' ἑτέρους ὁρῶντες, τοὺς μὲν δικαίως, τοὺς δ' ἀδίκως πλεονεκτοῦντας τούτων. ἔτι

ro vt superent ac præstent remp. cõturbant, si cum sibi superiores esse videantur, nõ superiorem sed æqualem vel etiam inferiorem locum teneant. Hęc vero & iuste & iniuste possunt appeti. Nã qui sunt inferiores vt sint pares, & qui pares sunt, vt superiores sint, seditiones excitant. Quemadmodum igitur affecti sint authores seditionnm, dictum est.

In [9] his autem quorum gratia seditiones excitantur, numerantur quæstus & honor & his contraria. Etenim vt dedecus ac damnum vel suum vel amicorum homines effugiant, remp. commouent & perturbant. Motionũ vero caussę atque origines, vnde & ciues eo modo, qui descriptus est, afficiũtur atque animãtur & ob eas res, quæ propositæ sunt, septem quodammodo, quodã etiam modo plures commemorantur: quarum duæ quidem sunt eędem cum iis, quę dicta sunt, non tamen simili modo. Quæstus enim atque honoris gratia homines inter se dissident, non vt iis ipsi fruantur, sicuti præceptum est antea, sed quod videant hos iure, illos iniuria rebus his abundantiores & ornatiores esse. In his etiam cauſ-

9 Tertia pars de caussis impellẽtibus, quæstu, honore, iniuria, metu, exsuperãtia contemptu, immodica amplificatione cõtentione negligentia, re parua dissimilitudine in quibus deinde singulis explicandis lõga oratio est, omnia autẽ inæqualitate continẽtur, & partes ipse parum sunt inter se distinctæ.

sis ponitur iniuria, metus, exuperãtia, cõtemptus, amplificatio supra modum: Itemque alia ratione, contentio, negligentia, parua res dissimilitudo.

διὰ ὕβριν, διὰ φόβον, διὰ ὑπεροχὴν, διὰ καταφρόνησιν, διὰ αὔξησιν τὴν παρὰ τὸ ἀνάλογον. ἔτι δὲ ἄλλον τρόπον, δι' ἐριθείαν, δι' ὀλιγωρίαν, διὰ μικρότητα, δι' ἀνομοιότητα.

CAP. III.

ΚΕΦ. γ.

10 Iniuria & quæstus seditionem faciũt vexato per auaritiam magistratuum populo.

QVo [10] è numero quam vim habeãt & quas tumultuũ caussas iniuria & quæstus, fere satis apertum est. Nam cum magistratus insolescunt, & res suas immoderatius amplificant, tum ciuiũ motus inter se & contra rẽp. fiunt, quæ talem magistratibus potentiam permittat. Quæstus autem cupiditas nunc in priuatis rebus, nunc in publicis versatur.

11 Honor seditionis caussa, cũ alii despiciantur iuste, alii honorantur.

Nec [11] etiam est obscurũ, quid honor valeat, & quantas turbas efficiat. Nam qui spreti & inhonorati iacẽt, cũ honoratorum splendorem ac dignitatem intuẽtur, perturbant omnia. Quæ quidẽ iniusta sunt quando contra rationem merita, iusta autẽ quando pro ratione, quidam honore vel infamia afficiuntur.

12 Exuperantia seditionis caussa propter nimias & inuidiosas opes.

[12] Exuperantia vero seditionis origo est, cum alicuius aut plurium maiores o-

ΤΟύτων [10] δὲ, ὕβρις μὲν καὶ κέρδος τίνα ἔχουσι δύναμιν, καὶ πῶς αἴτια, σχεδόν ἐστι φανερόν. ὑβριζόντων τε γὰρ τῶν ἐν ταῖς ἀρχαῖς καὶ πλεονεκτούντων, στασιάζουσι καὶ πρὸς ἀλλήλους, καὶ πρὸς τὰς πολιτείας τὰς διδούσας τὴν ἐξουσίαν. ἡ δὲ πλεονεξία γίνεται, ὁτὲ μὲν ἀπὸ τῶν ἰδίων, ὁτὲ δὲ ἀπὸ τῶν κοινῶν.

[11] δῆλον δὲ καὶ ἡ τιμὴ, καὶ τί δύναται, καὶ πῶς αἰτία στάσεως· καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀτιμαζόμενοι, καὶ ἄλλους ὁρῶντες τιμωμένους, στασιάζουσι· ταῦτα δὲ, ἀδίκως μὲν γίνεται, ὅταν παρὰ τὴν ἀξίαν ἢ τιμῶνταί τινες, ἢ ἀτιμάζωνται· δικαίως δὲ, ὅταν κατὰ τὴν ἀξίαν·

[12] δι' ὑπεροχὴν δὲ, ὅταν τις ἢ τῇ δυνάμει μείζων, ἢ εἷς, ἢ πλείους, ἢ κατὰ τὴν πόλιν

καὶ τὴν

καὶ τὴν δύναμιν τοῦ πολιτεύματος. γίνεσθαι γὰρ εἴωθεν ἐκ τῶν τοιούτων μοναρχία, ἢ δυναστεία. διὸ ἐνιαχοῦ εἰώθασιν ὀστρακίζειν· οἷον ἐν Ἄργει καὶ Ἀθήνησι. καί τοι βέλτιον ἐξ ἀρχῆς ὁρᾶν, ὅπως μὴ ἐνέσονται τοσοῦτον ὑπερέχοντες, ἢ ἐάσαντας γενέσθαι, ἰᾶσθαι ὕστερον.

13 διὰ δὲ φόβον στασιάζουσιν οἵ τε ἠδικηκότες, δεδιότες μὴ δῶσι δίκην· καὶ οἱ μέλλοντες ἀδικεῖσθαι, βουλόμενοι φθάσαι πρὶν ἀδικηθῆναι· ὥσπερ ἐν Ῥόδῳ συνέστησαν οἱ γνώριμοι ἐπὶ τὸν δῆμον, διὰ τὰς ἐπιφερομένας δίκας.

14 διὰ καταφρόνησιν δὲ καὶ στασιάζουσι, καὶ ἐπιτίθενται· οἷον, ἔν τε ταῖς ὀλιγαρχίαις, ὅταν πλείους ὦσιν οἱ μὴ μετέχοντες τῆς πολιτείας· κρείττους γὰρ οἴονται εἶναι· καὶ ἐν ταῖς δημοκρατίαις οἱ εὔποροι, καταφρονήσαντες τῆς ἀταξίας καὶ ἀναρχίας· οἷον καὶ ἐν Θήβαις μετὰ τὴν ἐν Οἰνοφύτοις μάχην, κακῶς πολιτευομένων, ἡ δημοκρατία διεφθάρη. καὶ ἡ Μεγαρέων, δι' ἀταξίαν καὶ ἀναρχίαν ἡττηθέντων. καὶ ἐν

pes fuerint, quam ciuitas aut reip. facultas ferre possit. Hinc enim monarchia & dynastia solet existere, & nonnullis locis ostracismus ob id inualuit, vt Argis & Athenis. Atqui fuerit vtilius ab initio prouidere ne quisquã re vna aliqua tantum prętstet & excellat, quam vbi permiseris remedium postea quærere.

13 Metu porro homines ad concitandum tumultum aggrediuntur, & qui ipsi aliis iniuriam fecerint, ne supplicio afficiantur & qui ab aliis futuram iniuriam metuunt, vt malis impendentibus occurrant atque anteuertãt. Quod Rhodi accidit, cum nobilitas iudicii & damnationis metu in plebem coniurauit.

13 Metus seditionis caussa vt malum impendens effugiatur.

14 Contemptu etiam irritati ciues seditionem atque impetum faciunt, vt in Oligarchiis, cum fuerint complures publicorum honorũ expertes. Namque se præstantiores esse qui diuitiis abundant ac potentiores arbitrantur. Atque etiam diuites in Democratiis dum ciuitatem sine ordine sine magistratu fluctuantem & periclitantem securi despiciunt, mutationum caussæ sunt, vt Thebis post prælium apud

14 Contemptus seditionis caussa dupliciter primo, cum primarii despiciũtur, vt populo ante de honore, secũdo cum despiciunt iidem remp.

de quo Plato in epitaphio

Enophytos commissum, quũ respub. male gereretur, Democratia periit, & Megaris cum propter ciuium confusionem magistratuũque cõtemptionem ciuitas victa est & afflicta: & Syracusidis ante tyrannidem Gelonis: Rhodi quoque Democratia ante defectionem concidit.

15 Immodica amplificatio, quomodo mutationis caussa sit, similitudine & exemplis declaratur, quod Oligarchia in Democratiam & Democratia in Oligarchiam hac caussa cõmutetur.

15 Immodica vero & immoderata rerũ suarum amplificatio rempublic. euertit. Quemadmodum enim corpus constat ex partibus, quas necesse est quidem æquabili proportione augeri, vt symmetria, id est apta membrorum & decora compactio compositioque seruetur, sin minus corrumpitur & interit, vt si pes quatuor cubitorum fuerit, reliquum corpus duorum palmorum: Interdum etiam in diuersi animãtis speciem ac formam commutetur, si non solum quantitate sed etiam qualitate vehementius & immoderatius augeatur. Sic ciuitas è partibus efficitur, quarum aliqua per sæpe imprudentibus nec animaduertentibus ciuibus supra modum crescat & amplificetur, vt inopum in Democratiis & timocratiis multitudo. Quod interdum fortuito quodam casu temerarioque accidit, vt Tarenti cum magna pars nobilitatis afflicta atque interempta esset, non multo post Medorum bellum

Συρακούσαις, περὶ τὴν Γέλωνος τυραννίδος. καὶ ἐν Ῥόδῳ ὁ δῆμος, περὶ τῆς ἐπαναστάσεως.

15 γίνονται δὲ καὶ δι' αὔξησιν τὴν παρὰ τὸ ἀνάλογον μεταβολαὶ τῶν πολιτειῶν. ὥσπερ γὰρ σῶμα ἐκ μερῶν σύγκειται, καὶ δεῖ αὐξάνεσθαι ἀνάλογον, ἵνα μένῃ συμμετρία· εἰ δὲ μὴ, φθείρεται· ὅταν, ὁ μὲν ποὺς, τεττάρων πηχῶν ᾖ· τὸ δὲ ἄλλο σῶμα δυοῖν σπιθαμαῖν· ἐνίοτε δὲ, κἂν εἰς ἄλλου ζώου μεταβάλλοι μορφὴν, εἰ μὴ μόνον κατὰ τὸ ποσὸν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ ποιὸν αὐξάνοιτο παρὰ τὸ ἀνάλογον· οὕτω καὶ πόλις σύγκειται ἐκ μερῶν, ὧν πολλάκις λανθάνει τι αὐξανόμενον· οἷον, τὸ τῶν ἀπόρων πλῆθος ἐν ταῖς δημοκρατίαις καὶ πολιτείαις. συμβαίνει δὲ ἐνίοτε τοῦτο καὶ διὰ τύχας· οἷον, ἐν Τάραντι ἡττηθέντων καὶ ἀπολομένων πολλῶν γνωρίμων ὑπὸ τῶν Ἰαπύγων, μικρὸν ὕστερον

στερον τῶν Μηδικῶν, δημοκρατία, ἐγένετο ἐκ πολιτείας. 16 καὶ ἐν Ἄργει, τῶν ἐν τῇ ἑβδόμῃ ἀπολομένων ὑπὸ Κλεομένους τοῦ Λάκωνος, ἠναγκάσθησαν παραδέξασθαι τῶν περιοίκων τινάς. καὶ ἐν Ἀθήναις ἀτυχούντων πεζῇ, οἱ γνώριμοι ἐλάττους ἐγένοντο, διὰ τὸ ἐκ καταλόγου στρατεύεσθαι ὑπὸ τὸν Λακωνικὸν πόλεμον. συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ ἐν ταῖς δημοκρατίαις· ἧττον δέ. πλειόνων γὰρ τῶν ἀπόρων γινομένων, ἢ τῶν οὐσιῶν αὐξανομένων, μεταβάλλουσιν εἰς ὀλιγαρχίας καὶ δυναστείας.

17 μεταβάλλουσι δὲ αἱ πολιτεῖαι καὶ ἄνευ στάσεως, διά τε τὰς ἐριθείας, ὥσπερ ἐν Ἡραίᾳ· ἐξ αἱρετῶν γὰρ διὰ τοῦτο ἐποίησαν κληρωτάς, ὅτι ᾕρουν τοὺς ἐριθευομένους·

18 καὶ δι' ὀλιγωρίαν, ὅταν ἐάσωσιν εἰς τὰς ἀρχὰς τὰς κυρίας παριέναι τοὺς μὴ τῆς πολιτείας φίλους· ὥσπερ ἐν Ὠρεῷ κατελύθη ἡ ὀλιγαρχία τῶν ἀρχόντων γενομένους Ἡρακλεοδώρου, ὃς ἐξ ὀλιγαρχίας πολιτείαν καὶ δημοκρατίαν κατεσκεύασεν.

bellum tempore Iapyges à sua politia Democratiam fecerunt, & Argis [16] cũ hebdome cæsus esset exercitus à Cleomene Lacedæmonio, coacti sunt quosdam periæcos ciuitate donare. Et Athenis cum terra pugnaretur infœliciter, nobilitas populo succubuit, quia ad Laconicũ bellum delectu habito conscriberetur. Quod etiam in Democratiis accidit, quanquam rarius. Nam cum fuerint multi locupletati & facultatibus amplificati, tum Democratiæ in Oligarchias & Dynastias mutari solent. [17] Commutantur etiam resp. sine seditione quod aliquando fit contentione, sicut Hereæ contigit, cum magistratus faciendi ratio à suffragiis ad sortes traducta est, quod antea ambitiosi duntaxat homines & contentiosi legerentur.

16 Græce est ἑβδόμῃ quod septimũ diẽ significare potest, melius de loco proprio intelligetur.
Interpone hic locum, Quem etiam resp. fol. 321.
17 contentionis exemplum.

[18] Aliquando negligentia & non curantia quædam: cũ honores publici hominibus, qui præsentem reip. statum non ament permittuntur, quemadmodum Orei Oligarchia euersa est cum Heracleodorus magistratum adeptus esset. Ex Oligarchia nẽpe Timocratiam aut Democratiam constituit.

18 Negligentiæ exemplum.

19 Paruæ rei exemplum. Locus hic de dissimilitudine ciuium tractatur à Platone 4. legum.

20 Declaratur recto exemplis dissimilitudo, & ad eam eandem refertur tota inæqualitatis caussa, & eadem etiam exempla de superiore loco repetuntur.

19 Alioquin re aliqua parua & exigua, quia frequẽter eueniat, vt parua re cõtempta, magna morum & institutorum mutatio consequatur. Vt Ambraciæ, paruus initio censsus fuit, tandẽ nullo, censu magistratus facti sunt, cũ id despiceretur, quasi parum & nihilum res eadẽ sit, aut certe inter parum & nihilum nihil admodum intersit. 20 Seditionis autẽ segetem materiamque continet gentis ac generis dissimilitudo, donec ad vnam similitudinẽ & consensionem populus adducatur. Vt enim non ex quauis multitudine, sic nõ in quouis tempore ciuitas efficitur. Quapropter quicumque adhuc inquilinos & aduenas in ciuitatẽ acceperunt, hi fere seditionib. agitati sunt: Vt Achei cum Træzeniis Sybarim, vna quidem habitarunt, verum cum numero & multitudine postea vincerent, Træzenios ipsos expulerunt, vnde etiam Sybaritæ calamitatem acceperunt, cum Thurios in ciuitatem admisissent. Nam cum agri tanquam sui maiorem sibi partẽ sumerẽt, prælio cæsi fugatique sunt. Sic Byzantiis aduenæ cum insidias facere cogitarẽt, in ipso scelere deprehẽsi, armis eie-

19 ἔτι διὰ τὸ παρὰ μικρόν. λέγω δὲ παρὰ μικρόν, ὅτι πολλάκις λανθάνει μεγάλη γινομένη μετάβασις τῶν νομίμων, ὅταν παρορῶσι τὸ μικρόν. ὥσπερ ἐν Ἀμβρακίᾳ μικρὸν ἦν τὸ τόμημα· τέλος δ' οὐθενὸς ἦρχον· ὡς ἔγγιον ἢ μηθὲν διαφέρον τοῦ μηθὲν τὸ μικρόν.

20 στασιωτικὸν δὲ καὶ μὴ ὁμόφυλον, ἕως ἂν συμπνεύσῃ. ὥσπερ γὰρ οὐδ' ἐκ τοῦ τυχόντος πλήθους πόλις γίγνεται, οὕτως οὐδ' ἐν τῷ τυχόντι χρόνῳ. διὸ ὅσοι ἤδη συνοίκους ἐδέξαντο ἢ ἐποίκους, οἱ πλεῖστοι ἐστασίασαν· οἷον, Τροιζηνίοις Ἀχαιοὶ συνῴκησαν Σύβαριν· εἶτα πλείους οἱ Ἀχαιοὶ γενόμενοι, ἐξέβαλον τοὺς Τροιζηνίους. ὅθεν τὸ ἄγος συνέβη τοῖς Συβαρίταις. καὶ ἐν Θουρίοις Συβαρῖται τοῖς συνοικήσασι. πλεονεκτεῖν γὰρ ἀξιοῦντες, ὡς σφετέρας τῆς χώρας, ἐξέπεσον. καὶ Βυζαντίοις οἱ ἔποικοι ἐπιβουλεύοντες φωραθέντες, ἐξέπεσον διὰ μάχης· καὶ Ἀντισσαῖοι τοὺς Χίων φυγάδας εἰσδεξάμενοι, διὰ μάχης ἐξέβαλον· Ζαγκλαῖοι δὲ Σαμίους ὑπο-

cti & ex-

δεξάμενοι, ἐξέπεσον καὶ αὐτοί. καὶ Ἀπολλωνιᾶται οἱ ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ, ἐποίκους ἐπαγαγόμενοι, ἐστασίασαν. καὶ Συρακούσιοι μετὰ τὰ τυραννικά, τοὺς ξένους καὶ τοὺς μισθοφόρους πολίτας ποιησάμενοι, ἐστασίασαν, καὶ εἰς μάχην ἦλθον. καὶ Ἀμφιπολῖται, δεξάμενοι Χαλκιδέων ἀποίκους, ἐξέπεσον ὑπὸ τούτων οἱ πλεῖστοι αὐτῶν. στασιάζουσι δέ, ἐν μὲν ταῖς ὀλιγαρχίαις οἱ πολλοί, ὡς ἀδικούμενοι, ὅτι οὐ μετέχουσι τῶν ἴσων, καθάπερ εἴρηται πρότερον, ἴσοι ὄντες· ἐν δὲ ταῖς δημοκρατίαις οἱ γνώριμοι, ὅτι μετέχουσι τῶν ἴσων, οὐκ ἴσοι ὄντες. [21] στασιάζουσι δὲ ἐνίοτε αἱ πόλεις καὶ διὰ τοὺς τόπους, ὅταν μὴ εὐφυῶς ἔχῃ ἡ χώρα πρὸς τὸ μίαν εἶναι πόλιν· οἷον ἐν Κλαζομεναῖς οἱ ἐπὶ Χύτρῳ, πρὸς τοὺς ἐν νήσῳ· καὶ Κολοφώνιοι, καὶ Νοτιεῖς. καὶ Ἀθήνησιν οὐχ ὁμοίως εἰσίν, ἀλλὰ μᾶλλον δημοτικοὶ οἱ τὸν Πειραιᾶ οἰκοῦντες τῶν τὸ ἄστυ. [22] ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς πολέμοις αἱ διαβάσεις τῶν ὀχετῶν, καὶ τῶν πάνυ σμικρῶν, διασπῶσι τὰς φάλαγγας, οὕτως

cti & expulsi sunt. Sic ab Antisseis Chiorũ exules cum in in vrbẽ recepti fuissent, prælio expulsi & fugati sunt: cõtra Zanclei à Samiis cum eos in ciuitatẽ suscepissent, eiecti sunt. Et Apolloniatæ qui põtum Euxinũ accolũt, susceptis aduenis in seditionẽ inciderunt: Et Syracusani Tirãnis liberati, cũ peregrinos & mercenarios ciuitate donassent, seditionũ & bellorũ ciuilium fluctib. iactati sunt: Et Amphipolitæ Chalcidensiũ colonis acceptis oẽs ab iis fere cęsi sunt & exterminati: Seditiones quidẽ vulgus in Oligarchicis efficit, tãquam iniuriã patiatur, qa nõ ęquas in rep. partes obtineat: quẽadmodũ dictũ est antea, cum sibi par esse videatur. In Democratiis vero nobilitas tumultus cõcitat, cũ cæteris æquat̃, cũ tamen se superiorẽ esse iudicet.[21] Discordiarũ ẽt semina p̃bet vrbib. earũ locus & situs, si regionis natura nõ satis est ad vnã vrbẽ cõstituendã idonea. Vt Clazomenis dissensio est iis qui Cytrũ incolũt, aduersus insulanos, & Colophoniis aduersus Notiẽses. Nec Athenis simili sũt animo ciues, sed magis sunt Democratici, qui Piræũ, quã qui vrbẽ habitant.[22] Nã sicut in bellis traiectiones fossarũ, quãuis exiguarũ phalãges & militũ ordines disturbãt:

21 dissimilitudo loci tribus exẽplis declarata.

22 Concludit dissimilitudinis expositione.

sic omnis differentia dissimilitudoque dissensionem facere videtur. Maximum igitur fortasse dissidium fuerit virtuti cum improbitate: deinde opibus cum paupertate, Itemque aliud alio maius. Quo in genere continetur ea caussa quam diximus.

CAP. IV.

[23] *Colliguntur deinceps multa seditionum exempla quæ ad superiores caussas referri possunt, sed prima de amoribus de patrimonii diuisione, de violatis aut spretis nuptiis, ad iniuriam pertinent.*

EXCITANTVR [23] autem seditiones nõ ob leuem caussam, tametsi è re leuissima plerumq; oriantur. Magnarum siquidem rerũ gratia decertatur armis. Exiguæ autem seditiones valde ac vehementer augentur ac corroborantur, cum inter summos & potentes viros oriuntur: quod Syracusis quõdam accidit: duorum enim adolescentulorum, (qui tum in magistratu erant) propter amores discordia remp. perdidit. Nam cum alter peregre abesset, quidam eius familiaris amasium ipsius sibi conciliauit: contra autem ille huic infensus, vxorem eius ad se pellexit, vnde magistratibus in has & illas partes distractis tota ciuitas seditionibus afflicta est.

[24] Quapropter hor malorum principiis est occurren-

ἔοικε πᾶσα διαφορὰ ποιεῖν διάστασιν. μεγίστη μὲν οὖν ἴσως διάστασις, ἀρετὴ καὶ μοχθηρία· εἶτα πλοῦτος καὶ πενία· καὶ οὕτω δὴ ἑτέρα ἑτέρας μᾶλλον· ὧν μία καὶ ἡ εἰρημένη ἐστί.

ΚΕΦ. δ.

ΓΙγνονται μὲν οὖν αἱ στάσεις οὐ περὶ μικρῶν, ἀλλ' ἐκ μικρῶν· στασιάζουσι δὲ περὶ μεγάλων. μάλιστα δὲ καὶ αἱ μικραὶ ἰσχύουσιν, ὅταν ἐν τοῖς κυρίοις γίνωνται· οἷον συνέβη καὶ ἐν Συρακούσαις ἐν τοῖς ἀρχαίοις χρόνοις· μετέβαλε γὰρ ἡ πολιτεία ἐκ δύο νεανίσκων στασιασάντων, ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὄντων, περὶ ἐρωτικὴν αἰτίαν· θατέρου γὰρ ἀποδημοῦντος, ἑταῖρος ὤν τις, τὸν ἐρώμενον αὐτοῦ ὑπεποιήσατο. πάλιν δ' ἐκεῖνος τούτῳ χαλεπήνας, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἀνέπεισεν, ὡς αὐτὸν ἐλθεῖν. ὅθεν προσλαμβάνοντες τοὺς ἐν τῷ πολιτεύματι, διεστασίασαν πάντας.

[24] διόπερ ἀρχομένων εὐλαβεῖσθαι δεῖ τῶν τοιούτων, καὶ

δια-

διαλύειν τὰς τῶν ἡγεμόνων καὶ δυναμένων στάσεις. ἐν ἀρχῇ γὰρ γίγνεται τὸ ἁμάρτημα· ἡ δ' ἀρχὴ λέγεται ἥμισυ εἶναι παντός. ὥστε καὶ τὸ ἐν αὐτῇ μικρὸν ἁμάρτημα ἀνάλογόν ἐστι πρὸς τὰ ἐν τοῖς ἄλλοις μέρεσιν. ὅλως δὲ αἱ τῶν γνωρίμων στάσεις συναπολαύειν ποιοῦσι καὶ τὴν ὅλην πόλιν. οἷον, ἐν Ἑστιαίᾳ συνέβη μετὰ τὰ Μηδικά, δύο ἀδελφῶν περὶ τῆς τῶν πατρῴων νομῆς διενεχθέντων. ὁ μὲν γὰρ ἀπορώτερος, ὡς οὐκ ἀποφαίνοντος θατέρου τὴν οὐσίαν, οὐδὲ τὸν θησαυρὸν, ὃν εὗρεν ὁ πατὴρ, προσήγετο τοὺς δημοτικούς. ὁ δ' ἕτερος, ἔχων οὐσίαν πολλὴν, τοὺς εὐπόρους. καὶ ἐν Δελφοῖς ἐκ κηδείας γενομένης διαφορᾶς, ἀρχὴ πασῶν ἐγένετο τῶν στάσεων τῶν ὕστερον. ὁ μὲν γὰρ, οἰωνισάμενός τι σύμπτωμα ὡς ἦλθεν ἐπὶ τὴν νύμφην, οὐ λαβὼν ἀπῆλθεν· οἱ δ', ὡς ὑβρισθέντες, ἐνέβαλον τῶν ἱερῶν χρημάτων, θύοντος· κἄπειτα ὡς ἱερόσυλον ἀπέκτειναν. καὶ περὶ Μιτυλήνην δὲ ἐξ ἐπικλήρων στάσεως γενομένης, πολλῶν ἐγένετο ἀρχὴ κακῶν, καὶ τοῦ πο-

dum & principum ac potentum virorum diſſidium placandum & conciliandum. In principio enim tum peccatur: at principium dicitur eſſe dimidium totius Quapropter quod in eo offenſum peccatumque fuerit, reliquarum partium peccatis & offenſionibus æquali proportione reſpondet. Deniq; clarorum & illuſtrium virorum cõtentiones & diſcordiæ totam ciuitatẽ ſecum trahunt: vt Heſtiææ, poſt euerſam Democratiam accidit duob. fratribus, de patrimonii diuiſione inter ſe diſſidentibus. Nam cum alter (cuius opes minores eſſent) altero veluti patrimonium non edente nec exhibente theſaurum, quem pater inueniſſet, plebem ſibi aduerſus fratrẽ conciliauit: Alter (qui locupletior erat) locupletorum auxilium ſibi adiunxit. Idẽque delphis accidit. Nam cũ propinquitatis cauſſa, diſſenſio orta eſſet, ea principium fuit omnium ſeditionũ, quæ poſtea ſequutæ ſunt. Nam cum ſponſus ſiniſtrum aliquid & triſte auguratus ad vxorem acceſſiſſet, eam ducere noluit, vnde ſpõſæ propinqui velut iniuria laceſſiti, ſponſo ſacrificanti de ſacris pecuniis aliquid iniecerunt

eaque occasione tanquam sacrilegũ oppresserũt. Quod idem Mytilenis, cũ propter opulentas quasdam puellas dissensio extitisset, initium fuit multarum calamitatum & sacri aduersus Athenienses belli, In quo Paches Mytilenas ipsas expugnauit. Nã cũ Timophanes homo quidam prædiues & abundans duas puellas reliquisset, easque Doxander filiis suis petiuisset nec impetrasset, seditionis author fuit: & Athenienses (quorum ciuitati publice hospes erat) ad bellum sollicitauit. Atque etiam apud Phocenses, cum ob puellam magnis hæreditatum successionib. copiosam, dissidium inter Mnaseam Mnesonis patrem, & Euthicratem Onomarchi patrem natum esset, hoc dissidium sacri belli Phocensibus initium attulit. Simili de caussa mutata est Epidamni resp. ob nuptias. Cum enim quidam filiam despondisset isq; à sponsi patre, tum de magistratibus vnum gerẽte mulctatus esset, tanquam violatus cum priuatus, quibus remp. capessere non licebat, coniurationem fecit.

λέμου τοῦ πρὸς Ἀθηναίους, ἐν ᾧ Πάχης ἔλαβε τὴν πόλιν αὐτῶν. Τιμοφάνους γὰρ, τῶν εὐπόρων τινὸς, καταλιπόντος δύο θυγατέρας, ὁ περιωσθεὶς, καὶ οὐ λαβὼν τοῖς υἱέσιν αὐτοῦ, Δόξανδρος, ἦρξε τῆς στάσεως· καὶ τοὺς Ἀθηναίους παρώξυνε, πρόξενος ὢν τῆς πόλεως. καὶ ἐν Φωκεῦσιν δὲ ἐξ ἐπικλήρου στάσεως γενομένης περὶ Μνασέαν τὸν Μνήσωνος πατέρα, καὶ Εὐθυκράτη τὸν Ὀνομάρχου, ἡ στάσις αὕτη ἀρχὴ τοῦ ἱεροῦ πολέμου κατέστη τοῖς Φωκεῦσι. μετέβαλε δὲ καὶ ἐν Ἐπιδάμνῳ ἡ πολιτεία ἐκ γαμικῶν. ὑπομνηστευσάμενος γάρ τις θυγατέρα, ὡς ἐζημίωσεν αὐτὸν ὁ τοῦ ὑπομνηστευθέντος πατὴρ, γενόμενος τῶν ἀρχόντων, ἅτερος συμπαρέλαβε τοὺς ἐκτὸς τῆς πολιτείας, ὡς ἐπηρεασθείς.

25 Sex proxima exempla ad exuperantiam & immodicã amplificationẽ pertinent. Primum scriptum est ex tertio legum. Platonis, vbi plenissime narratur.

25 Quin etiam respubl. & in Oligarchiã & Democratiam & Timocratiam commumutantur si quis magistratus, vel si qua omnino pars ciuitatis, insi-

25 μεταβάλλουσι δὲ καὶ εἰς ὀλιγαρχίαν, καὶ εἰς δῆμον, καὶ εἰς πολιτείαν, ἐκ τοῦ εὐδοκιμῆσαί τι, ἢ αὐξηθῆναι ἢ ἀρχεῖον,

χεῖον, ἢ μόριον τῆς πόλεως· οἷον ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴ, εὐδοκιμήσασα ἐν τοῖς Μηδικοῖς, ἔδοξε συντονωτέραν ποιῆσαι τὴν πολιτείαν. καὶ πάλιν ὁ ναυτικὸς ὄχλος, γενόμενος αἴτιος τῆς περὶ Σαλαμῖνα νίκης, καὶ διὰ ταύτης, τῆς ἡγεμονίας, διὰ τὴν κατὰ θάλατταν δύναμιν, τὴν δημοκρατίαν ἰσχυροτέραν ἐποίησε. καὶ ἐν Ἄργει οἱ γνώριμοι εὐδοκιμήσαντες περὶ τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην τὴν πρὸς Λακεδαιμονίους, ἐπεχείρησαν καταλύειν τὸν δῆμον. καὶ ἐν Συρακούσαις ὁ δῆμος αἴτιος γενόμενος τῆς νίκης τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Ἀθηναίους, ἐκ πολιτείας εἰς δημοκρατίαν μετέβαλε. καὶ ἐν Χαλκίδι Φόξον τὸν τύραννον μετὰ τῶν γνωρίμων ὁ δῆμος ἀνελὼν, εὐθὺς εἴχετο τῆς πολιτείας. καὶ ἐν Ἀμβρακίᾳ πάλιν ὡσαύτως Περίανδρον συνεκβαλὼν τοῖς ἐπιθεμένοις ὁ δῆμος τὸν τύραννον, εἰς ἑαυτὸν περιέστησε τὴν πολιτείαν. καὶ ὅλως δὴ δεῖ τοῦτο μὴ λανθάνειν, ὡς οἱ δυνάμεως αἴτιοι γενόμενοι, καὶ ἰδιῶται, καὶ ἀρχαὶ, καὶ φυλαὶ, καὶ ὅλως

tis, insigni aliqua laude gloriaque augeatur, vt in Areopago cum ex Persarum Medorumque prælio, Senatus magnam laudem esset adeptus, visus est remp. ad maiorem seueritatem traducere. contra vero cum nautica turba victoriam apud Salamina peperisset, tum propter eius victoriæ principatum, tum propter etiam maris imperium, Democratiam firmiorē validioremq; reddidit. Sic Argis nobiles, quoniam ex ea pugna, quæ Mātineæ contra Lacedemonios commissa est, magnam laudē reportassent, Democratiam peruertere conati sunt. Et Syracusis populus cum victoriæ de bello aduersus Athenienses gesto author extitisset, ex Timocratia seu politia remp. in Democratiam mutauit. Atque etiam Chalcide, cum populus Phoxum tyrannū cumq; tyranno nobiles eiecisset, rempub. protinus occupauit. Itemq; Ambraciæ similiter populus expulso Periandro tyranno, tyrannique fautoribus, remp. sibi ipsi vendicauit: denique illud est tenendum quod qui potentiæ atque authoritatis authores extiterint, siue priuati, siue magistratus, siue tribus, siue (vt vno nomi-

ne dicam) quæuis pars ciuitatis ac multitudo, seditionẽ faciũt. Aut enim qui horum gloriæ inuident, ciuitatem commouent, aut etiam hi ipsi propter excellentiam ac præstantiam suam cum cæteris æquari se moleste ferunt.

μέρος καὶ ὁποιονοῦν πλῆθος, στάσιν κινοῦσιν. ἢ γὰρ οἱ τούτοις φθονοῦντες τιμωμένοις, ἄρχουσι τῆς στάσεως· ἢ οὗτοι, διὰ τὴν ὑπεροχὴν, οὐ θέλουσι μένειν ἐπὶ τῶν ἴσων.

26 *Tertium genus seditionum sine exemplis, item ad exuperantiam & amplificationem referri potest.*

26 Euertuntur etiam respub. quando partes ciuitatis (quæ videntur esse cõtrariæ) inter se adæquantur: vt opulenti & plebeii: Mediocres autem inter eos vel pauci vel omnino nulli. Etenim si pars altera valde superet, aduersus eam (quam constet esse potentiorem) reliqua minime contendet.

26 κινοῦνται δὲ αἱ πολιτεῖαι, καὶ ὅταν τἀναντία εἶναι δοκοῦντα μέρη τῆς πόλεως, ἰσάζῃ ἀλλήλοις· οἷον οἱ πλούσιοι καὶ ὁ δῆμος· μέσον δὲ, ἢ μικρὸν, ἢ μηδὲν πάμπαν. ἂν γὰρ πολὺ ὑπερέχῃ ὁποτερονοῦν τῶν μερῶν πρὸς τὸ φανερῶς κρεῖττον, τὸ λοιπὸν οὐ θέλει κινδυνεύειν.

27 *Consectariũ quare nulla sit à bonis viris seditio,*

27 Itaque viri boni & virtute præstãtes seditionẽ non faciũt: cum multis enim improbis comparati valde pauci fuerint. Quapropter (vt semel concludã) in omnibus rebusp. & seditionũ & mutationum principia eiusmodi sunt.

27 διὸ καὶ οἱ κατ' ἀρετὴν διαφέροντες οὐ ποιοῦσι στάσιν, ὡς εἰπεῖν· ὀλίγοι γὰρ γίγνονται πρὸς πολλούς. καθόλου μὲν οὖν περὶ πάσας τὰς πολιτείας αἱ ἀρχαὶ καὶ αἰτίαι τῶν στάσεων καὶ τῶν μεταβολῶν, τοῦτον ἔχουσι τὸν τρόπον.

28 *Declarantur ad extremum duæ caussæ summæ primarum publicarum vis & fraus, & vtraque duplex.*

29 *Disputatum est adhuc de generalibus mutationum ciuilium caussis. Sequitur specialis do-*

28 Mutantur etiam resp. interdum quidem vi, interdum autẽ fraude: vi, aut statim ab initio, aut postea necessitate imposita. Est etiam sane fraus duplex: alias enim per fraudẽ seductis ciuibus & consentientibus respublica commutatur: tum vero repugnantibus iisdem & in-

28 κινοῦσι δὲ τὰς πολιτείας, ὁτὲ μὲν, διὰ βίας. ὁτὲ δὲ, δι' ἀπάτης. διὰ βίας μὲν, ἢ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, ἢ ὕστερον ἀναγκάζοντες. καὶ γὰρ ἡ ἀπάτη διττή. ὁτὲ μὲν γὰρ ἐξαπατήσαντες τὸ πρῶτον, ἑκόντων μεταβάλλουσι τὴν πολιτείαν·

εἶθ'

ἔπειθ᾽ ὕστερον βίᾳ κατέχουσι ἀκόντων· οἷον ἐπὶ τῶν τετρακοσίων τὸν δῆμον ἐξηπάτησαν, φάσκοντες τὸν βασιλέα χρήματα παρέξειν πρὸς τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Λακεδαιμονίους· ψευσάμενοι δέ, κατέχειν ἐπειρῶντο τὴν πολιτείαν. ὁτὲ δὲ ἐξ ἀρχῆς τε πείσαντες, καὶ ὕστερον πάλιν πεισθέντων, ἑκόντων ἄρχουσιν αὐτῶν. ἁπλῶς μὲν οὖν περὶ πάσας τὰς πολιτείας, ἐκ τῶν εἰρημένων συμβέβηκε γίγνεσθαι τὰς μεταβολάς.

inuitis imperatur, vt in quadringentorũ dominatu contigit, qui cum populum initio fefellissent quod affirmarent regem pecunias ad bellum contra Lacedæmonios suppeditaturum tandem his dolis inducto populo, occupare remp. conati sunt: Alias autem cum initio statum reipub. commutandum persuasermt, etiam postea ciuib. in ea persuasione manentib. principatum ac dominatum arripiunt. His igitur in vniuersum caussis omnium rerumpubl. mutationes accidunt.

Ɖtrina de sp[illegible] singularum rerump mutationib. Incipit aūt Aristoteles [illegible] fuso ordine ab vltima rep [illegible] est Democratia. Ordo erat vt de iustis rebusp. [illegible] gno, Aristocratia, politia primum: tū de iniustis, Tyrannide, Oligarchia, Democratiaq; diceretur similis confusio fuit, lib. 4 Democratiæ, &c.

ΚΕΦ. ε.

CAP. V.

Καθ᾽ 29 ἕκαστον δὲ εἶδος πολιτείας ἐκ τούτων μερίζοντας, τὰ συμβαίνοντα δεῖ θεωρεῖν. αἱ μὲν οὖν δημοκρατίαι μάλιστα μεταβάλλουσι διὰ τὴν τῶν δημαγωγῶν ἀσέλγειαν. τὰ μὲν γὰρ, ἰδίᾳ συκοφαντοῦντες τοὺς τὰς οὐσίας ἔχοντας, συστρέφουσιν αὐτούς. συνάγει γὰρ καὶ τοὺς ἐχθίστους ὁ κοινὸς φόβος· τὰ δέ, κοινῇ τὸ πλῆθος ἐπάγοντες. καὶ τῶν τὸ ἐπὶ πολλῶν ἄν τις ἴδοι γιγνόμενον οὕτω. καὶ γὰρ ἐν Κῷ ἡ δημοκρατία

PARTITIS 29 igitur rerump generib. ac diuisis considerãdum iam erit quid singulis accidat, Democratiæ pręcęteris quidem caussis maxime commutãtur ob improbitatem hominũ popularium. Nam & priuatim calumniando, & publice populum concitando fortunatos & opulẽtos homines (aggregat enim & coniũgit vel inimicissimos cõmunis metus) ad coitionem ipsos inter se & coniurationẽ faciẽdum impellũt. Quarũ rerũ exẽpla permultis locis intueri licet.

Triplex eius est mutatio in Oligarchiã & extremam Democratiam. Primã Democratiæ mutatio est in Oligarchia per δημαγωγοὺς quib. diuites irritentur, & ad coniurandum impellantur. Sex exempla hic sunt quæ ad iniuriam referri possunt, & mox ad genera duo reuocatur. δημαγωγὸς, quem populare popularis [illegible] ieciatorem populi ducem populi assentatorē magistrum [illegible] ctorem [illegible] e timus, Græca tã[illegible] [illegible] significantior.

Nam in Choo cum tales auræ popularis improbos aucupes hæc haberet inſula, Democratia nobilium conſpiratione afflicta & ſublata eſt: Itemque Rhodi. Nã cum populi duces ſtipendia auerterent, atque inter ſe diuiderent, ob eam cauſſam debita trierarchis præmia perſolui prohibebant.

30 Hic locus Græce integro non eſt.

30 Trierarchæ vero ſtipendiis licet fraudati, cum lege nihilominus nauigare cogerẽtur, veriti iudiciorum pœnas, ad euertendam Democratiã conſpirauerunt. Concidit etiam Heracleę Democratia, vt primũ deducta colonia eſt, popularium aſſentatorum improbitate. Cum enim nobiles ab illis per iniuriam eſſent eiecti, hiq; inter ſe collecta & coacta manu patriam recuperaſſent, Democratiam deleuerunt. Eodemque modo Megaris ea corruit. Etenim cum illi plebis oratores, vt pecuniæ publicarẽtur, nobiles & inſignes ciues permultos eiicerent ac proſcriberẽt, hi reuerſi populum prælio vicerunt, & Oligarchiam inſtituerunt. Quod idem cuiuis accidit in Democratia quam Thraſimachus euertit.

31 Cõcludit ex plicatione primæ mutationis & exemplorũ ſummã ad duo iniuriarum genera redigit.

31 Ac in cæteris propemodum rebuſpubl. idem liceat

τία μετέβαλε πονηρῶν ἐγγινομένων δημαγωγῶν· οἱ γὰρ γνώριμοι συνέστησαν. καὶ ἐν Ῥόδῳ· μισθοφοράν τε γὰρ οἱ δημαγωγοὶ ἐπόριζον, καὶ ἐκώλυον ἀποδιδόναι τὰ ὀφειλόμενα τοῖς τριηράρχοις· οἱ δὲ, διὰ τὰς ἐπιφερομένας δίκας, ἠναγκάσθησαν συστάντες, καταλῦσαι τὸν δῆμον. κατελύθη δὲ καὶ ἐν Ἡρακλείᾳ ὁ δῆμος μετὰ τὸν ἀποικισμὸν εὐθὺς, διὰ τοὺς δημαγωγούς. ἀδικούμενοι γὰρ ὑπ' αὐτῶν οἱ γνώριμοι, ἐξέπιπτον· ἔπειτα ἀθροισθέντες οἱ ἐκπίπτοντες, καὶ κατελθόντες, κατέλυσαν τὸν δῆμον. παραπλησίως δὲ καὶ ἡ ἐν Μεγάροις κατελύθη δημοκρατία. οἱ γὰρ δημαγωγοὶ, ἵνα χρήματα ἔχωσι δημεύειν, ἐξέβαλον πολλοὺς τῶν γνωρίμων, ἕως πολλοὺς ἐποίησαν τοὺς φεύγοντας· οἱ δὲ, κατιόντες, ἐνίκησαν μαχόμενοι τὸν δῆμον, καὶ κατέστησαν τὴν ὀλιγαρχίαν. συνέβη δὲ ταυτὸν καὶ περὶ Κύμην ἐπὶ τῆς δημοκρατίας, ἣν κατέλυσε Θρασύμαχος.

31 σχεδὸν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἄν τις ἴδοι θεωρῶν τὰς μετα-

μεταβολὰς τοῦτον ἐχούσας τὸν τρόπον. ὁτὲ μὲν γάρ, ἵνα χαρίζωνται, ἀδικοῦντες τοὺς γνωρίμους συνιστᾶσιν· ἢ τὰς οὐσίας ἀναδάστους ποιοῦντες, ἢ τὰς προσόδους ταῖς λειτουργίαις· ὁτὲ δέ, διαβάλλοντες, ἵν᾽ ἔχωσι δημεύειν τὰ κτήματα τῶν πλουσίων.

32 ἐπὶ δὲ τῶν ἀρχαίων, ὅτε γένοιτο ὁ αὐτὸς δημαγωγὸς καὶ στρατηγός, εἰς τυραννίδα μετέβαλλον. σχεδὸν γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν ἀρχαίων τυράννων, ἐκ δημαγωγῶν γεγόνασιν.

33 αἴτιον δὲ τοῦ τότε μὲν γίγνεσθαι, νῦν δὲ μή· ὅτι τότε μὲν οἱ δημαγωγοὶ ἦσαν ἐκ τῶν στρατηγούντων· οὐ γάρ πω δεινοὶ ἦσαν λέγειν· νῦν δέ, τῆς ῥητορικῆς ηὐξημένης, οἱ δυνάμενοι λέγειν, δημαγωγοῦσι μέν, δι᾽ ἀπειρίαν δὲ τῶν πολεμικῶν, οὐκ ἐπιτίθενται, πλὴν εἴ που βραχύ τι γέγονε τοιοῦτον.

34 ἐγίγνοντο δὲ τυραννίδες πρότερον μᾶλλον ἢ νῦν, καὶ διὰ

agnoſcere, ſi quis tales ruinas & euerſiones contēpletur. Tales enim populi rectores & magiſtri, vt populo per iniuriam gratificentur, ſummos & claros viros irritant & concitant, alias enim eorū poſſeſſiones per æquationem bonorū populo diuidunt, vel ad reip. ſubſidia vectigales faciunt: alias calumniando & malitioſe criminādo idem faciunt, vt diuitum bona proſcribere & publicare poſſit.

[32] Antiquis vero temporibus cum eſſet idem multitudinis rector & exercitus ductor, Democratiæ in Tyrannidem mutabantur, & veteres tyranni fere omnes ex iis, qui magnam in populo gratiam & iactationem haberent, effecti ſunt.

32 Secūda Democratiæ mutatio eſt in tyrannidem. Tres autē cauſſæ ſunt cur olim ſæpius fieret è Democratia tyrannis, prima quia belli duces erant δημαγωγοί.

[33] Cauſſa vero eſt quamobrem id tum accideret, hoc autem tempore non accidat, quod belli duces tum primū valebant apud populum, eumque facile pro ſuo arbitrio regebāt. Nec enim dum oratores exſtiterant. Nunc vero tantis eloquentiæ ſtudiis excitatis, qui dicendi atque orandi prudentia valent, populum quidem quocunq; velint, reducunt, ſed imperitia rerum bellicarum nouare nihil audent, niſi ſicubi leuiter id eſt tentatum. [34] Tyrannides autem priſcis quam

33 Exponit tres cauſſas cur olim potius in tyrannidē Democratia mutaretur, prima quia belli duces plurimū gratia tum valebant apud populum.

34 Secūda cauſſa quod belli ducibus ſummi magiſtratus crederentur.

præsentibus temporib. frequentiores erant, quia summi potentatus quibusdam committerētur & crederentur: quemadmodum Mileti Tyrannis ex Prytania orta est. Multarū enim magnarumque rerum authoritas [35] Prytani mandabatur.

[36] Alia etiam caussa fuit, quia tum non magnæ ciuitates essent, sed populus in agris habitaret, & in opere faciundo laboriose viueret.

[37] Itaque populi magistratus cum bellicas artes didicissent, tyrannidem affectabant, idque faciebant populi grata & authoritate freti, quam videlicet assequebantur, si diuitibus essent infensi atque inimici vt & Athenis Pisistratus commota aduersus [38] Pædiacos seditione: & Theagenes Megaris cęsis diuitum pecoribus, quę ad fluuium pascentia compererat: & Dionysius cū Daphneum, cæterosque locupletes reos fecisset, tyrannidem obtinuit, quia propter illas inimicitias sese pro defensore populari probauisset. [39] Mutantur præterea Democratiæ ex auita patriaque forma in recentissimam & postremam. Vbi enim magistratus suffragiis creantur, populusque ęligit populares duces ho-

διὰ τὸ μεγάλας ἀρχὰς ἐγχειρίζεσθαί τισιν· ὥσπερ ἐν Μιλήτῳ ἐκ τῆς πρυτανείας· πολλῶν γὰρ ἦν καὶ μεγάλων κύριος ὁ [35] πρύτανις.

[36] ἔτι δὲ, διὰ τὸ μὴ μεγάλας εἶναι τότε τὰς πόλεις, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἀγρῶν οἰκεῖν τὸν δῆμον, ἄσχολον ὄντα πρὸς τοῖς ἔργοις, [37] οἱ προστάται τοῦ δήμου, ὅτε πολεμικοὶ γένοιντο, τυραννίδι ἐπετίθεντο. πάντες δὲ τοῦτο ἔδρων ὑπὸ τοῦ δήμου πιστευθέντες· ἡ δὲ πίστις ἦν ἡ ἀπέχθεια ἡ πρὸς τοὺς πλουσίους· οἷον Ἀθήνησί τε Πεισίστρατος στασιάσας πρὸς τοὺς [38] πεδιακούς· καὶ Θεαγένης ἐν Μεγάροις τῶν εὐπόρων τὰ κτήνη ἀποσφάξας, λαβὼν παρὰ τὸν ποταμὸν ἐπινέμοντας. καὶ Διονύσιος κατηγορῶν Δαφναίου, καὶ τῶν πλουσίων, ἠξιώθη τῆς τυραννίδος, διὰ τὴν ἔχθραν πιστευθεὶς, ὡς δημοτικὸς ὤν.

[39] μεταβάλλουσι δὲ καὶ ἐκ τῆς πατρίας δημοκρατίας εἰς τὴν νεωτάτην. ὅπου γὰρ αἱρεταὶ μὲν αἱ ἀρχαὶ, μὴ ἀπὸ τιμημάτων δέ· αἱρεῖται δὲ ὁ δῆμος, δημαγωγοῦντες οἱ σπου-

σπουδαρχι-

35 Prytanis summus erat Athenis magistratus vnus è quinquaginta, qui decimam partem consilii quingenarii cōficiebant, hinc ea magistratus illo Prytania dicebatur.

36 Tertia caussa quod vrbes tum paruæ essent, vbi declaratur exemplis, quomodo ducū popularitas tyrannidē faciat.

37 Declarat exemplis illā ducum popularitatem, tyrannidis effectum fuisse.

38 Tres sectæ Athenis tum fuerunt. Pediaci, Diacrii, Parali, primi erāt Oligarchici, secundi Democratici, tertii medii, de quo Plutarchus in Solone.

39 Tertia mutatio Democratiæ fit ex prima in vltimam, cui suū remedium additur.

δημαγωγοῦντες, εἰς τοῦτο καθιστᾶσιν ὡς κύριον εἶναι τὸν δῆμον καὶ τῶν νόμων. ἄκος δὲ ἢ τοῦ ἢ μὴ γίνεσθαι ἢ τοῦ γίνεσθαι ἧττον, τὸ τὰς φυλὰς φέρειν τοὺς ἄρχοντας, ἀλλὰ μὴ πάντα τὸν δῆμον. τῶν μὲν οὖν δημοκρατιῶν αἱ μεταβολαὶ γίγνονται πᾶσαι σχεδὸν διὰ ταύτας τὰς αἰτίας.

noris ambitione & cupiditate incensi rem eo redigunt vt populo summa in leges authoritas permittatur. Quod ne fiat, aut certe remissius fiat, id erit remedio, si tribus singulæ diuersis ac diuisis tẽporibus, non vno tẽpore populus vniuersus magistratus suos faciat. His igitur de caussis Democratiæ commutari & euerti solent.

126 Tertium. Accepti & expenſi rationem reddat, quod adiunctis cõmodis approbatur.

superiores tyranni quidam fecerunt. Nam qui sic remp. administrabit, non tyrannus sed œconomus esse videbitur. neque metuendum est nequando pecuniis & opib. tyrannus egeat, cum ciuitatis sit dominus. Imo vero si forte domo & vrbe exierit, vtilius id erit, quã domi coaceruantes & conditos thesauros relinquere. Minus enim tyrannici in vrbe relicti custodes nouis rebus studebunt quos quidam tyranni peregre exeuntes magis quã ciues suos formidant, ciues enim tyrannum comitãtur, & illi custodes in vrbis custodia remanent.

127 *Quartum. Vectigalia reip. caussa imperare videatur.*

127 Tributa quoque & vectigalia tyrannis sic indicere & imperare debet, vt id œconomiæ gratia facere, & ad belli necessitates & vsus respicere, deniq; seipsum velúti publicæ pecuniæ non suæ & propriæ custodem & questorem præstare videatur.

128 *Quintum. Superbiã suam tyrannus grauitatis specie & ciuilis virtutis prætexat.*

128 Præterea se non difficilem & insolẽtem, sed constãtem & grauẽ fingat, quod hinc efficietur, si qui ad illum conueniendi & colloquendi gratia adibunt, non timeant sed potius vereãtur, quod assequi tamen non facile possit is, qui facile contemnatur. Quamobrẽ tam-

πανωμένων· ὅπερ ἤδη πεποιήκασί τινες τῶν τυράννων· οὕτω γὰρ ἄν τις διοικῶν, οἰκονόμος, ἀλλ' οὐ τύραννος εἶναι δόξει. οὐ δεῖ δὲ φοβεῖσθαι μήποτε ἀπορήσῃ χρημάτων, κύριος ὢν τῆς πόλεως· ἀλλὰ τοῖς γ' ἐκτοπίζουσι τυράννοις ἀπὸ τῆς οἰκίας, καὶ συμφέροι τοῦτο μᾶλλον, ἢ καταλιπεῖν ἀθροίσαντας· ἧττον γὰρ ἂν οἱ φυλάττοντες ἐπιθεῖντο τοῖς πράγμασιν. εἰσὶ δὲ φοβερώτεροι τῶν τυράννων τοῖς ἀποδημοῦσιν οἱ φυλάττοντες, τῶν πολιτῶν· οἱ μὲν γὰρ, συναποδημοῦσιν· οἱ δὲ, ὑπομένουσιν.

127 ἔπειτα τὰς εἰσφορὰς καὶ τὰς λειτουργίας δεῖ φαίνεσθαι τῆς τε οἰκονομίας ἕνεκα συνάγοντα· κἄν ποτε δεηθῇ, χρῆσθαι πρὸς τοὺς πολεμικοὺς καιρούς. ὅλως τε αὑτὸν παρασκευάζειν φύλακα καὶ ταμίαν ὡς κοινῶν, ἀλλὰ μὴ ὡς ἰδίων.

128 καὶ φαίνεσθαι μὴ χαλεπὸν, ἀλλὰ σεμνόν. ἔτι δὲ τοιοῦτον, ὥστε μὴ φοβεῖσθαι τοὺς ἐντυγχάνοντας, ἀλλὰ μᾶλλον αἰδεῖσθαι. τούτου μέντοι τυγχάνειν οὐ ῥᾴδιον, ὄντα εὐκαταφρόνητον.

φρόνητον. διὸ δεῖ, κἂν μὴ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἐπιμέλειαν ποιῆται, ἀλλὰ τῆς πολιτικῆς, καὶ δόξαν ἐμποιεῖν περὶ αὑτοῦ τοιαύτην.

129 ἔτι δὲ μὴ μόνον αὐτὸν φαίνεσθαι μηδένα τῶν ἀρχομένων ὑβρίζοντα, μήτε νέον, μήτε νέαν, ἀλλὰ μηδ' ἄλλον μηδένα τῶν περὶ αὐτόν. ὁμοίως δὲ καὶ τὰς οἰκείας ἔχειν γυναῖκας πρὸς τὰς ἄλλας. ὡς καὶ διὰ γυναικῶν ὕβρεις πολλαὶ τυραννίδες ἀπολώλασι.

περί τε τὰς ἀπολαύσεις τὰς σωματικὰς τοὐναντίον ποιεῖν, ἢ νῦν τινες τῶν τυράννων ποιοῦσιν. οὐ γὰρ μόνον εὐθὺς ἕωθεν τοῦτο δρῶσι, καὶ συνεχῶς πολλὰς ἡμέρας, ἀλλὰ καὶ φαίνεσθαι τοῖς ἄλλοις βούλονται τοῦτο πράττοντες, ἵν' ὡς εὐδαίμονας καὶ μακαρίους θαυμάσωσιν. ἀλλὰ μάλιστα μὲν μετριάζειν τοῖς τοιούτοις· εἰ δὲ μή, τό γε φαίνεσθαι τοῖς ἄλλοις διαφεύγειν. οὔτε γὰρ εὐεπίθετος, οὔτ' εὐκαταφρόνητος ὁ νήφων, ἀλλ' ὁ μεθύων· οὐδ' ὁ ἄγρυπνος, ἀλλ' ὁ καθεύδων.

etſi cæterarum laudum nulla tyrannis cura ſit, attamen ciuilis virtutis imprimis habenda eſt ratio, eaque de ſe ipſis confirmanda opinio.

129 Atque etiam non ſolũ tyrannus ipſe ſubditorum ſuorum nemini, neque puero neq; puellæ, ſed ne familiarium ipſius & domeſticorum quiſquam iniuriam afferre videatur. In eadẽ continẽtia tyranni cõiuges appareant, ne ſint in alias mulieres cõtumelioſæ, quia tyrannicæ dominationes permultæ mulierum contumeliis euerſæ ſunt, quod etiã ad voluptates corporis attinet, contraquam pleriq; noſtrorum temporum tyranni faciant, erit faciendum. Nam qui tyrannidem nunc tenẽt, non ſolum ſimulatque diluxit dies, permultos etiã continuos voluptatibus corporis ſe tradunt, ſed apud alios etiam ſuas delicias ac voluptates prædicant & oſtentãt, vt ab illis tanquam fœlices ac beati ſuſpiciantur. At hæc imprimis quidem moderanda ſunt ac temperanda, aut certe moderatio quædam & temperatio fingẽda. Nec enim ſobrii, ſed ebrii, neque vigilantes ſed dormientes facile oppugnantur & contemnuntur.

129 Sextũ. Tyrannus tyrãnique familiares & domeſtici à ſubditorum iniuriis & contumeliis abſtinere videantur: & explicatur collatione tyrannorum.

130 Septimum. His contraria ſimuletur, quæ in prima tyrãnidis conſeruatione dicta ſunt

130 Contraria etiam malis illis, quæ ſupra memorauimus, agenda ſunt, ciuitas enim velut à procuratore & patrono, non ab oppreſſore & tyranno componenda & ornanda eſt.

130 τοὐναντίον τε ποιητέον τῶν πάλαι λεχθέντων σχεδὸν πάντων. κατασκευάζειν γὰρ δεῖ καὶ κοσμεῖν τὴν πόλιν, ὡς ἐπίτροπον ὄντα, καὶ μὴ τύραννον.

131 Octauum. Summa religio ſumme ſimuletur: quod adiũctis commodis approbatur.

131 Præterea eos eximia ſingularique religione colere ac venerari videatur. Nam minus iniurias ab eo principe ſubditi metuũt, quem religioſum & Deorũ cultui deditum arbitrantur: eiq; velut commilitones deos & adiutores habenti minus inſidiantur. Nec vero ſtulta & anili ſuperſtitione, ſed vera & conſtanti religione talem videri neceſſe eſt.

131 ἔτι δὲ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς φαίνεσθαι ἀεὶ σπουδάζοντα διαφερόντως. ἧττόν τε γὰρ φοβοῦνται τὸ παθεῖν τι παράνομον ὑπὸ τῶν τοιούτων, ἐὰν δεισιδαίμονα νομίζωσιν εἶναι τὸν ἄρχοντα, καὶ φροντίζειν τῶν θεῶν· καὶ ἐπιβουλεύουσιν ἧττον, ὡς συμμάχους ἔχοντι καὶ τοὺς θεούς. δεῖ δ' ἄνευ ἀβελτηρίας φαίνεσθαι τοιοῦτον.

132 Nonũ. Iuſtitiam ſic exerceat tyrannus ꝑ ſe erga viros claros magnifice muneretur: nocentes per ſuos magiſtratus puniat.

132 Tum etiam viros reb. præclare geſtis egregios iis honoribus afficere debebit, vt à libera & ſuis legib. vtente ciuitate maiores ſe conſequi potuiſſe non exiſtiment: atq; hos honores per ſe quidem, ipſe tyrãnus tribuet, eamque ſibi gratiam propriam reſeruabit. Pœnarum autem & ſuppliciorum ſeueritatem & acerbitatem magiſtratibus aliis iudiciiſque committet.

132 τούς τε ἀγαθοὺς περί τι γιγνομένους τιμᾶν οὕτως, ὥστε μὴ νομίζειν ἄν ποτε τιμηθῆναι μᾶλλον ὑπὸ τῶν πολιτῶν αὐτονόμων ὄντων. καὶ τὰς μὲν τοιαύτας τιμὰς ἀπονέμειν αὐτόν· τὰς δὲ κολάσεις δι' ἑτέρων ἀρχόντων καὶ δικαστηρίων.

133 Decimum. Sicut proximũ ſequens correctio quædam eſt non: vt potius multi quam vnus augeatur, neque ii feroces.

133 Omnis autẽ monarchiæ retinendæ & conſeruandę communis eſt cautio, neminem vnum magnis o-

133 κοινὴ δὲ φυλακὴ πάσης μοναρχίας, τὸ μηδένα ποιεῖν ἕνα μέγαν· ἀλλ' εἴπερ, πλείους· τηρήσουσι γὰρ ἀλλήλους.

λους· ἐὰν δ' ἄρα τινὰ δέῃ ποιῆσαι μέγαν, μή τοι τό γε ἦθος θρασύν· ἐπιθετικώτατον γὰρ τὸ τοιοῦτον ἦθος περὶ πάσας τὰς πράξεις·

134 καὶ τῆς δυνάμεώς τινα δοκῇ παραλύειν, ἐκ προσαγωγῆς τοῦτο δρᾶν, καὶ μὴ πᾶσαν ἀθρόον ἀφαιρεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν.

135 ἔτι δὲ, πάσης μὲν ὕβρεως εἴργεσθαι· παρὰ πάσας δὲ δυοῖν, τῆς τε εἰς τὰ σώματα κολάσεως, καὶ τῆς εἰς τὴν ἡλικίαν. μάλιστα δὲ ταύτην ποιητέον τὴν εὐλάβειαν περὶ τοὺς φιλοτίμους. τὴν μὲν γὰρ εἰς τὰ χρήματα ὀλιγωρίαν, οἱ φιλοχρήματοι φέρουσι βαρέως· τὴν δὲ εἰς ἀτιμίαν, οἵ τε φιλότιμοι καὶ οἱ ἐπιεικεῖς τῶν ἀνθρώπων. διόπερ ἢ μὴ χρῆσθαι δεῖ τοῖς τοιούτοις, ἢ τὰς μὲν κολάσεις πατρικῶς φαίνεσθαι ποιούμενον, καὶ μὴ δι' ὀλιγωρίαν· τὰς δὲ πρὸς τὴν ἡλικίαν ὁμιλίας, δι' ἐρωτικὰς αἰτίας, ἀλλὰ μὴ δι' ἐξουσίαν. ὅλως δὲ τὰς

pibus & honoribus augere & ornare. Sed (ſi commodum id erit) plures: propterea quod aliús alium cuſtodiet & obſeruabit. At ſi quis amplis honoribus augendus ſit, in eo tamen feroces & audaces mores fugiendi & cauendi erunt: tales enim mores omnium commotionum & perturbationum ſunt auidiſſimi.

134 Si quis autem poteſtate ſpoliādus videatur ea ſenſim & paulatim minuenda erit, non tota ſimul auferenda.

134 Vndecimū. Repetitur de nume o 61. vt inferiorum potentia paulatim minuatur.

135 Cum autem ab omni iniuria tyrannus abſtinere debeat, tum certe imprimis duabus, ne crudeliter in cuiuſquam corpus ſeruiat, neue ætati, gratia libidinis illudat, eaque cautio erga homines laudis auidos & honoris appetentes diligenter adhibēda eſt: vt enim auari pecuniæ, ſic honoris & bonæ famæ ſtudioſi bonique viri, gloriç iacturam grauiter ferunt. Quamobrem aut ab his ſuppliciis omnino eſt abſtinendum, aut his veluti paterna quadā grauitate, non inſolēti crudelitate eſt vtendum: amorumque conſuetudini eadem ſpeciės prætexenda eſt, vt nō à libidine & licentia ſed ab amore & gratia profecta videatur, omni-

135 Reuetit ſexium documētum & latius explicat de contumeliarum acerbitate de amorum libidine.

noque macula quæcumque videbitur iniusta, maioribus honoribus redimenda & cōpensanda est. Ex his vero qui vim tyrannis & manus afferre audeant, hi maxime sunt formidandi, & imprimis obseruandi, qui modo necē tyrannis attulerint, de vita sua nil laborāt. Itaque tales maxime obseruandi sunt, si vel se vel sibi charos contumelia affectos existiment. Nihil enim sibi consulunt aut parcunt qui ad impetum faciēdum ira concitantur, quemadmodum etiam ait Heraclitus, cum inquit, χαλεπὸν εἶναι θυμῷ μάχεσθαι difficile est contra iram pugnare, eam siquidem pugnam vitæ præcio animæque dispēdio constare.

136 Duodecimū conciliet sibi tyrannus ciuium beneuolentiam sed imprimis potentiorum.

136 Quoniam vero ciuitates duabus ex partib. constant, pauperib. & diuitibus, perficiendum est imprimis vt existiment vtrique se sui principis auxilio beneficioq; seruari, aliosque ab aliorum iniuriis contineri: vtrilibet autem sint potētiores, hi tyranno sunt omnium studio conciliandi. Nam si tyrannus eos sibi adiunxerit, nec seruos liberare ac manumittere, nec arma ciuibus adimere cogetur. Parte enim altera potentiæ eius adiuncta, satis

ἢ τὰς δοκούσας ἀτιμίας, ἐξωνεῖσθαι μείζοσι τιμαῖς. τῶν δὲ ἐπιχειρούντων ἐπὶ τὴν τοῦ σώματος διαφθορὰν, οὗτοι φοβερώτατοι, καὶ δέονται πλείστης φυλακῆς, ὅσοι μὴ προαιροῦνται περιποιεῖσθαι τὸ ζῆν διαφθείραντες. διὸ μάλιστα εὐλαβεῖσθαι δεῖ τοὺς ὑβρίζεσθαι νομίζοντας, ἢ αὐτοὺς, ἢ ὧν κηδόμενοι τυγχάνουσιν· ἀφειδῶς γὰρ ἑαυτῶν ἔχουσιν οἱ διὰ θυμὸν ἐπιχειροῦντες· καθάπερ καὶ Ἡράκλειτος εἶπε, χαλεπὸν φάσκων εἶναι θυμῷ μάχεσθαι· ψυχῆς γὰρ ὠνεῖσθαι.

136 ἐπεὶ δὲ αἱ πόλεις ἐκ δύο συνεστήκασι μορίων, ἔκ τε τῶν ἀπόρων ἀνθρώπων, καὶ τῶν εὐπόρων, μάλιστα μὲν ἀμφοτέρους ὑπολαμβάνειν δεῖ σώζεσθαι διὰ τὴν ἀρχὴν, καὶ τοὺς ἑτέρους ὑπὸ τῶν ἑτέρων ἀδικεῖσθαι μηδέν· ὁπότεροι δὲ ἂν ὦσι κρείττους, τούτους ἰδίους μάλιστα ποιεῖσθαι τῆς ἀρχῆς· ὡς, ἂν ὑπάρξῃ τοῦτο τοῖς πράγμασιν, οὔτε δούλων ἐλευθέρωσιν

θέρωσιν ἀνάγκη ποιεῖσθαι τὸν τύραννον, οὔτε ὅπλων παραιρέσιν· ἱκανὸν γὰρ θάτερον μέρος πρὸς τῇ δυνάμει προστιθέμενον, ὥστε κρείττους εἶναι τῶν ἐπιτιθεμένων.

137 περίεργον δὲ τὸ λέγειν καθ' ἕκαστον τῶν τοιούτων. ὁ γὰρ σκοπὸς φανερὸς, ὅτι δεῖ μὴ τυραννικὸν, ἀλλ' οἰκονόμον καὶ βασιλικὸν εἶναι φαίνεσθαι τοῖς ἀρχομένοις· καὶ μὴ σφετεριστὴν, ἀλλ' ἐπίτροπον· καὶ τὰς μετριότητας τοῦ βίου διώκειν, μὴ τὰς ὑπερβολάς. ἔτι δὲ τοὺς μὲν γνωρίμοις καθομιλεῖν, τοὺς δὲ πολλοὺς δημαγωγεῖν. ἐκ γὰρ τούτων ἀναγκαῖον, οὐ μόνον τὴν ἀρχὴν εἶναι καλλίω καὶ ζηλωτοτέραν, τῷ βελτιόνων ἄρχειν, καὶ μὴ τεταπεινωμένων· μηδὲ μισούμενον καὶ φοβούμενον διατελεῖν· ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρχὴν εἶναι πολυχρονιωτέραν. ἔτι δὲ αὐτὸν διακεῖσθαι κατὰ τὸ ἦθος, ἤτοι καλῶς πρὸς ἀρετὴν, ἢ ἡμίχρηστον ὄντα· καὶ μὴ πονηρὸν, ἀλλ' ἡμιπόνηρον.

ſatis erit ad eos reprimendũ, qui res nouas mouere & turbare tentabunt.

137 Verumtamen de his ſingulis præcipere ſuperuacaneum fuerit, cum huc omnia referenda ſint vt ſubditis non tyrannus, ſed œconomus, & regia quadam virtute præditus nõ ciuium depeculator ſed reipubl. tutor & procurator: nec intemperantis & inſolentis cupiditatis conſectator ſed laudabilis & honeſtæ vitæ moderator & author appareat: vtque ſe nobilitati familiarem & plebi popularem præbeat. Ex his enim rebus neceſſario principatus ille nõ ſolum illuſtrior & amabilior cum prçſtantibus nec abiectis viris hic princeps imperabit, quem nec oderint ciues, nec metuant, verum etiam conſtãtior & diuturnior exiſtet: denique moribus his præditus ſit vt vel præclare ad virtutem comparatus & affectus, vel iam ſemibonus, aut certe non malus, ſed ſemimalus eſſe videatur.

137 Epilogus, quo ſecunda tyrannidis conſeruatio cõcluditur, vt tyrannus ad regiam bonitatem quã proxime poterit, accedat, vt vniuerſi populi gratiam quærat, vt probos mores præſeferat.

CAP. XII.

138 Monarchiarum, imo etiam cæterarum rerump. labe & salute exposita videtur Aristoteles generatim de omnium rerump. diuturnitate comparationẽ quandam induxisse. Proponit tamẽ duntaxat de duab. Oligarchia & tyrannide & quidẽ de tyrannide sola exequitur, quam putat annis centũ diuturniorem nũquam fuisse: res quatuor exẽplis exponitur. Licet autem à tyrannide sursum versus retroq. progredi ad Oligarchiã Democratiam, politiam, Aristocratiam, regnum, vt diuturnitatis collatio definiatur.

ATQVI [138] omnium rerumpub. breuissimæ sunt, minimæque vitæ Oligarchia & tyrannis. Diutissime enim omnium Tyrannidum Sycione permansit ea tyrannis, quam Orthagoras Orthagoræque posteri tenuerunt. Annos enim centum stetit, cuius diuturnitatis ea caussa fuit, quod ciues suos moderate tractabant, & permulta secũdum leges administrabãt: & quoniam Clisthenes bellicosus erat, nõ contemnebatur, multaque populo gratificabatur: quin etiam fertur eum iudicem (à quo victoriæ præmiũ illi abiudicatum esset) corona donauisse. Nõnulli vero statuam illam quæ Sicyone in foro posita est, imaginẽ iudicis eius esse tradunt. Aiunt etiam Pisistratum, cum dies ei dicta esset, Areopagi iudicium subiisse. Diuturnitati deinde huic proxima fuit Corinthia, Cypselidarũ tyrannis. Hæc enim tres annos & septuaginta, mensesque sex floruit. Cypselus enim triginta annos tyrannidem

ΚΕΦ. ιβ.

ΚΑί τοι [138] πασῶν ὀλιγοχρονιώτεραι τῶν πολιτειῶν εἰσιν, ὀλιγαρχία καὶ τυραννίς. πλεῖστον γὰρ ἐγένετο χρόνον ἡ περὶ Σικυῶνα τυραννίς, ἡ τῶν Ὀρθαγόρου παίδων, καὶ αὐτοῦ Ὀρθαγόρου· ἔτη δ' αὕτη διέμεινεν ἑκατόν. τούτου δ' αἴτιον, ὅτι τοῖς ἀρχομένοις ἐχρῶντο μετρίως, καὶ πολλὰ τοῖς νόμοις ἐδούλευον. καὶ διὰ τὸ πολεμικὸς γενέσθαι Κλεισθένης, οὐκ ἦν εὐκαταφρόνητος. καὶ τὰ πολλὰ ταῖς ἐπιμελείαις ἐδημαγώγουν. λέγεται γοῦν Κλεισθένης τὸν ἀποκρίναντα τῆς νίκης αὐτὸν, ὡς ἐστεφάνωσεν· ἔνιοι δ' εἰκόνα φασὶν εἶναι τοῦ κρίναντος οὕτω, τὸν ἀνδριάντα τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ καθήμενον. φασὶ δὲ καὶ Πεισίστρατον ὑπομεῖναί ποτε προσκληθέντα δίκην εἰς Ἄρειον πάγον. δευτέρα δὲ περὶ Κόρινθον ἡ τῶν Κυψελιδῶν· καὶ γὰρ αὕτη διετέλεσεν ἔτη τρία καὶ ἑβδομήκοντα, καὶ ἓξ μῆνας. Κύψελος μὲν γὰρ, ἐτυράννησεν ἔτη τριάκοντα· Περίανδρος δὲ, τετταράκοντα καὶ τέτταρα· Ψαμμήτιχος δ' ὁ Γορδίου, τρία ἔτη. τὰ

τη. τὰ δ' αἴτια, ταὐτὰ καὶ ταύτης· ὁ μὲν γὰρ Κύψελος, δημαγωγὸς ἦν, καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν διετέλεσεν ἀδορυφόρητος· Περίανδρος δ', ἐγένετο μὲν τυραννικὸς, ἀλλὰ πολεμικός· τρίτη δ' ἡ τῶν Πεισιστρατιδῶν Ἀθήνησιν· οὐκ ἐγένετο δὲ συνεχής· δὶς γὰρ ἔφυγε Πεισίστρατος τυραννῶν. ὥστε ἐν ἔτεσι τριάκοντα καὶ τρισὶν, ἑπτακαίδεκα ἔτη τούτων ἐτυράννευσεν· ὀκτωκαίδεκα δὲ οἱ παῖδες. ὥστε τὰ πάντα ἐγένετο ἔτη τριάκοντα καὶ πέντε. τῶν δὲ λοιπῶν, ἡ περὶ Ἱέρωνα καὶ Γέλωνα περὶ Συρακούσας. ἔτη δ' οὐδ' αὕτη πολλὰ διέμεινεν, ἀλλὰ τὰ σύμπαντα δυοῖν δέοντα εἴκοσι. Γέλων μὲν γὰρ, ἑπτὰ τυραννεύσας, τῷ ὀγδόῳ τὸν βίον ἐτελεύτησε· δέκα δ', Ἱέρων· Θρασύβουλος δὲ, τῷ ἑνδεκάτῳ μηνὶ ἐξέπεσεν. αἱ δὲ πολλαὶ τῶν τυραννίδων ὀλιγοχρόνιαι πᾶσαι γεγόνασι παντελῶς. τὰ μὲν οὖν περὶ τὰς πολιτείας, καὶ τὰ περὶ τὰς μοναρχίας, ἐξ ὧν

nidem tenuit. Periãder quatuor & quadraginta. Psammetichus Gordii filius tres. Eędem etiam causię diuturnitatis huius fuerũt. Cypselus enim tam popularis fuit, vt imperium sine vlla corporis custodia teneret. Periander acerbe quidem & crudeliter imperauit, vir alioqui bello clarus & nobilis.

Tertia tyrannis diuturna Pisistratidarum Athenis fuit, tametsi non continua. Bis enim Pisistratus tyrannide pulsus & eiectus est. Itaque ex annis triginta tribus, septemdecim tãtum rempub. tenuit, octodecim eius liberi. Summa igitur annorum triginta quinque fuit. E reliquis vero diutissime permãsit ea, quam Syracusis Hiero Geloque tenuerunt, quæ non multos tamen annos permansit, sed duodeuiginti duntaxat stetit. Gelo namque cum annos septem reipubl. præfuisset, octauo demum anno diem suũ obiit. Hiero autem decem annos imperauit. At Trasibulus vndecimo mense pulsus est. Denique pleraq; omnia tyrannorum imperia breuissimo tempore durauerunt. Quibus igitur rebus & aliæ respublicæ & monarchiæ deleantur, & vicissim

conseruentur, omnino fere dictum est. [139] In Platonis autem politia de ciuilibus commutationibus à Socrate disputatur, sed non recte disputatur. Nec enim optimæ & primæ reip. propriam & præcipuam mutationem tradit. At eius interitum ex ea caussa deducit, quod nihil firmum & stabile in eodem statu perpetuum permaneat, sed quodam circuitu temporis quoduis mutetur & intereat. Principium vero horum esse inquit ea quorum fundus [140] sesquitertius quinario coniugatus & copulatus genuinos concentus efficit: additq; id tum futurum, cum descriptionis huius ac figuræ numerus solidus fuerit, quasi natura quandoque tam prauos tamque à bono & honesto auersos gignat, vt emēdari doctrina & corrigi nullo pacto possint.

ἐξ ὧν τε φθείρονται, καὶ πάλιν σώζονται, σχεδὸν εἴρηται περὶ πάντων.

[139] ἐν δὲ τῇ πολιτείᾳ λέγεται μὲν περὶ τῶν μεταβολῶν ὑπὸ τοῦ Σωκράτους· οὐ μέντοι λέγεται καλῶς· τῆς τε γὰρ ἀρίστης πολιτείας καὶ πρώτης οὔσης, οὐ λέγει τὴν μεταβολὴν ἰδίως. φησὶ γὰρ αἴτιον εἶναι τὸ μὴ μένειν μηθὲν, ἀλλ' ἔν τινι περιόδῳ μεταβάλλειν. ἀρχὴν δ' εἶναι τούτων, [140] ὧν ἐπίτριτος πυθμὴν πεμπάδι συζυγεὶς δύο ἁρμονίας παρέχεται· λέγων, ὅταν ὁ τοῦ διαγράμματος ἀριθμὸς τούτου γένηται στερεὸς, ὡς τῆς φύσεώς ποτε φυούσης φαύλους καὶ κρείττους τῆς παιδείας· τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ λέγων ἴσως οὐ κακῶς· ἐνδέχεται γὰρ εἶναί τινας, οὓς παιδευθῆναι

139 Reliqua capitis huius oratione octauus Platonis liber de republ. reprehenditur. In quo nō recte descriptas esse rerump. mutationes, Aristoteles deinde disputat. Plato autē optimam remp. ait in Laconicam, hāc in Oligarchiam: q̄ deinde in Democratiam, & Democratiam postremo in Tyrannidem mutari: Prima reprehensio est de caussa primæ mutationis, quę non propria optimæ reipubl. à Platone, sed cōmunis omnium rerumpub. doceatur. Socrates autem octauo de rep. cū septem libris superioribus optimā & primam rempub. descripsisset: docet hanc remp. tandiu permansuram, quandiu concordia consensioque fuerit, perituram autem cum discordia fuerit & dissensio: quando autem seditio illa futura sit, obscurum. Hic itaq; poetarum more in disticho videlicet hoc Musas inuocat, & eas hac de re loquentes ita facit, vt huius commutationis caussam ad naturales cœlestium conuersionum affectiones referant, quibus seditiosi ciues ac perniciosi reipublicæ principes gignuntur. Sed quando (vt dixi) id futurum sit numeris tam obscuris inuoluunt, vt ad hæc mysteria intelligendum Apolline Musarum præside Platonici opus esse existiment. Theon siquidem Simoneus, qui dicta Platonis mathematica interpretari solet, hunc locum non attigit. Iamblichus Calcideus explicare voluit, sed potius implicauit. Videtur autem Plato numeris tam obscuris & poetica Musarum fictione significare voluisse, Illa Temporum momenta (quæ posuit pater cœlestis in potestate sua) ab hominibus quærenda non esse: & si quærantur, non magis tamen quam numeros illos quos proposuit intelligi posse. 140 ἐπίτριτος πυθμὴν *id est,*

θῆναι καὶ γένεσθαι σπουδαίους ἄνδρας ἀδυνάτων. ἀλλ' αὕτη τί ἂν ἴδιος εἴη μεταβολὴ τῆς ὑπ' ἐκείνου λεγομένης ἀρίστης πολιτείας μᾶλλον, ἢ τῶν ἄλλων πασῶν καὶ τῶν γιγνομένων πάντων; καὶ διά τε τοῦ χρόνου, δι' ὃν λέγει πάντα μεταβάλλειν, καὶ τὰ μὴ ἅμα ἀρξάμενα γίγνεσθαι, ἅμα μεταβάλλει. οἷον, εἰ τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ ἐγένετο τῆς τροπῆς, ἅμα ἄρα μεταβάλλει· πρὸς δὲ τούτοις διὰ τὴν αἰτίαν ἐκ ταύτης εἰς τὴν Λακωνικὴν μεταβάλλει; πλεονάκις γὰρ εἰς τὴν ἐναντίαν μεταβάλλουσι πᾶσαι αἱ πολιτεῖαι, ἢ [εἰς] τὴν σύνεγγυς. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῶν ἄλλων μεταβολῶν· ἐκ γὰρ τῆς Λακωνικῆς, φησί, μεταβάλλει εἰς τὴν ὀλιγαρχίαν· ἐκ δὲ ταύτης, εἰς δημοκρατίαν· εἰς τυραννίδα δέ, ἐκ δημοκρατίας. καίτοι καὶ ἀνάπαλιν μεταβάλλουσιν· οἷον, ἐκ δήμου εἰς ὀλιγαρχίαν· καὶ μᾶλλον ἢ εἰς μοναρχίαν. ἔτι δὲ τυραννίδος οὐ λέγει, οὔτ' εἰ ἔσται μεταβολή, οὔτ' εἰ μὴ ἔσται, διὰ τὴν αἰτίαν, καὶ εἰς ποίαν

Atque id ipsum fortasse non male, cum possint in quibusdam ea esse naturæ vitia, vt conformari disciplina & curatione emendari nõ possint. At hæc commutatio cur reipub. ab illo descriptæ magis propria fuerit, quam cuiusuis alius reip. Imo vero omnium rerum nascentium profecto quod ad tempus attinet, quo cuncta labi & fluere existimat, etiam non simul orta, simul tamẽ intereunt: vt si pridie solstitii facta quædam sint, quædam tempore alio; simul tamen intereãt: deinde quid caussæ est, quamobrem optima illa respub. in Laconicam mutetur? sæpius enim in rempub. contrariam omnes respub. commutãtur, quam in proximam. Eadem vero cõmutationum reliquarum caussa est: ex rep. Laconica (inquit) fit Oligarchia: ex hac Democratia, ex qua tandem tyrannnis efficitur. Enimuero etiã contra ac sursum versus resp. commutantur, vt è Democratia fiat Oligarchia potius quã monarchia. Iam vero futurane sit vlla tyrannidis mutatio necne, nõ explicat, nec quamobrem, nec in quam remp. sit futura: ea autem caussa est, quod ei facilis hęc explicatio non fuerit, res enim est obscura & incer-

id est, sesquitertius fundus, à Platone significatur septenarius, qui est fundus quaternarii & ternarii, in quib. est ratio sesquitertia, & concentus diatheßaron: quamuis autẽ est item fundus binarii & ternarii, in quibus est ratio sesquialtera & concentus diapẽte. Secunda reprehensio Platonis. Mutatur Laconica in Oligarchiam, nec Oligarchia in Democratiam, nec Democratia in Tyrannidem: Rationes Aristotelis captiosæ sunt & falsæ. Facilius enim mutatur ignis in aerem, aer in aquam, quam ignis in aquã. Vere tamen admonet Aristoteles alias mutationes esse: Quod autẽ Plato non dixerit in quam remp. mutetur tyrannis, Aristotelis per hic est vitiu: Quæstio, dixerit nec in tyrãnide nec in Aristocratia nec politia.

ta, quoniam ipsius sententia, tyrannis in optimam illam, eandemque primam remp. commigrare debeat. Sic enim cōtinuus harum turbationū circuitus & orbis contexeretur. Verumtamē permutatur tyrānis alias in tyrannidem, vt Myronis Sicyonia tyrannis in Clisthenis tyrannidem mutata est: alias in Oligarchiam, vt Chalcide tyrannis Antileontis alias in Democratiam, vt Syracusis ea quam Gelonis liberi tenuerūt, alias in Aristocratiam vt Charilai tyrānis Lacedæmone, alias in tyrannidem ipsam mutatur Oligarchia vt in Sicilia permultæ veteres Oligarchiæ, vt Leontinorum Oligarchia in tyrannidem Panetii & Geloorum in Cleandri & Rhegiorum in Anaxilai & in aliis ciuitatibus permultis eodem modo.

141 Absurdum est autem putare remp. in Oligarchiam commutari, quod auari sint magistratus & pecuniæ cupidi, ac non potius, quod multi diuitiis affluentes non æquum iustumue putent esse, vt inopes pari & æquali iure publicos honores suscipiant:

141 Tertia reprehensio quod Plato non recte posuerit caussam mutationis in Oligarchiam, sed calumnia est. Aristoteles enim quarto libro, diuitiis Oligarchiam proprie definiri contendit. Et Plato dicit cum magi-

πολιτείαν. τούτου δ' αἴτιον, ὅτι οὐ ῥᾳδίως ἂν εἶχε λέγειν· ἀόριστον γάρ· ἐπεὶ κατ' ἐκεῖνον δεῖ εἰς τὴν πρώτην καὶ τὴν ἀρίστην· οὕτω γὰρ ἂν ἐγίγνετο συνεχὲς καὶ κύκλος. ἀλλὰ μεταβάλλει καὶ εἰς τυραννίδα τυραννίς· ὥσπερ ἡ Σικυῶνος ἐκ τῆς Μύρωνος εἰς τὴν Κλεισθένους.

καὶ εἰς ὀλιγαρχίαν· ὥσπερ ἡ ἐν Χαλκίδι, ἡ Ἀντιλέοντος. καὶ εἰς δημοκρατίαν· ὥσπερ ἡ τῶν Γέλωνος ἐν Συρακούσαις. καὶ εἰς ἀριστοκρατίαν· ὥσπερ ἡ Χαριλάου ἐν Λακεδαίμονι, καὶ ἐν Καρχηδόνι. καὶ εἰς τυραννίδα μεταβάλλει ἐξ ὀλιγαρχίας· ὥσπερ ἐν Σικελίᾳ σχεδὸν αἱ πλεῖσται τῶν ἀρχαίων· ἐν Λεοντίνοις, εἰς τὴν Παναιτίου τυραννίδα· καὶ ἐν Γέλᾳ, εἰς τὴν Κλεάνδρου· καὶ ἐν Ῥηγίῳ, εἰς τὴν Ἀναξιλάου· καὶ ἐν ἄλλαις πολλαῖς πόλεσιν ὡσαύτως.

141 ἄτοπον δὲ καὶ τὸ οἴεσθαι εἰς ὀλιγαρχίαν διὰ τοῦτο μεταβάλλειν, ὅτι φιλοχρήματοι καὶ χρηματισταὶ οἱ ἐν ταῖς ἀρχαῖς, ἀλλ' οὐχ ὅτι οἱ πολλοὶ ὑπερέχοντες ταῖς οὐσίαις, οὐ δίκαιον οἴονται εἶναι, ἴσον μετέχειν τῆς

τῆς πόλεως τοὺς κεκτημένους μηθὲν τοῖς κεκτημένοις· ἐν πολλαῖς τε ὀλιγαρχίαις οὐκ ἔξεστι χρηματίζεσθαι, ἀλλὰ νόμοι εἰσὶν οἱ κωλύοντες· ἐν Καρχηδόνι δὲ δημοκρατουμένῃ χρηματίζονται, καὶ οὔπω μεταβεβλήκασιν. ἄτοπον δὲ καὶ τὸ φάναι δύο πόλεις εἶναι τὴν ὀλιγαρχικὴν, πλουσίων, καὶ πενήτων. τί γὰρ αὕτη μᾶλλον τῆς Λακωνικῆς πέπονθεν, ἢ ὁποιασοῦν ἄλλης, οὗ μὴ πάντες κέκτηνται ἴσα, ἢ μὴ πάντες ὁμοίως εἰσὶν ἀγαθοὶ ἄνδρες; οὐδενὸς δὲ πενεστέρου γινομένου ἢ πρότερον, οὐθὲν ἧττον μεταβάλλουσιν εἰς δῆμον ἐξ ὀλιγαρχίας, ἂν γίνωνται πλείους οἱ ἄποροι· καὶ ἐκ δήμου εἰς ὀλιγαρχίαν, ἐὰν κρεῖττον ᾖ τοῦ πλήθους τὸ εὔπορον· καὶ οἱ μὲν ἀμελῶσιν, οἱ δὲ προσέχωσι τὸν νοῦν.

142 πολλῶν τε οὐσῶν αἰτιῶν δι' ὧν γίγνονται αἱ μεταβολαὶ, οὐ λέγει, ἀλλὰ μίαν, ὅτι ἀσωτευόμενοι κατατοκιζόμενοι γίγνονται πένητες· ὡς ἐξ ἀρχῆς πλουσίων ὄντων πάντων, ἢ τῶν πλείστων· τοῦτο δ' ἐστὶ ψεῦδος. ἀλλ' ὅταν μὲν τῶν ἡ-

piant: atque in plerisque Oligarchiis nõ licet magistratibus quæstum sectari, & leges eos pecuniæ caussa negotiari prohibent. Carthagine vero quæ ciuitas Democratice gubernatur, quæstus facere Magistratibus conceditur, neque dũ tamen eorum respub. mutata est. Alienum est etiam Oligarchiam duabus ciuitatibus diuitum & pauperum compositam dicere. Quid enim caussæ, cur hæc sit potius gemina ciuitas quam Laconica aut quęuis alia resp. In qua non omnes peræque vel opulenti vel probi viri sunt. Quod si nemo tenuior & pauperior fiat quam antea semper fuerit, nihilominus tamen Oligarchia in Democratiam mutabitur: si multitudo pauperum tandem superet, & in Oligarchiam Democratia, si locupletes superiores & potentiores fuerint, illique rem negligant, hi diligentius & vigilantius animaduertant.

142 Cumque multæ sint commutationum ciuilium caussæ, Socrates vnam tantummodo commemorat: quod homines asoti & effusi ęre alieno tandem & fœnore obruantur, & ad inopiam redigantur, velut omnes aut

stratus cęsu & diuitiis creabũtur, tum Oligarchiam futuram, Aristoteles aliud hic refellit & quod duas ciuitates esse, ait Plato. Metonymia est pro duobus ciuium generib. Platonis locus est 466. & 513.

142 Quarta, reprehensio, quod de tam multis Oligarchiæ caussis vnicam Plato posuerit. At Plato dicit idem quod Aristoteles: & bonorum priuatio si nulla auaritia coniuncta sit, reip. principes fortasse mutabit, ordinem ciuitatis & rẽpub non mutabit.

plurimi diuites ab initio fuerint. At id fictũ est & commentitium. Verum cũ nonnulli principes ciuitatis patrimonia sua profuderunt, res nouas moliuntur: cũ vero priuatus aliquis & plebeius idem fecerit, nihil accidit reipublic. pertimescendum. Nec vnquam potius Oligarchia in Democratiam quam in aliam quamuis rempub. mutatur: tum si vel honoribus excludantur ciues, vt iniuriis & cõtumeliis afficiantur, seditiones faciũt, ac respub. euertunt, etiam si fortunas suas nõ obligurierint, quia quidquid velint, id illis impune liceat: cuius rei caussa immoderatæ libertati attribuitur.

143 Postrema reprehensio quod Plato per genera & Oligarchiæ & Democratiæ mutationum quoque genera non descripserit. At id Aristoteles non fecit, & genera Oligarchiæ & Democratiæ quæ tradit lib. 4. & 6. nulla sunt vera genera primorum generum, sed permista & confusa.

[143] Denique cum multæ sint & Oligarchię & Democratiæ species, earum tamen mutationes Socrates ita describit, quasi sit vtriusq; simplex & vnum genus.

γεμόνων τινὲς ἀπολέσωσι τὰς οὐσίας, καινοτομοῦσιν· ὅταν δὲ τῶν ἄλλων, οὐδὲν γίγνεται δεινόν. καὶ μεταβάλλοισιν οὐδὲν μᾶλλον οὐδέποτε εἰς δῆμον, ἢ εἰς ἄλλην πολιτείαν. ἔτι δὲ, κἂν τιμῶν μὴ μετέχωσι, κἂν ἀδικῶνται, ἢ ὑβρίζωνται, στασιάζοισι, καὶ μεταβάλλοισι τὰς πολιτείας, κἂν μὴ καταδαπανήσωσι τὴν οὐσίαν, διὰ τὸ ἐξεῖναι ὅ τι ἂν βούλωνται ποιεῖν. οὗ αἰτίαν τὴν ἄγαν ἐλευθερίαν εἶναί φησι.

143 πλειόνων δ᾽ οὐσῶν ὀλιγαρχιῶν καὶ δημοκρατιῶν, ὡς μιᾶς οὔσης ἑκατέρας, λέγει τὰς μεταβολὰς ὁ Σωκράτης.

Finis Libri quinti.

Argu-

Argumentum libri sexti.

SExtus liber particulam quandam libri quarti repetit de Democratia Oligarchiaque, deque magistratibus. Quarti enim libri primo membro, de Democratia & Oligarchia: quarto etiam eiusdem libri membro, de Magistratibus actum est. Sed res hic fusius tractatur. Quatuor sunt libri partes. Prima in prooemio est, Secunda de Democratia, Tertia de Oligarchia, Quarta de Magistratibus.

ΑΡΙΣΤΟΤΕ΄ΛΟΥΣ ΠΟΛΙΤΙΚῶν τὸ Ζ.

ΚΕΦ. α.

ΠΟ΄ΣΑΙ μὲν οὖν διαφοραὶ καὶ τίνες τοῦ τε βουλευτικοῦ ἢ κυρίου τῆς πολιτείας καὶ τῆς περὶ τὰς ἀρχὰς τάξεως, καὶ περὶ δικαστηρίων, καὶ ποία πρὸς ποίαν συντέτακται πολιτείαν· ἔτι δὲ περὶ φθορᾶς τε καὶ σωτηρίας τῶν πολιτειῶν, ἐκ ποίων τε γίνεται καὶ διὰ τίνας αἰτίας, εἴρηται πρότερον.

ARISTOTELIS POLITICΩN, LIBER VI.

CAP. I.

QVOT sunt igitur & quę dissimilitudines & differētię, tum consultationum, tum summorum in rep. principatuum, tum faciendorum magistratuum, tum iudiciorum constituendorū & quæ cui rep. cōueniant: Tum vero de pernicie & salute rerumpublicarum ex quib. & per quæ & corruant & permaneant, hactenus est explicatum.

Duæ sunt partes prooemii. In prio e repetitur summa q̄dam superioris doctrinæ, in posteriore præponitur quid deinceps sit explicandum. Repetitur autē primum quarta pars quarti libri & sūma vniuersi quinti.

[1] Quoniam autem Democratiæ, aliarumque item rerump. multa sunt genera, non erit alienum si quid ex iis reliquum sit, vna continentiq; disputatione comprehendere, & quæ cuique reipub. ratio vtilis commodaque sit explicare.

[2] Præterea generum istorum omnium, de quib. adhuc diximus, coniunctiones & copulationes considerare. Hæc enim coniuncta varias rerumpub. formas & species efficiunt, vt Aristocratiæ in Oligarchias, & politię in Democratias declinent. Copulationes autẽ dico, quę tametsi antea nondum tractatæ sint, sunt tamen tractandæ & considerandæ: vt si cõsultationum & legendorũ magistratuũ ratio Oligarchica sit, iudiciorum autem Aristocratica, aut deliberationum quidem ratio Oligarchica, creandorum autem magistratuum Aristocratica, aut alio quodam modo non omnia quæ vnius reipubl. propria sint, coniungantur.

[3] Qualis vero Democratia cui ciuitati, eodemq; modo quæ Oligarchia, cui populo

[1] ἐπεὶ δὲ τετύχηκεν εἴδη πλείω δημοκρατίας ὄντα, καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως πολιτειῶν, ἅμα τε περὶ ἐκείνων εἴ τι λοιπὸν, οὐ χεῖρον ἐπισκέψασθαι, καὶ τὸν οἰκεῖον καὶ τὸν συμφέροντα τρόπον ἀποδοῦναι πρὸς ἑκάστην.

[2] ἔτι δὲ καὶ τὰς συναγωγὰς αὐτῶν τῶν εἰρημένων ἐπισκεπτέον πάντων τῶν τρόπων· ταῦτα γὰρ συνδυαζόμενα, ποιεῖ τὰς πολιτείας ἐπαλλάττειν· ὥστε ἀριστοκρατίας τε ὀλιγαρχικὰς εἶναι, καὶ πολιτείας δημοκρατικωτέρας. λέγω δὲ τοὺς συνδυασμούς, οὓς δεῖ μὲν ἐπισκοπεῖν, οὐκ ἐσκεμμένοι δ' εἰσὶ νῦν· οἷον, ἂν τὸ μὲν βουλευόμενον, καὶ τὸ περὶ τὰς ἀρχαιρεσίας, ὀλιγαρχικῶς ᾖ συντεταγμένον· τὰ δὲ περὶ δικαστήρια, ἀριστοκρατικῶς· ἢ ταῦτα μὲν καὶ τὸ περὶ τὸ βουλευόμενον, ὀλιγαρχικῶς· ἀριστοκρατικῶς δὲ, τὸ περὶ τὰς ἀρχαιρεσίας· ἢ κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον μὴ πάντα συντεθῇ τὰ τῆς πολιτείας οἰκεῖα.

[3] ποία μὲν οὖν δημοκρατία πρὸς ποίαν ἁρμόττει πόλιν·

1 Videtur hic polliceri quandam propriam doctrinam singularũ rerump. regni Aristocratiæ, & aliarum: quum adhuc nullam admodum dedit: tertio autẽ & quarto libris simplicia hæc rerump. genera sunt exposita.

2 De hac permistione simpliciũ generum, nusquã in octo politicis ab Aristotele postea tractatũ. Nam cũ genera simplicia, regnum Aristocratia, politia, tyrãnis, Oligarchia, Democratia simpliceſq; eorum species exposita sint, poterat etiam de permistis & compositis generibus præcipi: quod Aristoteles in his politicis nusquã facit.

3 Quæ respub. quibus populis conueniat tertio quarti libri membro propositum est, sed parum ac fere nihil explicatũ.

λιν· ὡσαύτως δὲ καὶ ποία τῷ ὀλιγαρχιῶν ποίῳ πλήθει, καὶ τῶν λοιπῶν δὲ πολιτειῶν, τίς συμφέρει τίσιν εἴρηται πρότερον.

4 ὅμως δὲ δεῖ γενέσθαι δῆλον, μὴ μόνον ποία, τούτων τῶν πολιτειῶν ἀρίστη ταῖς πόλεσιν, ἀλλὰ καὶ πῶς δεῖ κατασκευάζειν καὶ ταύτας καὶ τὰς ἄλλας, ἐπέλθωμεν συντόμως.

5 καὶ πρῶτον περὶ δημοκρατίας εἴπωμεν· ἅμα γὰρ καὶ περὶ τῆς ἀντικειμένης πολιτείας φανερόν· αὕτη δ᾽ ἐστὶν ἣν καλοῦσί τινες ὀλιγαρχίαν. ληπτέον δὲ πρὸς ταύτην τὴν μέθοδον πάντα τὰ δημοτικὰ, καὶ τὰ δοκοῦντα ταῖς δημοκρατίαις ἀκολουθεῖν. ἐκ γὰρ τούτων συντιθεμένων τὰ τῆς δημοκρατίας εἴδη γίνεσθαι συμβαίνει· καὶ πλείους δημοκρατίας μιᾶς εἶναι, καὶ διαφόρους. δύο γάρ εἰσιν αἰτίαι, δι᾽ ἅσπερ αἱ δημοκρατίαι πλείους εἰσί. πρῶτον μὲν, ἡ λεχθεῖσα πρότερον, ὅτι διάφοροι οἱ δῆμοι· γίνεται γὰρ τὸ μὲν, γεωργικὸν πλῆθος· τὸ δὲ, βάναυσον καὶ θη-

pulo, & quæ omnino resp. quibus ciuitatibus congruant, dictum est antea.

4 Verumtamen quoniam constare debet non solum quæ de rebusp. omnibus ciuitati sit optima, sed etiam quomodo sit instituenda, & de his & de aliis omnib. breuiter & succincte agamus.

5 Atq; à Democratia ducamus initium. Erit enim eadem explicatione de rep. quoque contraria cognitum & perspectum: ea vero est, quam nonnulli vocant Oligarchiam. Ad hanc autem tractationem Democratica omnia, omniaque Democratiis consentanea & coniuncta erunt assumenda. Ex his enim copulatis & cõiunctis Democratiæ species cõplures & inter se differentes oriuntur. Duabus enim de caussis Democratię dissimiles, & specie differentes extiterunt: Altera quę supra descripta est ex populorum differentia, alii enim sunt agricolæ, alii sordidi opifices & mercenarii, quorũ primum genus, si iungatur cum secundo & tertium cum vtrisque nõ eo solum Democratia differet, quod melior deteriorue fiet, sed etiam quod eadem non erit, sed diuersa: altera caussa est, de qua ser-

4 De constituenda resp. quartum quarti libri membrum fuit de iudiciis, magistratibus, deliberationib., & hoc libro nominatim erit de constituẽda Democratia & Oligarchia, eodem etiam de magistratibus doctrina referri potest.

5 Adhuc proœmii prima pars fuit, secunda sequitur, vbi proponitur summa disputationis in hoc libro futuræ, de Democratia nẽpe & Oligarchia, sed de Democratia pcipue; quia hinc Oligarchia percipietur. Ad hãc igitur Democratiæ declarationem omnia Democratica sibi persequẽda Aristoteles proponit. Prima ratio est, quia ex his genera Democratiæ percipiãtur: diuersa autem genera rerump. faciunt duo; de his li. 4. n. 15 16. primo mẽbro.

6 Secunda ratio cur omnia Democraticis colligenda sint, vt genera Democratiæ constituantur, vbi etiã legũlatore sic reprehenduntur.

7 Proœmium superiori cap. fuit, sequitur in 2. cap. vniuersæ Democratiæ ex summa definitione generum partitione, caussis & procreantib & conseruantibus declaratio Democratiæ prima hypothesis est, æqualitas arithmetica: vnde & finis & leges eius oriũtur. Hinc igitur definitionẽ Democratiæ Aristoteles educit, vt Democratia resp. sit in qua omnes ciues libertate sint pares, libertas finis est & ponitur vt vicissitudine honorũ, & summa vitæ licentia definitur

Secunda pars sexti lib. in 3. 4. 5 capitib.

mo præsens instituitur. Nã quæ Democratiæ consentanea sunt quæque sunt huius reip. propria, ea copulata Democratias alias atque alias efficiũt. In aliam enim pauciora, in aliã plura, in aliam omnia conuenient.

6 Perutile vero fuerit earum rerum genera singula cognita habere, & ad constituendum quod quisque reip. probabit genus, & ad corrigendũ & ad emendandum, quod improbabit. Hoc enim meditantur & prouident rerumpub. conditores, vt omnia, quæ propositæ & definitæ reip. accommodata sint, ad hypothesim & finem suum referãt. In quo tamen errant & labuntur, sicuti superiore libro demõstratum est, cum ageretur de conseruatione & euersione rerumpub.

7 Deinceps autem communes Democratiæ leges & mores persequamur.

ζιών· ὧν τοῦ πρώτου τῷ δευτέρῳ προσλαμβανομένου, καὶ τοῦ τρίτου πάλιν τοῖς ἀμφοτέροις, οὐ μόνον διαφέρει τῷ βελτίω καὶ χείρω γίνεσθαι τὴν δημοκρατίαν, ἀλλὰ καὶ τῷ μὴ τὴν αὐτήν. δευτέρα δέ, περὶ ἧς νῦν λέγομεν· τὰ γὰρ ταῖς δημοκρατίαις ἀκολουθοῦντα καὶ δοκοῦντα εἶναι τῆς πολιτείας οἰκεῖα ταύτης, ποιεῖ συντιθέμενα τὰς δημοκρατίας ἑτέρας· τῇ μὲν γὰρ ἐλάττω, τῇ δ᾽ ἀκολουθήσει πλείονα, τῇ δ᾽ ἅπαντα ταῦτα.

6 χρήσιμον δ᾽ ἕκαστον αὐτῶν γνωρίζειν πρός τε τὸ κατασκευάζειν ἣν ἄν τις αὐτῶν τύχῃ βουλόμενος, καὶ πρὸς τὰς διορθώσεις. ζητοῦσι μὲν γάρ, οἱ τὰς πολιτείας καθιστάντες, ἅπαντα τὰ οἰκεῖα συναγαγεῖν πρὸς τὴν ὑπόθεσιν· ἁμαρτάνουσι δὲ τοῦτο ποιοῦντες, καθάπερ ἐν τοῖς περὶ τὰς φθορὰς καὶ τὰς σωτηρίας τῶν πολιτειῶν εἴρηται πρότερον. 7 νυνὶ δὲ τὰ ἀξιώματα, καὶ τὰ ἤθη, καὶ ὧν ἐφίενται, λέγομεν·

CAP. II.

PRIMVM autem in Democratia summumque

ΚΕΦ. β.

ΥΠόθεσις μὲν οὖν τῆς δημοκρατικῆς πολιτείας, ἐλευθε-

ἐλευθερία· τοῦτο γὰρ λέγειν εἰώθασιν, ὡς ἐν μόνῃ τῇ πολιτείᾳ ταύτῃ μετέχοντας ἐλευθερίας· τούτου γὰρ στοχάζεσθαί φασι πᾶσαν δημοκρατίαν. ἐλευθερίας δὲ, ἓν μὲν, τὸ ἐν μέρει ἄρχεσθαι καὶ ἄρχειν· καὶ γὰρ τὸ δίκαιον τὸ δημοτικὸν, τὸ ἴσον ἔχειν δεῖ κατ' ἀριθμὸν, ἀλλὰ μὴ κατ' ἀξίαν. τούτου δ' ὄντος τοῦ δικαίου, τὸ πλῆθος ἀναγκαῖον εἶναι κύριον· καὶ ὅ τι ἂν δόξῃ τοῖς πλείοσι, τοῦτ' εἶναι καὶ τέλος, καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ δίκαιον· φασὶ γὰρ δεῖν ἴσον ἔχειν ἕκαστον τῶν πολιτῶν. ὥστε ἐν ταῖς δημοκρατίαις συμβαίνει κυριωτέρους εἶναι τοὺς ἀπόρους τῶν εὐπόρων· πλείους γάρ εἰσι· κύριον δὲ, τὸ τοῖς πλείοσι δόξαν.

ἓν μὲν οὖν τῆς ἐλευθερίας σημεῖον τοῦτο ὃν τίθενται πάντες οἱ δημοτικοὶ τῆς πολιτείας ὅρον. ἓν δὲ, τὸ ζῆν ὡς βούλεταί τις· τοῦτο γὰρ τῆς ἐλευθερίας ἔργον εἶναί φασιν, εἴπερ τοῦ δούλου ὄντος, τὸ ζῆν μὴ ὡς βούλεται.

[8] τῆς μὲν οὖν δημοκρατίας ὅρος οὗτος δεύτερος. ἐντεῦθεν

propositum est, libertas, sic enim vulgo dici solet, tanquam in hac sola politia ciues libertatis sũt participes, ad eum nempe, tanquam sibi designatum scopum omnem, aiunt Democratiã spectare & contendere. Libertatis autem vnum signum est vicissim parere & imperare. Etenim Democraticũ ius in eo positum est, vt omnes par & æquale numero non dignitate habeant: quo iure posito & probato, necesse est populi summã potestatem esse, quodque maior populi pars decreuerit, id summa authoritate probari ac iustũ constitui. Aiunt enim singulis ciuib. eodem parique iure viuendum esse, q̃ caussa est vt inopes (quoniam numero vincunt) maiorem in repub. potestatem quam locupletes habeant.

Id autem demum firmum & ratum est, quod pluribus visum probatumque fuerit. Atque hoc vnum quidem libertatis signum est, quẽ sibi finem Democratici omnes suæ reip. constituunt. Alterũ vero est, si, quemadmodum velit, ita viuat vnusquisque. hoc enim libertatis opus aiunt esse proprium, quoniam seruit[9] est viuere vt nolis.

[8] Atque hic Democratiæ terminus & finis alter est, vnde

8 Sequitur ad descriptũ De-

mocratiæ finẽ, duod·cim leges Democratiæ quas Aristo teles mathema tica metapho ra nominat ἀξιώματα quia velut in Geometria nominu illius cõ munes regulæ, sic in Democratia leges hæ clarissimæ & probatissimæ sint. Sed harũ legum quædam sunt etiam iustæ reip. communes.

& illud extitit, vt Democratici parere velint omnino nemini, aut certe pareant ea conditione, vt vicissim imperent, idque putatur ad illam parilitatis & æqualitatis libertatem conducere. His vero positis & talibus quasi fundamentis iactis & constitutis, eiusmodi Democratiæ iura atque hæc leges erunt, omnes ciues ex omnibus magistratum legere, vniuersos ciues singulis ciuibus, singulosque vicissim vniuersis imperare. Magistratus omnes aut certe qui peritiam & artem nõ requirent, sortitione creare. Magistratus nullo aut certe minimo censu mandare. Nullum magistratum aut raro aut paucos, bellicis exceptis idem bis gerere. Magistratus aut omnes, aut certe qui breui tempore definiri poterunt, exigui temporis esse. Omnes ciues atque omnium ordinum de omnib. rebus, aut certe de plurimis & maximis & grauissimis iudicanto, vt de repetundis, de repub. de priuatis pactis & conuentis. Summa rerum omnium potestas penes vniuersum populum esto, penes magistratum nulla, aut maiorum & grauiorum rerum penes populum: mino-

δ' ἐλήλυθε τὸ μὴ ἄρχεσθαι· μάλιστα μὲν ὑπὸ μηδενός· εἰ δὲ μὴ, κατὰ μέρος. καὶ συμβάλλεται ταύτῃ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν τὴν κατὰ τὸ ἴσον. τούτων δ' ὑποκειμένων, καὶ τοιαύτης οὔσης τῆς ἀρχῆς, τὰ τοιαῦτα δημοτικά· τὸ αἱρεῖσθαι τὰς ἀρχὰς πάντας ἐκ πάντων. τὸ ἄρχειν πάντας μὲν ἑκάστου, ἕκαστον δ' ἐν μέρει πάντων. τὸ κληρωτὰς εἶναι τὰς ἀρχὰς, ἢ πάσας, ἢ ὅσαι μὴ ἐμπειρίας δέονται καὶ τέχνης. τὸ μὴ ἀπὸ τιμήματος μηδενὸς εἶναι τὰς ἀρχὰς, ἢ ὅτι μικροτάτου. τὸ μὴ δὶς τὸν αὐτὸν ἄρχειν μηδεμίαν, ἢ ὀλιγάκις, ἢ ὀλίγας· ἔξω τῶν κατὰ πόλεμον. τὸ ὀλιγοχρονίους τὰς ἀρχὰς, ἢ πάσας, ἢ ὅσας ἐνδέχεται. τὸ δικάζειν πάντας, καὶ ἐκ πάντων, καὶ περὶ πάντων· ἢ περὶ τῶν πλείστων, καὶ τῶν μεγίστων καὶ τῶν κυριωτάτων· οἷον, περὶ εὐθυνῶν, καὶ πολιτείας, καὶ τῶν ἰδίων συναλλαγμάτων. τὸ τὴν ἐκκλησίαν κυρίαν εἶναι πάντων· ἀρχὴν δὲ μηδεμίαν μηδενὸς, ἢ ὅτι ὀλιγίστων, ἢ τῶν μεγίστων κυρίαν. τῶν δ' ἀρχῶν, δημοτικώτατον

τικώτατον βουλή, ὅπου μὴ μισθοῦ εὐπορία πᾶσιν· ἐνταῦθα γὰρ ἀφαιροῦνται καὶ ταύτης τῆς ἀρχῆς τὴν δύναμιν· εἰς αὑτὸν γὰρ ἀνάγει τὰς κρίσεις πάσας ὁ δῆμος, εὐπορῶν μισθοῦ, [9] καθάπερ εἴρηται πρότερον ἐν τῇ μεθόδῳ τῇ πρὸ ταύτης. ἔπειτα τὸ μισθοφορεῖν, μάλιστα μὲν πάντας, ἐκκλησίαν, δικαστήρια, ἀρχάς· εἰ δὲ μή, τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ δικαστήρια, καὶ βουλήν, καὶ τὰς ἐκκλησίας, τὰς κυρίας· ἢ τῶν ἀρχῶν ἃς ἀνάγκη συσσιτεῖν μετ' ἀλλήλων.

10 ἔτι, ἐπειδὴ ὀλιγαρχία καὶ γένει καὶ πλούτῳ καὶ παιδείᾳ ὁρίζεται, τὰ δημοτικὰ δοκεῖ τἀναντία τούτων εἶναι, ἀγένεια, πενία, βαναυσία. ἔτι δὲ τῶν ἀρχῶν, τὸ μηδεμίαν ἀΐδιον εἶναι· ἐὰν δέ τις καταλειφθῇ ἐξ ἀρχαίας μεταβολῆς, τότε περιαιρεῖσθαι τὴν δύναμιν αὐτῆς· καὶ ἐξ

rum & leuiorum penes magiſtratum. Ex omni autem Democratiæ ſtatu & principatu, nihil eſt tam Democraticum tamque populare quam conſultatio & conſilium, vbi non omnibus merces proponitur: tum enim magiſtratus huius poteſtas offenditur & imminuitur: populus cum quæſtu mercedis adductus, ad ſeipſum omnia iudicia reuocat, [9] veluti ſuperiorib. libris antea dictum eſt, tum vero mercedem capere, imprimis quidem omnes qui concionibus interſunt, qui iudicia exercent, qui magiſtratum gerunt, aut ſi non omnes ſaltem præcipui & magiſtratus & iudices & cõſilii atque concionis authores, aut è magiſtratib. ii qui neceſſaria ſodalitate, victuſque communione inter ſe coniunguntur.

9 Lib. 4. quarto membro, hoc dictum eſt. n. 28

[10] Præterea vero cũ Oligarchia & generis nobilitate & opulentia & ingenua diſciplina definiatur: Democratica videntur eſſe ea quæ ſunt illis contraria, generis obſcuritas, inopia, ſordida & illiberalia opificia: poſtremo magiſtratum nullum perpetuum eſſe, ac ſi quis ex veteri mutatione reliquus ſit, eius authoritatem imminui & à ſuffragiis ad ſortes trãſferre. Atque hæc ſunt Demo-

10 Sic quarto libro Ariſtoteles poſuit in partibus Oligarchiæ opes, nobilitatem, virtutem, doctrinã.

cratiæ communes leges, eęque ex illo iure quod omniū consensu Democraticū est, profectæ. Illa siquidem tum demū verissima Democratia est, cum omnes eam numeri æqualitatem obtinent. æquale enim ius est, cum diuitum non maior est quam pauperum potestas, neque alteri soli præsunt, sed illo ęquato numeri iure omnes imperant. Hac enim ratione in rep. & æqualitatem & libertatem futuram existimant.

δὲ αἱρετῶν κληρωτοὺς ποιεῖν. τὰ μὲν οὖν κοινὰ ταῖς δημοκρατίαις, ταῦτ' ἐστί. συμβαίνει δὴ ἐκ τοῦ δικαίου τοῦ ὁμολογουμένου εἶναι δημοκρατικοῦ. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ ἴσον ἔχειν ἅπαντας κατ' ἀριθμόν, ἡ μάλιστ' εἶναι δοκοῦσα δημοκρατία καὶ δῆμος· ἴσον γὰρ, τὸ μηθὲν μᾶλλον ἄρχειν τοὺς ἀπόρους ἢ τοὺς εὐπόρους· μηδὲ κυρίους εἶναι μόνους, ἀλλὰ πάντας ἐξ ἴσου κατ' ἀριθμόν. οὕτω γὰρ ἂν ὑπάρχειν νομίζοιεν τήν τ' ἰσότητα τῇ πολιτείᾳ, καὶ τὴν ἐλευθερίαν.

11 Quoniā hypothesis Democratiæ posita est in æqualitate arithmetica, vt quod parti maiori visum sit, id ratum habeatur: quærit Aristoteles, an pars maior maiore censu an maiore & diuitum & pauperum multitudine, an omnino maiore capitū numero metienda sit. Prima pars & tertia reiicitur, secunda sola retinetur.

CAP. III.

QVAE [11] cum ita sint, quæretur fortasse qua tandem ratione, Democratici æqualitatem illam obtinebūt. An, verbi gratia, quingentorum locupletum census, mille inopum censibus æquiparandi, vt tantum illi quingenti, quam mille possint? An non est hac ratione comparanda æqualitas, sed hac ciuium partitione facta ex quingentis par numerus, & ex mille sumptus disceptationibus rerum & iudiciis præficiendus est. Vtrum igitur hæc resp. iure Demo-

ΚΕΦ. γ.

ΤΟ [11] δὲ μετὰ τοῦτο, ἀπορεῖται πῶς ἕξουσι τὸ ἴσον· πότερον δεῖ τὰ τιμήματα διελεῖν χιλίοις τὰ τῶν πεντακοσίων, καὶ τοὺς χιλίους ἴσον δύνασθαι τοῖς πεντακοσίοις· ἢ οὐχ οὕτω δεῖ τιθέναι τὴν κατὰ τοῦτο ἰσότητα· ἀλλὰ διελεῖν μὲν οὕτως· ἔπειτα, ἐκ τῶν πεντακοσίων ἴσους λαβόντα, καὶ ἐκ τῶν χιλίων, τούτους κυρίους εἶναι τῶν διαιρέσεων, καὶ τῶν δικαστηρίων. πότερον οὖν αὕτη ἡ πολιτεία δικαιο-

δικαιοτάτη κατὰ τὸ δημοτικὸν δίκαιον, ἢ μᾶλλον ἢ κατὰ τὸ πλῆθος; φασὶ γὰρ οἱ δημοτικοὶ τοῦτο δίκαιον, ὅ τι ἂν δόξῃ τοῖς πλείοσιν· οἱ δ' ὀλιγαρχικοί, ὅ τι ἂν δόξῃ τῇ πλείονι οὐσίᾳ· κατὰ πλῆθος γὰρ οὐσίας φασὶ κρίνεσθαι δεῖν. ἔχει δ' ἀμφότερα ἀνισότητα καὶ ἀδικίαν· εἰ μὲν γὰρ ὅ τι ἂν οἱ ὀλίγοι, τυραννίς· καὶ γὰρ, ἐὰν εἷς ἔχῃ πλείω τῶν ἄλλων εὐπόρων, κατὰ τὸ ὀλιγαρχικὸν δίκαιον, ἄρχειν δίκαιος μόνος· εἰ δ' ὅ τι ἂν οἱ πλείους κατ' ἀριθμὸν, ἀδικήσουσι, δημεύοντες τὰ τῶν πλουσίων καὶ ἐλαττόνων, [12] καθάπερ εἴρηται πρότερον. τίς ἂν οὖν εἴη ἰσότης ἣν ὁμολογήσουσιν ἀμφότεροι, σκεπτέον ἐξ ὧν ὁρίζονται δικαίων ἀμφότεροι· λέγουσι γὰρ ὡς, ὅ τι ἂν δόξῃ τοῖς πλείοσι τῶν πολιτῶν, τοῦτο εἶναι δεῖ κύριον. ἔστω δὴ τοῦτο, μὴ μέντοι πάντως· ἀλλ' ἐπειδὴ δύο μέρη τετύχηκεν ἐξ ὧν ἡ πόλις, πλούσιοι καὶ πένητες, ὅ τι ἂν ἀμφοτέροις δόξῃ, ἢ τοῖς πλείοσι, τοῦτο κύριον ἔστω.

cratico iustissima est, an potius quæ multitudine & numero nititur. Aiunt enim Democratici iustum illud esse quod pluribus: Oligarchici vero quod potentioribus & opulentioribus visum fuerit. Id enim ius pro magnitudine diuitiarum iudicandum & æstimãdum esse censent. Sed vtrumq; & inæqualitatẽ & iniqtatẽ retinet. Etenim si ius est ꝙ locupletiores pauci approbarint, tyrannis hoc iure cõstituetur. Nã si maiores vnus opes habeat, quã cæteri diuites, hac Oligarchica lege, solus imperio dignus est: sin vero ꝙ numero pluribus placuerit id ius habeatur, hi complures iniuriosi & facinorosi erunt, bonaq; diuitũ & pauciorum publicabunt, [12] sicut antea dictum. Quæ sit igitur æqualitas vtrisque probata, & quibus reb. ius ambo definiant, est inquirendum.

At tertia sola vera est, & æqualitatis arithmeticæ propria. Nec Aristotelis argumentum quicquam contra concludit: Rapinæ enim sunt in hac iniusta rep. propria & l.4.n.34. Aristoteles Democratiam Tyrannidi comparat. Prima vere cõfutatur. Secũda non bene pbatur, q̃a Geometricæ æqualitatis aliquid admiscet.

[12] *lib.3.n.9.*

Quod enim ratum contendunt esse debere, quod maiori ciuium parti placuerit, id esto sane, tametsi omnino esse non potest. Sed quoniam duæ sunt partes quibus ciuitas constat, diuites & pauperes, quod vtriq; vel eorum certe permulti, iustum esse censuerint, id ratum esto.

13 Docet in contraria sententiis maior pars censu definienda esse. At ista æqualitas Geometrica est nō Arithmetica, quæ tamen est hypothesis Democratiæ posita.

13 Quod si contrariæ sint eorum sententiæ, quod plures & opulentiores censuerint, vt si sint opulēti decem, pauperes viginti, opulentique sex aliud quidem iussérint, aliud autem pauperes quindecim, quindecim autem pauperibus, opulenti quatuor: sex vero diuitibus pauperes quinq; assentiantur, ambarum partium censibus vtrisque inter se collatis, & comparatis vtriuslibet partis census maior & superior erit, eius partis sententia grauior & superior esse debebit. Quod si sententiæ pares fuerint, hæc controuersia pro communi cōsuetudine disceptanda est, & ita dirimenda, vt hoc tempore si vtrique parti paria in comitio suffragia, aut in foro iudicia cōtigerint, aut enim sorte aut alio quodammodo contentio disceptatur & dirimitur.

Docet in paribus sententiis quid agendum.

14 Veritatis inuentio difficilis, persuasio difficilior.

14 Enimuero in æqualitate & æquitate veritatem, tametsi difficile sit & arduū reperire, est tamē longe facilius id assequi, quam locupletibus & res suas amplificare volentibus persuadere & probare. Semper enim æqualitatem & æquitatem, inferiores quidem requirunt, superiores autem contemnunt & negligunt.

13 ἐὰν δὲ τἀναντία δόξῃ, ὅ τι ἂν μὲν οἱ πλείους, καὶ ὧν τὸ τίμημα πλεῖον· οἷον, οἱ μὲν δέκα, οἱ δὲ εἴκοσιν· ἔδοξε δὲ τῶν μὲν πλουσίων τοῖς ἕξ, τῶν δὲ ἀπορωτέρων τοῖς πεντεκαίδεκα· προσκεχώρηνται τοῖς μὲν πένησι, τέτταρες τῶν πλουσίων· τοῖς δὲ πλουσίοις, πέντε τῶν πενήτων. ὁποτέρων οὖν τὸ τίμημα ὑπερτείνει, συναριθμουμένων ἀμφοτέρων ἑκατέροις, τοῦτο κύριον. ἐὰν δὲ ἴσοι συμπέσωσι, κοινὴν εἶναι ταύτην νομιστέον ἀπορίαν· ὥσπερ νῦν, ἐὰν δίχα ἡ ἐκκλησία γένηται, ἢ τὸ δικαστήριον· ἢ γὰρ ἀποκληρωτέον, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ποιητέον.

14 ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ ἴσου καὶ τοῦ δικαίου, κἂν ᾖ πάνυ χαλεπὸν εὑρεῖν τὴν ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν, ὅμως ῥᾷον τυχεῖν, ἢ συμπεῖσαι τοὺς δυναμένους πλεονεκτεῖν. ἀεὶ γὰρ ζητοῦσι τὸ ἴσον καὶ τὸ δίκαιον οἱ ἥττους· οἱ δὲ κρατοῦντες, οὐδὲν φροντίζουσι.

CAP.

CAP. IV. — ΚΕΦ. δ.

Δημοκρατιῶν [15] δ' οὐσῶν τεττάρων, βελτίστη μὲν ἡ πρώτη τάξει, καθάπερ ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἐλέχθη λόγοις. ἔστι δὲ καὶ ἀρχαιοτάτη πασῶν αὕτη.

λέγω δὲ πρώτην, ὥσπερ ἄν τις διέλοι τοὺς δήμους. βέλτιστος γὰρ δῆμος, ὁ γεωργικός ἐστιν. ὥστε καὶ ποιεῖν ἐνδέχεται δημοκρατίαν, ὅπου ζῇ τὸ πλῆθος ἀπὸ γεωργίας, ἢ νομῆς. διὰ μὲν γὰρ τὸ μὴ πολλὴν οὐσίαν ἔχειν, ἄσχολος· ὥστε μὴ πολλάκις ἐκκλησιάζειν. διὰ δὲ τὸ μὴ ἔχειν τἀναγκαῖα, πρὸς τοῖς ἔργοις διατρίβουσι, καὶ τῶν ἀλλοτρίων οὐκ ἐπιθυμοῦσιν· ἀλλ' ἥδιον τὸ ἐργάζεσθαι τοῦ πολιτεύεσθαι καὶ ἄρχειν, ὅπου ἂν μὴ ᾖ λήμματα μεγάλα ἀπὸ τῶν ἀρχῶν. οἱ γὰρ πολλοὶ μᾶλλον ὀρέγονται τοῦ κέρδους, ἢ τῆς τιμῆς. σημεῖον δέ· καὶ γὰρ καὶ τὰς ἀρχαίας τυραννίδας ὑπέμενον,

CVM [15] vero Democratiæ species sint quatuor, optima est omnium quę primo loco describitur, quemadmodum superiori sermone declaratum est, eaque est omnium antiquissima. Primam autem dico, quemadmodum quis populi genera diuiserit & ęstimarit: optimus enim ex agricolis est populus, & ita vbi ex agricultura, & pecore viuitur, ibi Democratia constitui potest: quod enim modicas opes hic populus habeat, ideo in opere & labore assidue versatur, raroque ad comitia cogitur, quodq; necessariis rebus frequenter egeat, ea de caussa priuatis negotiis intentius & studiosius incũbit, nec alienas res appetit, sed maiorem voluptatem capit ex rustico opere, quam ex ciuitatis, vbi magistratui non magnus quæstus esset propositus, administratione.

15 Vniuersa Democratiæ definitio adhuc fuit, sequitur singularis explicatio ex diuisione quatuor generum subiectorum, agricolarũ, pastorum, opificum, omnis generis permistorum hominum. Confusio quarti libri primo mẽbro talis fuit. Ex his enim quatuor generib. primũ & secundũ politiæ sunt. Describuntur initio mores & ἀξιώματα agricolarum quo pacto consuetus agant, quo magistratus suos ex bonis viris creent & si quid ab eis peccatũ sit corrigant.

Vulgus enim honori lucrum præponit. Cuius rei signum atque argumentum est, quod olim tyrannidem agricolæ perferebant, & hoc tempore Oligarchiam perferunt, dum modo nec operibus prohibeantur, nec

ſua re familiari ſpolientur. Celeriter enim aliis quidem magnæ facultates ſuppetũt, aliis vero non multæ res deſunt. Iam vero ſi qui honoris cupiditate moueantur cum legendi & corrigendi magiſtratus authoritatem habeant, hac authoritate facile eorum cupiditas explétur, præſertim cum quidam populi, quamuis faciendi magiſtratus nulla poteſtas illis ſit, ſed quibuſdam, ex vnoquoque ordine viciſſim delectis concedatur, vt Mantineæ, attamen quod in conſilio deliberandi ius habeāt & decernendi, huiuſce muneris honore cõtenti ſunt. Atque ſpecies hæc Democratiæ forma quædam putanda eſt, qualis quondā Mantineæ fuit, eaq; Democratię iam deſcriptæ commoda & apta eſt. Atque in ea conſueuit eſſe publica omnibus & communis poteſtas magiſtratus faciendi & corrigendi, & de cauſſis iudicandi, vtque ſummis honoribus delecti viri cenſu præſint, & quidem tāto maiore, quanto maiores honores fuerint, aut omnino in mandandis magiſtratibus ratio nulla cẽſus habeatur, ſed eis committantur, qui gerere poterunt.

μενον, καὶ τὰς ὀλιγαρχίας ὑπομένουσιν, ἐάν τις αὐτοὺς ἐργάζεσθαι μὴ κωλύῃ, μηδ᾽ ἀφαιρῆται μηθέν. ταχέως γὰρ, οἱ μὲν πλουτοῦσιν αὐτῶν, οἱ δ᾽ οὐκ ἀποροῦσιν.

ἔτι δὲ τὸ κυρίους εἶναι τοῦ ἑλέσθαι καὶ εὐθύνειν, ἀναπληροῖ τὴν ἔνδειαν· εἴ τι φιλοτιμίας ἔχουσιν· ἐπεὶ παρ᾽ ἐνίοις δήμοις, κἂν μὴ μετέχωσι τῆς αἱρέσεως τῶν ἀρχῶν, ἀλλά τινες αἱρετοὶ κατὰ μέρος ἐκ πάντων, ὥσπερ ἐν Μαντινείᾳ· τοῦ δὲ βουλεύεσθαι κύριοι ὦσιν, ἱκανῶς ἔχει τοῖς πολλοῖς. καὶ δεῖ νομίζειν καὶ τοῦτ᾽ εἶναι σχῆμά τι δημοκρατίας, ὥσπερ ἐν Μαντινείᾳ ποτ᾽ ἦν. διὸ δὴ καὶ συμφέρον ἐστὶ τῇ πρότερον ῥηθείσῃ δημοκρατίᾳ, καὶ ὑπάρχειν εἴωθεν, αἱρεῖσθαι μὲν τὰς ἀρχὰς καὶ εὐθύνειν καὶ δικάζειν πάντας· ἄρχειν δὲ τὰς μεγίστας αἱρετοὺς, καὶ ἀπὸ τιμημάτων· τὰς μείζους ἀπὸ μειζόνων· ἢ καὶ ἀπὸ τιμημάτων μὲν μηδεμίαν, ἀλλὰ τοὺς δυναμένους.

16 ἀνάγκη δὲ πολιτευομένους οὕτω, πολιτεύεσθαι καλῶς· αἵ τε γὰρ ἀρχαὶ ἀεὶ διὰ τῶν βελτίστων ἔσονται, τοῦ δήμου βουλομένου, καὶ τοῖς ἐπιεικέσιν οὐ φθονοῦντος· καὶ τοῖς ἐπιεικέσι καὶ γνωρίμοις ἀρκοῦσαν εἶναι ταύτην τὴν τάξιν· ἄρξονται γὰρ οὐχ ὑπ' ἄλλων χειρόνων· καὶ ἄρξουσι δικαίως, διὰ τὸ τῶν εὐθυνῶν εἶναι κυρίους ἑτέρους. τὸ γὰρ ἐπανακρέμασθαι, καὶ μὴ πᾶν ἐξεῖναι ποιεῖν, ὅ τι ἂν δόξῃ, συμφέρον ἐστίν. ἡ γὰρ ἐξουσία τοῦ πράττειν ὅ τι ἂν ἐθέλῃ τις, οὐ δύναται φυλάττειν τὸ ἐν ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων φαῦλον. ὥστε ἀναγκαῖον συμβαίνειν ὅπερ ἐστὶν ὠφελιμώτατον ἐν ταῖς πολιτείαις, ἄρχειν τοὺς ἐπιεικεῖς ἀναμαρτήτους ὄντας, μηδὲ ἐλαττουμένου τοῦ πλήθους.

ὅτι μὲν οὖν αὕτη τῶν δημοκρατιῶν ἀρίστη, φανερόν· καὶ διὰ τίν' αἰτίαν, ὅτι διὰ τὸ ποιόν τινα εἶναι τὸν δῆμον.

17 πρὸς δὲ τὸ κατασκευάζειν γεωργὸν τὸν δῆμον, τῶν τε νόμων τινὲς τῶν παρὰ τοῖς πολλοῖς κειμένων τὸ ἀρχαῖον,

16 Hac vero ratione rempub. principes præclare gubernabũt cum magistratus ex optimis viris, populo volente, nec probis inuidente, deligentur, bonique & primarii ciues hoc statu erunt, & ordine contenti. Nec enim regentur ab iniustis, & ipsi iuste imperabunt, cum sibi sui muneris atque officii rationem reddendam apud alios existimabunt: subiectos vero & suspensos magistratus teneri, nec eis quicquid libuerit permitti, valde commodum est: propterea quod effrenata quidlibet agendi licentia ingeneratam hominibus & insitam prauitatem reprimere & donare non potest. Itaque necesse est accidere, quod est imprimis in rebuspub. optandum, vt nullo iure plebis imminuto viri boni, nec vllo vitio inquinati præsint. Hanc igitur Democratiam omnium Democratiarum optimam esse, perspicuũ est, propterea quod his morib. sint eius ciues.

17 Vt autem ad agriculturã populus alliciatur, pleræque leges omnes, quæ olim apud multos populos latæ sunt, vtiles erunt: quæ aut omnino quendam possessionib. & fundis modum

16 *Statuitur ex descriptis legibus hanc Democratiam omnium minime malam fore quia ex optimis viris deiectos magistratus habeb.t & rationib. obnoxios & qui peccare non audeant. Quod ve:e dictũ est, sed hoc genus incõstanter in Democratiis (quæ ex iniustis vna est) parte collocatur.*

17 *Quatuor ἀξιώματα quib. populus ad agricu'turã inducatur.*

præſcribunt, aut à certo ad vrbem & ciuitatem loco definiunt. Legib. etiam quondam multæ ciuitates cauerunt, ne cui primas hæreditates vendere liceret. Eſt etiam lex (quam Oxilo tribuunt) ea fere ſententia, ne cui fœnore fundũ alterius occupare liceat. At nunc Aphyteorum lege dirigenda nobis & ſtatuenda ſunt omnia, ad id enim quod agimꝰ, accommodata eſt. Nã quamuis illi perexiguos pro multitudine hominum fines habeant, omnes tamẽ ſunt colendis agris dediti, quia non vniuerſa bona in cenſu profitentur, ſed partibus agros ita diuiſos, vt etiam pauperes cenſu excellere poſſint.

Hæ leges de primis hæreditatibus non vẽdendis, de fœnere. & cenſu ſunt apud Platonẽ lib. 5. legum.

χρήσιμοι πάντες, ἢ τὸ ὅλως μὴ ἐξεῖναι κεκτῆσθαι πλείω γῆν μέτρου τινός· ἢ ἀπό τινος τόπου πρὸς τὸ ἄστυ, καὶ τὴν πόλιν. ἦν δὲ τό γε ἀρχαῖον ἐν πολλαῖς πόλεσι νενομοθετημένον, μηδὲ πωλεῖν ἐξεῖναι τοὺς πρώτους κλήρους. ἔστι δὲ καὶ ὃν λέγουσιν Ὀξύλου νόμον εἶναι, τοιοῦτόν τι δυνάμενος, τὸ μὴ δανείζειν εἴς τι μέρος τῆς ὑπαρχούσης ἑκάστῳ γῆς. νῦν δὲ δεῖ διορθοῦν καὶ τῷ Ἀφυταίων νόμῳ· πρὸς γὰρ ὃ λέγομεν ἐστὶ χρήσιμος. ἐκεῖνοι γάρ, καίπερ ὄντες πολλοί, κεκτημένοι δὲ γῆν ὀλίγην, ὅμως πάντες γεωργοῦσι· τιμῶνται γὰρ οὐχ ὅλας τὰς κτήσεις, ἀλλὰ κατὰ τηλικαῦτα μόρια διαιροῦντες. ὥστ᾽ ἔχειν ὑπερβάλλειν ταῖς τιμήσεσι καὶ τοὺς πένητας.

18 Secundum autem hanc agricolarum ciuitatem, optima eſt paſtorum ciuitas, qui pecoribus & armentis viuunt, habet enim permulta agriculturę ſimilia, paſtoreſque, vt agricolæ, ad rem bellicam & militarem robuſto ſunt habitu & exercitato corpore, vt facile ſub dio durare & quiduis pati poſſint.

18 Secũdũ Democratiæ genus ex paſtorib. virtute ſuperiori proximũ, quales olim Arcades.

Idem 2 c.1. œconomici.

Re-

18 μετὰ δὲ τὸ γεωργικὸν πλῆθος, βέλτιστος δῆμός ἐστιν, ὅπου νομεῖς εἰσι, καὶ ζῶσιν ἀπὸ βοσκημάτων· πολλὰ γὰρ ἔχει τῇ γεωργίᾳ παραπλησίως· καὶ τὰ πρὸς τὰς πολεμικὰς πράξεις, μάλιστ᾽ οὗτοι γεγυμνασμένοι τὰς ἕξεις, καὶ χρήσιμοι τὰ σώματα, καὶ δυνάμενοι θυραυλεῖν.

19 τὰ

19 τὰ δ' ἄλλα πλήθη πάντα σχεδὸν, ἐξ ὧν αἱ λοιπαὶ δημοκρατίαι συνεστᾶσι, πολλῷ φαυλότερα τούτων· ὁ γὰρ βίος φαῦλος, καὶ οὐθὲν ἔργον μετ' ἀρετῆς, ὧν μεταχειρίζεται τὸ πλῆθος· τό τε τῶν βαναύσων, καὶ τὸ τῶν ἀγοραίων ἀνθρώπων, καὶ τὸ θητικόν.

ἔτι δὲ, διὰ τὸ περὶ τὴν ἀγορὰν καὶ τὸ ἄστυ κυλίεσθαι, πᾶν τὸ τοιοῦτον γένος, ὡς εἰπεῖν, ῥᾳδίως ἐκκλησιάζει. οἱ δὲ γεωργοῦντες, διὰ τὸ διεσπάρθαι κατὰ τὴν χώραν, οὔτ' ἀπαντῶσιν, οὔθ' ὁμοίως δέονται τῆς συνόδου ταύτης.

ὅπου δὲ καὶ συμβαίνει τὴν χώραν τὴν θέσιν ἔχειν τοιαύτην, ὥστε τὴν χώραν πολὺ τῆς πόλεως ἀπηρτῆσθαι, ῥᾴδιον καὶ δημοκρατίαν ποιεῖσθαι χρηστὴν, καὶ πολιτείαν· ἀναγκάζεται γὰρ τὸ πλῆθος ἐπὶ τῶν ἀγρῶν ποιεῖσθαι τὰς ἀποικίας. ὥστε δεῖ, κἂν ἀγοραῖος ὄχλος ᾖ, μὴ ποιεῖν ἐν ταῖς δημοκρατίαις ἐκκλησίας ἄνευ τοῦ κατὰ τὴν χώραν πλήθους. πῶς μὲν οὖν δεῖ κατα-

19 Reliqui vero fere omnes populi vnde cætera Democratiæ genera constiterunt, à duobus illis degenerarunt. Nam vulgus opificum sordidorum & institorum & mercenariorũ peruerse viuit, nec quicquã honestum & cum virtute coniunctum agit. Præterea quia hoc hominum genus & in foro & ciuitate media versatur, facile conuocatur & cogitur. At aratores tota regione longe & late dissipati, neque inter se coeunt, neq; eiusmodi coitiones requirunt Vbi vero contigerit eo situ regionem esse, vt ab vrbe longo interuallo disiungatur, facile est optimam & Democratiam & politiam constituere. Cogitur enim multitudo in agris quasi coloniis sese deducere. Itaquè necesse est in Democratiis quamuis negotiatorũ turba adfuerit attamen sine rustica & agresti multitudine cõcionem nullã habere. Quẽadmodũ igitur optima primaque Democratia constituenda sit dictum est: Manifestum est etiam quomodò reli-

19 Tertiũ genus Democratiæ ex opificibus & mercenariis callidũ & fraudulentum, duobusq; ideo superior b. d. terius, & in quo virtutis nullum sit studium quod primæ Democratiæ collatione declaratur.

20 Quartũ genus Democratiæ ex omnium hominum colluuione concretum & deterrimum omnium ad cuius constitutionem tria ἀξιώματα describuntur. Primum est vt in ciuitatem omne genus hominum recipiatur: tanta tamen multitudine, vt illustrium & mediocriũ ciuium numerus vincat.

reliquæ cõstitui possint. Deinceps enim ab optimo genere digrediendum, & corruptius illud hominũ vulgus segregandum.

20 Extrema vero Democratia quoniam omnis generis homines in ea dominantur & imperãt, nec cuiuis ciuitati tolerabilis est, nec facile statim suum tueri potest nisi bonis & legibus & morib. cõponatur. Quibus autem rebus & hæc respub. & cæteræ omnes euertantur, maxima ex parte declaratum est antea. Ad hunc vero Democratiæ statũ constituendum, populique opes confirmandum, soliti sunt eius rectores & præfecti, quamplurimos vndique accersere, neque solum legitimos & germanos ciues, sed alterutro parente, patre aut matre ciue procreatos in ciuitate collocare. Huic enim populo quodlibet hominũ genus est accommodatum. Mos igitur est plebicolis ita rempub. componere: sed tamen ea hominum multitudo in ciuitatem recipienda est, quam primariorum & mediocrium ciuium numerus superet, neque maior est accipienda. Nam si frequentior fæcis huius multitudo fuerit, omnem reipub. ordi-

σκευάζειν τὴν βελτίστην καὶ πρώτην δημοκρατίαν, εἴρηται· φανερὸν δὲ καὶ πῶς τὰς ἄλλας. ἑπομένως γὰρ δεῖ παρεκβαίνειν, καὶ τὸ χεῖρον ἀεὶ πλῆθος χωρίζειν.

20 τὴν δὲ τελευταίαν, διὰ τὸ πάντας κοινωνεῖν, οὔτε πάσης ἐστὶ πόλεως φέρειν, οὔτε ῥᾴδιον διαμένειν, μὴ τοῖς νόμοις καὶ τοῖς ἔθεσιν εὖ συγκειμένην. ἃ δὲ φθείρειν συμβαίνει καὶ ταύτην καὶ τὰς ἄλλας πολιτείας, εἴρηται πρότερον τὰ πλεῖστα σχεδόν. πρὸς δὲ τὸ καθιστάναι ταύτην τὴν δημοκρατίαν, καὶ τὸν δῆμον ποιεῖν ἰσχυρὸν, εἰώθασιν οἱ προεστῶτες, τῷ προσλαμβάνειν ὡς πλείστους, καὶ ποιεῖν πολίτας, μὴ μόνον τοὺς γνησίους, ἀλλὰ καὶ τοὺς [νόθους, καὶ τοὺς] ἐξ ὁποτερουοῦν πολίτου· λέγω δὲ, οἷον πατρὸς ἢ μητρός· ἅπαν γὰρ οἰκεῖον τοῦτο τῷ τοιούτῳ δήμῳ μᾶλλον. εἰώθασι μὲν οὖν οἱ δημαγωγοὶ κατασκευάζειν οὕτω. δεῖ μέντοι προσλαμβάνειν, μέχρις ἂν ὑπερτείνῃ τὸ πλῆθος τῶν γνωρίμων καὶ τῶν μέσων, καὶ τούτου μὴ πέρα προβαίνειν· ὑπερβάλλοντες γὰρ, ἀτακτοτέραν τε ποιοῦσι

ποιοῦσι τὴν πολιτείαν, καὶ τοὺς γνωρίμους πρὸς τὸ χαλεπῶς ὑπομένειν τὴν δημοκρατίαν, παροξύνουσι μᾶλλον· ὅπερ συνέβη τῆς στάσεως αἴτιον γενέσθαι περὶ Κυρήνην. ὀλίγον μὲν γὰρ πονηρὸν παρορᾶται· πολὺ δὲ γινόμενον, ἐν ὀφθαλμοῖς μᾶλλόν ἐστιν.

21 ἔτι δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα κατασκευάσματα χρήσιμα πρὸς τὴν δημοκρατίαν τὴν τοιαύτην, οἷς Κλεισθένης τε Ἀθήνησιν ἐχρήσατο, βουλόμενος αὐξῆσαι τὴν δημοκρατίαν καὶ περὶ Κυρήνην οἱ τὸν δῆμον καθιστάντες. φυλαί τε γὰρ ἕτεραι ποιητέαι πλείους, καὶ φρατρίαι· καὶ τὰ τῶν ἰδίων ἱερῶν συνακτέον εἰς ὀλίγα καὶ κοινά· καὶ πάντα σοφιστέον, ὅπως ἂν ὅτι μάλιστα ἀναμιχθῶσι πάντες ἀλλήλοις, αἱ δὲ συνήθειαι διαζευχθῶσιν αἱ πρότερον.

22 ἔτι δὲ καὶ τὰ τυραννικὰ κατασκευάσματα, δημοτικὰ δοκεῖ πάντα· λέγω δ', οἷον ἀναρχία τε δούλων· αὕτη δ' ἂν εἴη μέχρι του συμφέρουσα· καὶ γυναικῶν καὶ παίδων· καὶ τὸ ζῆν ὅπως τις βούλεται, παρορᾶν· πολὺ γὰρ ἔσται τὸ τῇ

nem conturbat, & illustrib. viris odiosum Democratiæ statũ & inuisum facit. Quę Cyrenis caussa seditionis extitit. Malum ante omnium oculos versatur.

21 Tum vero ad hunc Democratiæ statum exædificãdum illis quasi machinis erit vtendum, quibus & Clisthenes vsus est Athenis, cupiens augere Democratiã, & Cyrenis Democratiæ conditores: tribus enim complures instituendæ & phratriæ à priuatis sacris in pauca & cõmunia redigendæ, omniaq; fingenda & inuenienda, vt quam maxime ciues omnes inter se commisceantur superioresque consuetudines aboleantur.

22 Atque etiam omnis tyrannica machinatio solertiaque Democratia videtur esse, cuiusmodi est seruorum, quæ quodam tenus commoda possit esse: Itemque mulierum & puerorum licentia & libera vitæ, ac sine animaduersionis metu proposita potestas: permulti enim talem reipubl. statum optabunt & amabunt, cum plerique malint dissolute

Enim nascens & adhuc exiguum non animaduertitur: at vbi creuerit & latius conualuerit.

21 Secundum ἀξίωμα vt plures trib. efficiantur, & omnes inter se ciues permisceantur.

22 Tertium ἀξίωμα vt seruis, mulieribus, pueris, licẽtia & libertas permittatur.

lute, quam modeſte & temperate viuere.

τοιαύτη πολιτεία βουλομένη. ἥδιον γὰρ τοῖς πολλοῖς τὸ ζῆν ἀτάκτως, ἢ τὸ σωφρόνως.

CAP. V.

ΚΕΦ. ε.

23 Quinque ἀξιώματα ad conſecrationem Democratiæ, quorum ſumma eſt vt diuitib. parcatur, inopib. ſuccurratur, At hæc ἀξιώματα iuſtæ reip magis Propria ſunt q̃ Democratiæ, & ſic iniuſtæ reip. conſeruãtur cum iuſtas imitantur.

Tranſit autem à conſtitutione Democratiæ vltimæ ad eius conſeruationẽ. In qua hoc primum ſtatuit, maiorem eſſe principis virtutem remp. conſeruare quã condere.

Tria pertinẽt ad diuites quorum primum eſt vt damnatorum multæ ſacro adiudicẽtur, non diuidantur populo.

EST [23] autem legumlatoribus & eiuſce reipub. conditoribus neque maximum neque ſolum opus ꝓpoſitum, eam ipſam rempublic. condere & fundare. ſed multo maius opus eſt quib. rebus conſeruetur, eas comparare. Vnum enim aut alterum tertiumue diem reipublic. ſtatum qualemcumque permanere, difficile non eſt. Itaque ex deſcriptis antea cauſſis, quibus rerumpub. & pernicies & ſalus cõtinetur, ſtatus ciuitatis ſtabiliendus & confirmandus eſt. In eoq; primum vitanda nobis erũt ea, quæ reſpub. euertunt: deinde legibus & ſcriptis & nõ ſcriptis tenenda quæ remp. imprimis ſaluam & incolumen tueantur, neque exiſtimandum erit id eſſe vel Democraticum vel Oligarchicum, quo ciuitas Democraticæ vel Oligarchice gubernetur, ſed quo potius diutiſſime conſeruetur, hoc vero tempore δημαγωγῶν plebis aſſentatores & rectores, vt populo gratificentur, mul-

ΕΣτι [23] δ' ἔργον τοῦ νομοθέτου καὶ τῶν βουλομένων συνιστάναι τινὰ τοιαύτην πολιτείαν, οὐ τὸ καταστῆσαι μέγιστον ἔργον, οὐδὲ μόνον ἕν, ἀλλ' ὅπως σώζηται μᾶλλον· μίαν γὰρ, ἢ δύο, ἢ τρεῖς ἡμέρας, οὐ χαλεπὸν μεῖναι, πολιτευομένους ὁπωσοῦν. διὸ δεῖ περὶ ὧν τεθεώρηται πρότερον, τίνες σωτηρίαι καὶ φθοραὶ τῶν πολιτειῶν, ἐκ τούτων πειρᾶσθαι κατασκευάζειν τὴν ἀσφάλειαν· εὐλαβουμένους μὲν τὰ φθείροντα, τιθεμένους δὲ τοιούτους νόμους καὶ τοὺς ἀγράφους καὶ τοὺς γεγραμμένους, οἳ περιλήψονται μάλιστα τὰ σώζοντα τὰς πολιτείας· καὶ μὴ νομίζειν τοῦτ' εἶναι δημοτικὸν, μηδ' ὀλιγαρχικὸν, ὃ ποιήσει τὴν πόλιν ὅτι μάλιστα δημοκρατεῖσθαι, ἢ ὀλιγαρχεῖσθαι· ἀλλ' ὃ πλεῖστον χρόνον. οἱ δὲ δημαγωγοὶ, χαριζόμενοι τοῖς δήμοις, πολλὰ δημεύουσι διὰ τῶν δικαστηρίων·

καστηρίων· διὸ δεῖ πρὸς ταῦτα ἀντιπράττειν τοὺς κηδομένους τῆς πολιτείας, νομοθετοῦντας μηδὲν εἶναι δημόσιον τῶν καταδικαζομένων καὶ φερόντων πρὸς τὸ κοινόν, ἀλλ' ἱερόν. οἱ μὲν γὰρ ἀδικοῦντες, οὐδὲν ἧττον εὐλαβεῖς ἔσονται· ζημιώσονται γὰρ ὁμοίως. ὁ δ' ὄχλος ἧττον καταψηφιεῖται τῶν κρινομένων, λήψεσθαι μηθὲν μέλλων.

24 ἔτι δὲ τὰς γινομένας δημοσίας δίκας, ὡς ὀλιγίστας ἀεὶ ποιεῖν, μεγάλοις ἐπιτιμίοις τοὺς εἰκῇ γραφομένους κωλύοντας. οὐ γὰρ τοὺς δημοτικούς, ἀλλὰ τοὺς γνωρίμους εἰώθασιν εἰσάγειν. δεῖ δὲ καὶ τῇ πολιτείᾳ πάντας μάλιστα μὲν εὔνους εἶναι τοὺς πολίτας· εἰ δὲ μή, μή τι γε ὡς πολεμίους νομίζειν τοὺς κυρίους.

25 ἐπεὶ δ' αἱ τελευταῖαι δημοκρατίαι πολυάνθρωποί τε εἰσί, καὶ χαλεπὸν ἐκκλησιάζειν ἀμίσθους, τοῦτο δ' ὅπου πρόσοδοι μὴ τυγχάνουσιν οὖσαι, πολέμιον τοῖς γνωρίμοις· ἀπό τε γὰρ

torum bona & fortunas iudiciis & damnationibus publicant. Itaque boni ciues & reip. ſtudioſi contraria præſidia comparare debent, legibuſque ſancire ne vlla damnatorum publicata bona populo diuidantur, ſed omnia ſacro adiudicētur. Neque enim minus pertimeſcent, qui facere iniuriam cogitabunt, paribus enim pænis afficientur & minus damnationis auidus populus erit, cum ad ſe de mulctis & publicationibus nihil redIturum putabit.

24 Deinde prouidendum vt publicę quęſtiones quam pauciſſimæ quamque rariſſimæ conſtituantur, graueſque pœnę calumniatoribus proponendæ. Nec enim tenues & plebeios, ſed fortunatos & opulētos accuſare cōſueuerunt. Omnibus vero ciuibus imprimis charam eſſe remp. neceſſe eſt: quod ſi minus effici poterit, at certe præſtandum eſt, ne ciuib. ſuis principes ac magiſtratus velut hoſtes habeantur.

24 Secundum ἀξίωμα. publicæ quæſtiones, quæ ſunt de capite & fortunis ciuiū raræ ſunto.

25 Quoniā vero extremæ Democratiæ & magna hominum frequentia ac multitudine redundant & difficile eſt, vt nulla mercede propoſita conuentus agant, & comitia habeant certe, ſi nulla reip. vectigalia fuerint, locu-

25 Tertium ἀξίωμα. Si vectigalia non fuerint, raræ conciones & raræ iudicia, ſed multis de reb. ſimul ſunto.

pletibus solet esse perniciosum, cum id ex collatione tributorum & publicatione & cōdemnatione corruptorum iudiciorum fieri necesse sit: quæ res iam multas Democratias euerterunt. Quapropter vbi fructus publici nulli sunt, raræ cōciones aduocandę sunt, iudicia multis quidem de rebus vno tempore, sed raris & paucis diebus facienda. Id. n. faciet vt diuites minus sumptū metuant, licet in iudicio nullũ diuitibus, sed solis pauperibus præmium persoluatur: faciet etiam vt caussę iustius disceptentur. Nec enim diuites à domesticis negotiis & priuatis rebus abesse diu volunt, paulum autē non moleste ferunt. At quibus in ciuitatibus vectigalia publice suppeditant: non erit his sic vtendũ, quemadmodum publice quidam nunc vtuntur. Nam si qua pecunia publica supersit, eam populo diuidunt, eiusque partem ipsi capiunt, ac tamen rursus eandem requirunt. Est videlicet egregiũ hoc populi subsidium, quasi dolium perforatum.

26 Duo reliqua ἀξιώματα *pertinent ad alleuationem pauperum, primum si vectigalia suppetũt, singulis ciuibus aut quamplurimis earum fructus diuidēdus. Res dissimili consuetudine declaratur.*

26 Ac ciui vere Democratico vereque populari ratio diligenter habenda est, ne populus egestate & inopia prematur. Hac enim re misera

τὸ γὰρ εἰσφορᾶς καὶ δημεύσεως ἀναγκαῖον γίνεσθαι καὶ δικαστηρίων φαύλων· ἃ πολλὰς ἤδη δημοκρατίας ἀνέτρεψεν· ὅπου μὲν οὖν πρόσοδοι μὴ τυγχάνουσιν οὖσαι, δεῖ ποιεῖν ὀλίγας ἐκκλησίας, καὶ δικαστήρια, πολλῶν μὲν, ὀλίγας δὲ ἡμέρας. τοῦτο γὰρ φέρει μὲν καὶ πρὸς τὸ μὴ φοβεῖσθαι τοὺς πλουσίους τὰς δαπάνας, ἐὰν οἱ μὲν εὔποροι μὴ λαμβάνωσι δικαστικόν, οἱ δὲ ἄποροι. φέρει δὲ καὶ πρὸς τὸ κρίνεσθαι τὰς δίκας πολὺ βέλτιον. οἱ γὰρ εὔποροι, πολλὰς μὲν ἡμέρας οὐκ ἐθέλουσιν ἀπὸ τῶν ἰδίων ἀπεῖναι· βραχὺν δὲ χρόνον ἐθέλουσι. ὅπου δὲ εἰσὶ πρόσοδοι, μὴ ποιεῖν ὃ νῦν οἱ δημαγωγοὶ ποιοῦσι· τὰ γὰρ περιόντα νέμουσι. λαμβάνουσι δὲ ἅμα, καὶ πάλιν δέονται τῶν αὐτῶν· ὁ τετρημένος γάρ ἐστι πίθος ἡ τοιαύτη βοήθεια τοῖς ἀπόροις.

26 ἀλλὰ δεῖ τὸν ἀληθινῶς δημοτικὸν, ὁρᾶν ὅπως τὸ πλῆθος μὴ λίαν ἄπορον ᾖ. τοῦτο γὰρ αἴτιον τοῦ μοχθηρὰν εἶναι τὴν δημοκρατίαν. τεχναστέον οὖν

Democratia

ὅπως ἂν εὐπορία γένοιτο χρόνιος. ἐπεὶ δὲ συμφέρει τοῦτο καὶ τοῖς εὐπόροις, τὰ μὲν ἀπὸ τῶν προσόδων γινόμενα συναθροίζοντας, ἀθρόα χρὴ διανέμειν τοῖς ἀπόροις. μάλιστα μὲν εἴ τις δύναται τοσοῦτον ἀθροίζων ὅσον εἰς γηδίου κτῆσιν· εἰ δὲ μή, πρὸς ἀφορμὴν εὐπορίας καὶ γεωργίας. καὶ εἰ μὴ πᾶσι δυνατὸν, ἀλλὰ κατὰ φυλὰς, ἤ τι μέρος ἕτερον ἐν μέρει διανέμειν·

27 ἐν δὲ τούτῳ πρὸς τὰς ἀναγκαίας συνόδους τοὺς εὐπόρους εἰσφέρειν τὸν μισθὸν, ἀφιεμένους τῶν ματαίων λειτουργιῶν· τοιοῦτον δέ τινα τρόπον Καρχηδόνιοι πολιτευόμενοι, φίλον κέκτηνται τὸν δῆμον. ἀεὶ γάρ τινας ἐκπέμποντες τοῦ δήμου πρὸς τὰς περιοικίδας, ποιοῦσιν εὐπόρους. χαριέντων δ' ἐστὶ καὶ νοῦν ἐχόντων γνωρίμων, καὶ διαλαμβάνοντας τοὺς ἀπόρους, ἀφορμὰς μὲν διδόντας, τρέπειν ἐπ' ἐργασίας. καλῶς δ' ἔχει μιμεῖσθαι καὶ τὰ Ταραν-

Democratia efficitur. Quare modis & rationib. omnibus prouidendum erit vt ciuitas sit opibus bene constitutis & fundatis diu locuples & copiosa. Quod cum sit diuitibus etiam vtile omnes publicorum vectigalium fructus cogendi sunt & congregandi & inopib. dispertiendi. Sed illud imprimis est optandum vt tãtum sit ærarium, vt ad coemendum singulis inopibus agellum suppeditare possit: sin minus quod ad mercaturã aut agriculturam subsidium aliquod attulerit: Quod si viritim diuidi non poterit, at certe tributim, aut alia quadam ciuium partitione, vicissim diuidatur.

27 Qua in re ad necessarios conuentus agẽdum diuites vanis & inanibus publicorum munerũ sumptibus leuati & liberati stipendium de suo cõferre & constituere debebũt. Hac enim liberalitate qui remp. Carthaginensium gubernant, populi beneuolentiam charitatemque sibi conciliant. Nam cum è populo quosdã perpetuo in colonias deducant, eadem quoque ratione locupletant. Est autem liberalium sapientumque principum inopes auxilio leuare, & occasione proposita ad fru-

27 Secundum paupertatis ἀξίωμα. diuites sumptus necessarios reip. sustinẽto, coloniis deducendis & aliis occasionibus inopiã plebis subleuanto: Quod exemplis Carthaginensium & Tarentinorũ declaratur. Est vero Tarẽtinorũ hoc exemplũ pulcherrimum, nec in Democratia potius quam in quauis optima rep. propemodũ. Sed iniustæ resp. iustarum præsidiis (vt dictum est) conseruantur.

ctuosum & quæstuosum opus excitare. Est etiam honestum Tarentinos imitari qui possessionum suarũ fructum & vsum cum populo communem faciunt, eaque liberalitate & gratia fidelẽ populum & beneuolum sibi deuinciunt. Atque iidẽ magistratus suos in duo genera diuiserunt, aliosque suffragiis, alios sortitioni cõmittunt: sortitioni quidẽ vt populus etiam particeps esse possit: suffragiis autem vt remp. melius & lautius gerant, quod in vno & eodem magistratu fieri liceat, si res ita diuidatur, vt aliis sorte, aliis suffragio tribuatur.

Ταραντίνων· ἐκεῖνοι γὰρ, κοινὰ ποιοῦντες τὰ κτήματα τοῖς ἀπόροις ἐπὶ τὴν χρῆσιν, εὔνουν παρασκευάζουσι τὸ πλῆθος. ἔτι δὲ τὰς ἀρχὰς πάσας ἐποίησαν διττὰς, τὰς μὲν, αἱρετὰς, τὰς δὲ, κληρωτάς. τὰς μὲν κληρωτὰς, ὅπως ὁ δῆμος αὐτῶν μετέχῃ· τὰς δὲ αἱρετὰς ἵνα πολιτεύωνται βέλτιον. ἔστι δὲ τοῦτο ποιῆσαι, καὶ τῆς ἀρχῆς αὐτῆς μερίζοντας, τοὺς μὲν κληρωτοὺς, τοὺς δὲ αἱρετούς.

28 Declarata est secunda libri parte Democratia definitione, partitione, constitutione, conseruatione: Oligarchia deinceps tertia parte ad eius cõparationem breuiter explicatur, omissaque definitione distribuitur in genera quatuor. Prima Oligarchia est vbi pauci boni viri paruo censu remp. administrant, quæ ex Aristocratia mixta est potius quam Oligarchia. Aristoteles etiam Timocratiæ similem facit.

28 Quemadmodum igitur Democratiæ constituendæ sunt, hactenus est explicatum.

28 πῶς μὲν οὖν δεῖ τὰς δημοκρατίας κατασκευάζειν, εἴρηται.

CAP. VI.

ΚΕΦ. ϛ.

PRopemodũ vero etiam ex his explicatũ est, quomodo vnumquodque Oligarchiæ genus sit instituendum. Ex cõtrariis enim suis componendæ sunt Oligarchiæ & singulæ ex Democratiæ sibi contrariæ comparatione & collatione definiendæ. Imprimis quidem Oligarchia illa optime temperata, ac prima quę Timocratię finitima est & germa-

Σχεδὸν δὲ καὶ περὶ τὰς ὀλιγαρχίας πῶς δεῖ, φανερὸν ἐκ τούτων· ἐκ τῶν ἐναντίων γὰρ δεῖ συνάγειν ἑκάστην ὀλιγαρχίαν πρὸς τὴν ἐναντίαν δημοκρατίαν ἀναλογιζόμενον· τὴν μὲν εὔκρατον μάλιστα τῶν ὀλιγαρχιῶν καὶ πρώτην· αὕτη δὲ ἐστὶν ἡ σύνεγγυς τῇ καλουμένῃ πολιτείᾳ, ἧ δεῖ τὰ τιμήματα διαιρεῖν, τὰ μὲν, ἐλάττω, τὰ δὲ, μεί-

δὲ, μείζω ποιοῦντας. ἐλάττω, μὲν ἀφ' ὧν τῶν ἀναγκαίων μεθέξουσιν ἀρχῶν· μείζω δὲ, ἀφ' ὧν τῶν κυριωτέρων· τῷ κτωμένῳ τὸ τίμημα μετέχειν ἐξεῖναι τῆς πολιτείας, τοσοῦτον εἰσαγομένου τοῦ δήμου πλῆθος διὰ τοῦ τιμήματος, μεθ' οὗ κρείττονες ἔσονται τῶν μὴ μετεχόντων. ἀεὶ δὲ δεῖ παραλαμβάνειν ἐκ τοῦ βελτίονος δήμου τοὺς κοινωνούς.

29 ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἐχομένην ὀλιγαρχίαν ἐπιτείνοντας δεῖ μικρὸν κατασκευάζειν. τῇ δ' ἀντικειμένῃ τῇ τελευταίᾳ δημοκρατίᾳ, τῇ δυναστικωτάτῃ καὶ τυραννικωτάτῃ τῶν ὀλιγαρχιῶν, ὅσῳπερ χειρίστη, τοσούτῳ δεῖ πλείονος φυλακῆς. ὥσπερ γὰρ, τὰ μὲν σώματα εὖ διακείμενα πρὸς ὑγίειαν, καὶ πλοῖα τὰ πρὸς ναυτιλίαν καλῶς ἔχοντα τοῖς πλωτῆρσιν, ἐπιδέχεται πλείους ἁμαρτίας, ὥστε μὴ φθείρεσθαι δι' αὐτάς· τὰ δὲ νοσερῶς ἔχοντα τῶν σωμάτων, καὶ τὰ τῶν πλοίων ἐκλελυμένα, καὶ πληρωτήρων τετυχηκότα φαύλων, οὐδὲ τὰς

μικρὰς

na, in qua census ita partiendi sunt, vt alii maiores, minores alii statuantur: minores quidem, quibus minores, maiores quibus maiores magistratus describātur: ac illo censu præditis resp. pateat, tantaque sit in hoc censu populi multitudo vt reliquam multitudinē hoc censu atque his opibus inferiorem facile vincat & superet. Atque etiam perpetuo prouidendum est vt ad illum censum illamque reip. communionem spectatissimus quisque è populo & probatissimus adhibeatur.

29 Deinceps autem reliquæ sequentes Oligarchiæ modica cēsus amplificatione describendæ sunt. At Oligarchia quæ postremæ & deterrimæ Democratiæ velut è regione respondet, quaque nulla Oligarchia magis Dynastica magisque tyrannica est, quanto est omnium pessima, tanto opus habet cautione & prouisione maxima. Vt enim corpora sana & valētia & nauigia ad nauigandum commode nautis adornata, pluribus offensionibus resistunt, neque facile debilitari aut violari possunt: ægra autem & infirma corpora & nauigia dissoluta ac inertibus nautis instructa, ne leuissimas quidem offensas

29 Prætereuntur parua significationi reliquæ Oligarchiæ. Secunda enim est Oligarchia, vbi pauciores magno censu: tertia vbi adhuc pauciores & maiore censu: quarta vbi paucissimi maximo censu præsunt. Sic enim quarto libro diuisa sunt hæc genera, vbi de hac confusione egimus. Postrema est pessima, & reuera sola Democratia est, ideoque plurimis præsidiis eget, quæ similitudine corporis & nauis illustratur.

ferre possunt: Sic etiam vt quæq; respub. pessime constituta est, ita plurimum ad se tuendum & conseruãdum requirit.

μικρὰς δύναται φέρειν ἁμαρτίας· οὕτω καὶ τῶν πολιτειῶν αἱ χείρισται, πλείστης δέονται φυλακῆς.

30 Vt antea Democratiæ, ita nũc Oligarchiæ status tut-laq; describitur & primo ad constituẽtes caussas diuidantur militum genera, in equites, pedites, grauis armaturæ ferẽtarios, classiarios quartæ Oligarchiæ equites, tertiæ pedites armati tribuũtur. Ferentarii autem & classiarii, tametsi Democratici sint, Oligarchiæ tamen accommodari possunt: de equitib. libr. 4. n. 6. idem dicitur.

30 Ac Democratias quidem ipsa ciuium multitudo & frequentia conseruat, quę iure numeri non dignitatis vtitur, Oligarchiæ vero cõtrarium salutis præsidium à recta præclaraque institutione petendum est.

30 τὰς μὲν οὖν δημοκρατίας ὅλως ἡ πολυανθρωπία σώζει· τοῦτο γὰρ ἀντίκειται πρὸς τὸ δίκαιον τὸ κατὰ τὴν ἀξίαν· τὴν δ᾽ ὀλιγαρχίαν, δῆλον ὅτι τοὐναντίον ὑπὸ τῆς εὐταξίας δεῖ τυγχάνειν τῆς σωτηρίας.

CAP. VII.

QVONIAM vero partes populi sunt quatuor excellentiores, agricolæ, opifices, negotiatores, mercenarii, totidemque species gerendis bellis necessariæ, equites, pedites armati, ferẽtarii classiarii, certe vbi regio equitationi congrua est, hic Dynastiam & prępotentem Oligarchiam percommode cõstituere licebit. Hac enim potentia præsidium & salus incolis afferetur: & equos alere diuitũ est & amplas opes habentium. At vbi regio peditibus armatis apta est, ea proxime Oligarchiæ fuerit oportuna, quam grauis armaturæ peditatus, locupletum magis est quam inopum. At ferentaria &

De equitibus lib. 4. n. 16.

ΚΕΦ. ζ.

ἘΠεὶ δὲ τέτταρα μέν ἐστι μέρη μάλιστα τοῦ πλήθους, γεωργικὸν, βάναυσον, ἀγοραῖον, θητικόν· τέτταρα δὲ τὰ χρήσιμα πρὸς πόλεμον, ἱππικὸν, ὁπλιτικὸν, ψιλὸν, ναυτικόν· ὅπου μὲν συμβέβηκε τὴν χώραν εἶναι ἱππάσιμον, ἐνταῦθα μὲν εὐφυῶς ἔχει κατασκευάζειν τὴν ὀλιγαρχίαν ἰσχυράν· ἡ γὰρ σωτηρία τοῖς οἰκοῦσι διὰ ταύτης ἐστὶ τῆς δυνάμεως· αἱ δ᾽ ἱπποτροφίαι, τῶν μακρὰς οὐσίας κεκτημένων εἰσίν. ὅπου δ᾽ ὁπλίτην, τὴν ἐχομένην ὀλιγαρχίαν· τὸ γὰρ ὁπλιτικὸν, τῶν εὐπόρων ἐστὶ μᾶλλον, ἢ τῶν ἀπόρων. ἡ δὲ ψιλὴ δύναμις, καὶ

ναυτική,

ναυτική, δημοκρατικὴ πάμπαν. νῦν μὲν οὖν ὅπου τοιοῦτον πολὺ πλῆθός ἐστιν, ὅταν διαστῶσι, πολλάκις ἀγωνίζονται χεῖρον. δεῖ δὲ πρὸς τοῦτο φάρμακον παρὰ τῶν πολεμικῶν λαμβάνειν στρατηγῶν· οἳ συνδυάζουσι πρὸς τὴν ἱππικὴν δύναμιν καὶ τὴν ὁπλιτικὴν, τὴν ἁρμόττουσαν τῶν ψιλῶν. ταύτῃ δ' ἐπικρατοῦσιν ἐν ταῖς διαστάσεσιν οἱ δῆμοι τῶν εὐπόρων. ψιλοὶ γὰρ ὄντες, πρὸς ἱππικὴν καὶ ὁπλιτικὴν ἀγωνίζονται ῥαδίως. τὸ μὲν οὖν ἐκ τούτων καθιστάναι ταύτην τὴν δύναμιν, ἐφ' ἑαυτοὺς ἐστι καθιστάναι. δεῖ δὲ διῃρημένης τῆς ἡλικίας, καὶ τῶν μὲν ὄντων πρεσβυτέρων, τῶν δὲ νέων, ἔτι μὲν ὄντας νέους τοὺς αὐτῶν υἱεῖς διδάσκεσθαι τὰς κούφας καὶ τὰς ψιλὰς ἐργασίας· ἐκκεκειμένους δὲ ἐκ παίδων, ἀθλητὰς εἶναι αὐτοὺς τῶν ἔργων.

31 τὴν δὲ μετάδοσιν γίνεσθαι τῷ πλήθει τοῦ πολιτεύματος, ἤτοι καθάπερ εἴρηται πρό-

classiaria turba, Democratice tota est. Nunc igitur vbi magna est huiusce generis multitudo, cum frequenter in bellis tumultuetur & dissideat, infœlicius præliatur & dimicat. Cuius mali remedium à belli ducibus petendum est, qui cum equitatu & grauis armaturæ peditatu congruentem leuis armaturæ manum coniungunt. His autem leuioribus copiis plebei, si discordia ciuilis & seditio exorta sit, fortunatos & opulentos facile vincunt. Nam cum prompti sint & expediti, aduersus equites & armatos pedites facile decertant. Itaque ex hac hominũ multitudine si Oligarchici Oligarchiã constituũt, contra seipsos constituunt. Verumtamen cum sint homines ætate distincti, aliique seniores, adolescentiores alii, profectò conueniet patribus, vt primis adhuc & teneris annis liberos suos leuibus & expeditis exercitationibus instituant, deque ipso puerorum numero deligant, qui certaminis huius & numeris sint exercitatores & tãquam magistri.

31 Communicanda etiam erit resp. cum plebeis, aut quemadmodum dictum est antea, cum censum legitimum

31 Transitio ad tuti am & cõseruationẽ Oligarchiæ: nulla tamẽ nota trãsitionis: duo sũt ἀξιώματα

Probatissimi ad remp. regendam leguntur, lectis publicorum munerum gratia munera adiungantur, vt talē reip. statū populus [illegible] que Aristoteles [illegible] in Oligarchiis nō obseruari. Hæc ἀξιώματα potius Aristocratica sunt quam Oligarchica, sed in [illegible] rerump. remedia petuntur à iustu.

fuerint adepti, aut sicut apud Thebanos fieri solet cū certo quodam tempore sordidas artes factitare desierint, aut velut Massiliæ delectu habito, cognitaque caussa quibus ad publicos honores aditus apertus esse debeat, quibus exclusus. Maximis etiam quibusque & nobilissimis magistratibus (quibus reip. rectores præesse necesse sit) onera publicarum curationum, tam sumptuosa tamque grauia sunt imponenda, vt tales honores populus vltro refugiat, principibusque velut magnum suę dignitatis pretium soluentibus sine inuidia concedat. Conueniet autem, qui tales magistratus inierint, & magnifica sacra facere & monumēta quædam publica construere, vt populus in epulis conuiuiisque publicis cum ciuitatem templis, porticibus, basilicis similibusq; ædificiis ornatam & splendidam conspiciet, lætis & libentibus animis integram & florentem remp. conspiciat. Qua ex re etiam principibus monimenta magnificentiæ suæ constabunt. Verumtamen hoc tempore Oligarchici ab ea liberalitate tantum absunt, vt auaritiam contrariam potius sectentur: nec minus vtilitati quam dignitati seruiant. Itaque tales Oligarchiæ

Postrema hæc pars l. 6. tota fere est in 6. & 12. legum Platonis. Prius magistrat⁹ hic descrip.⁹ vocatur 4. l. Agoranomus.

Pars 4. in capite 8.

32 Democratiæ & Oligarchiæ declaratio conclusa est: quarta & postrema

πρότερον, τοῖς τὸ τίμημα κτωμένοις· ἢ καθάπερ Θηβαίοις, ἀποσχομένοις χρόνον τινὰ τῶν βαναύσων ἔργων· ἢ καθάπερ ἐν Μασσαλίᾳ, κρίσιν ποιουμένους τῶν ἀξίων τῶν ἐν τῷ πολιτεύματι, καὶ τῶν ἔξωθεν. ἔτι δὲ καὶ ταῖς ἀρχαῖς ταῖς κυριωτάταις, ἃς δεῖ τοὺς ἐν τῇ πολιτείᾳ κατέχειν, δεῖ προσκεῖσθαι λειτουργίας, ἵν' ἑκὼν ὁ δῆμος μὴ μετέχῃ, καὶ συγγνώμην ἔχῃ τοῖς ἄρχουσιν, ὡς μισθὸν πολὺν διδοῦσι τῆς ἀρχῆς. ἁρμόττει δὲ θυσίας τε εἰσιόντας ποιεῖσθαι μεγαλοπρεπεῖς, καὶ κατασκευάζειν τι τῶν κοινῶν, ἵνα τῶν περὶ τὰς ἑστιάσεις μετέχων ὁ δῆμος, καὶ τὴν πόλιν ὁρῶν κοσμουμένην, τὰ μὲν ἀναθήμασι, τὰ δὲ οἰκοδομήμασιν, ἄσμενος ὁρᾷ μένουσαν τὴν πολιτείαν. συμβήσεται δὲ καὶ τοῖς γνωρίμοις εἶναι μνημεῖα τῆς δαπάνης. ἀλλὰ τοῦτο νῦν οἱ περὶ τὰς ὀλιγαρχίας οὐ ποιοῦσιν, ἀλλὰ τοὐναντίον· τὰ λήμματα γὰρ ζητοῦσιν οὐχ ἧττον, ἢ τὴν τιμήν. διόπερ εὖ ἔχει λέγειν

ταύτας εἶναι δημοκρατίας μικράς.

32 πῶς μὲν οὖν χρὴ καθιστάναι τὰς δημοκρατίας καὶ τὰς ὀλιγαρχίας, διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

ligarchiæ, Democratię quędam paruæ merito nominari possunt.

32 Ac de cõstituendis Democratiis & Oligarchiis satis superque disputatum.

ΚΕΦ. η.

Ἀκόλουθον δὲ τοῖς εἰρημένοις ἐστὶ, τὸ διῃρῆσθαι καλῶς τὰ περὶ τὰς ἀρχὰς, πόσαι, καὶ τίνες, καὶ τίνων, καθάπερ εἴρηται καὶ πρότερον· τῶν μὲν γὰρ ἀναγκαίων ἀρχῶν χωρὶς, ἀδύνατον εἶναι πόλιν· τῶν δὲ πρὸς εὐταξίαν καὶ κόσμον, ἀδύνατον οἰκεῖσθαι καλῶς. ἔτι δὲ ἀναγκαῖον, ἐν μὲν ταῖς μικραῖς ἐλάττους εἶναι τὰς ἀρχάς· ἐν δὲ ταῖς μεγάλαις, πλείους, ὥσπερ τυγχάνει πρότερον εἰρημένον. ποίας οὖν ἁρμόττει συνάγειν, καὶ ποίας χωρίζειν, δεῖ μὴ λανθάνειν. πρῶτον μὲν οὖν ἐπιμέλεια τῶν ἀναγκαίων ἡ περὶ τὴν ἀγοράν, ἐφ' ᾗ δεῖ τινα ἀρχὴν εἶναι τὴν ἐφορῶσαν περί τε τὰ συμβόλαια καὶ τὴν εὐκοσμίαν. σχεδὸν γὰρ ἀναγκαῖον πάσαις ταῖς πόλεσι, τὰ μὲν ὠνεῖσθαι, τὰ δὲ πωλεῖν

CAP. VIII.

SEQVITVR vero vt magistratuum genera videamus, & quot & quæ & quibus reb. præficiantur, quẽadmodum etiam antea dictum est. Nec enim ciuitas sine magistratibus necessariis esse potest, nec commode habitari & coli potest sine magistratibus ad dignitatem vitæ splendoremque respicientib. Est etiam (quod antea præceptum est) necessarium in paruis quidem ciuitatibus pauciores, in magnis autem complures esse magistratus. Quapropter ignorandum nõ est qui probandi & instituendi sint in rep. magistratus, & qui separandi ac repudiandi. Imprimis igitur constare debet ex necessariis muneribus & curatio quæ versatur & occupatur in foro, eique pręficiendus magistratus, qui de commerciis rerum cognoscat, eique modum decenter & conuenienter adhibeat. In omnibus enim fere ciuitatibus ad mutuos necessariarum rerum vsus necesse est, hæc quidem emere, illa autem

parte, sequitur generalis explicatio magistratuũ & omnium rerump. cõmunn. Magistratuũ diuisio triplex est. Prima est, quod alii ad vtilitatẽ, alii ad dignitatẽ spectent: secunda quod alib. sunt plures, alibi pauciores Tertia quod humani sint aut diuini, de quib. generibus quarti libri quarto mẽbro proponitur, solumq; magistratus appellatur, qui deliberandi iudicandi, imperandi potestatem habet. Itaq; sacerdotes & reliquos rerum diuinarũ curato es magistratus nõ esse Aristoteles hic generalius ac primo de nouẽ magistratibus maxime ad vtilitatem spectãtib. præcipitur. Primus, rerum venalium cura definitur appellaturq; Agoranomus lior. 4. Plato 6 legũ & ἀγορανόμον item vocat & eodẽ modo definit, sed multa de muneribus eorũ præcipit.

vendere: idque proximum est & simillimum illi rerum omnium copiæ & abundantiæ, cuius gratia vidẽtur homines in ciuitates conuenisse.

33 Secundus magistratus pertinet ad ædes, vias, fines, mores, fontes, portus: appellatur, hic ἀστύνομος quasi lex vrbis. Plato 6. de rep. sic appellat vbi multa de eorum creatione numeroque disseruit.

[33] Secunda est huic simillima rerum vrbanarum & publicarum & priuatarum curatio, vt decor in his & ornatus retineatur: vt caduca ædificia integra conseruentur, viæ reficiantur & dirigantur, agrorũ fines, vt sua cuique certa sint & pacata, regantur & cætera generis eiusdem procurentur. Hunc magistratum plerique astynomiam velut vbanam præfecturam vocant, cui multæ partes subiectæ sunt, quarũ aliis alios in frequentiorib. & celebriorib. oppidis præficiunt, quales sunt murorũ refectores, fontium curatores, portuum custodes.

34 Tertius magistratus similis superiori, sed in agris tractat quæ superior in vrbe agronomus veluti lex agrorum, & Hylorus tanquam custos syluarũ nominatur.

[34] Alius autem magistratus est necessarius & huic vicinus: in iisdem enim rebus versatur, sed rusticis & agrestibus non vrbanis, qui vocatur ab aliis quidem agronomus, quia in agris versetur, ab aliis autem Hylorus, quia syluas custodiat. Hæ sunt igitur earũ rerum tres curationes.

λεῖν, πρὸς τὴν ἀλλήλων ἀναγκαίαν χρείαν. καὶ τοῦτ' ἔστιν ὑπογυότατον πρὸς αὐτάρκειαν, δι' ἣν δοκοῦσιν εἰς μίαν πολιτείαν συνελθεῖν.

33 ἑτέρα δὲ ἐπιμέλεια ταύτης ἐχομένη καὶ συνεγγὺς, ἡ τῶν περὶ τὸ ἄστυ δημοσίων καὶ ἰδίων, ὅπως εὐκοσμία ᾖ, καὶ τῶν πιπτόντων οἰκοδομημάτων καὶ ὁδῶν σωτηρία καὶ διόρθωσις· καὶ τῶν ὁρίων τῶν πρὸς ἀλλήλους, ὅπως ἀνεγκλήτως ἔχωσι· καὶ ὅσα τούτοις ἄλλα τῆς ἐπιμελείας ὁμοιότροπα. καλοῦσι δ' ἀστυνομίαν οἱ πλεῖστοι τὴν τοιαύτην ἀρχήν. ἔχει δὲ μόρια πλείω τὸν ἀριθμόν· ὧν ἑτέρους ἐφ' ἕτερα καθιστᾶσιν ἐν ταῖς πολυανθρωποτέραις πόλεσιν· οἷον, τειχοποιοὺς, καὶ κρηνῶν ἐπιμελητὰς, καὶ λιμένων φύλακας.

34 ἄλλη δ' ἀναγκαία τε καὶ παραπλησία ταύτῃ. περὶ τῶν αὐτῶν μὲν γὰρ, ἀλλὰ περὶ τὴν χώραν ἐστὶ καὶ τὰ περὶ τὰ ἔξω τοῦ ἄστεος. καλοῦσι δὲ τοὺς ἄρχοντας τούτους, οἱ μὲν ἀγρονόμους, οἱ δ' ὑλωρούς. αὗται

μὲν οὖν

μὲν οὖν ἐπιμέλειαί εἰσι τούτων τρεῖς.

35 ἄλλη δ' ἀρχὴ πρὸς ἣν αἱ πρόσοδοι τῶν κοινῶν ἀναφέρονται· παρ' ὧν φυλαττόντων μερίζονται πρὸς ἑκάστην διοίκησιν. καλοῦσι δ' ἀποδέκτας τούτους, καὶ ταμίας.

36 ἑτέρα δ' ἀρχὴ πρὸς ἣν ἀναγράφεσθαι δεῖ τά τε ἴδια συμβόλαια, καὶ τὰς κρίσεις ἐκ τῶν δικαστηρίων. παρὰ δὲ τοῖς αὐτοῖς τούτοις καὶ τὰς γραφὰς τῶν δικῶν γίνεσθαι δεῖ, καὶ τὰς εἰσαγωγάς. ἐνιαχοῦ μὲν οὖν μερίζουσι καὶ ταύτην εἰς πλείους· ἔστι δὲ μία κυρία τούτων πάντων· καλοῦνται δὲ ἱερομνήμονες, καὶ ἐπιστάται, καὶ μνήμονες· καὶ τούτοις ἄλλα ὀνόματα σύνεγγυς.

37 μετὰ δὲ ταύτην ἐχομένη μὲν, ἀναγκαιοτάτη δὲ σχεδὸν καὶ χαλεπωτάτη τῶν ἀρχῶν ἐστιν, ἡ περὶ τὰς πράξεις τῶν καταδικασθέντων, καὶ τῶν προτιθεμένων κατὰ τὰς ἐγγραφὰς καὶ περὶ τὰς φυλακὰς τῶν σωμάτων. χαλεπὴ μὲν οὖν ἐστι διὰ τὸ πολλὴν ἔ-

35 Alius autem est magistratus, à quo publica vectigalia exercentur & exiguntur itemque cōseruantur, & ad cuiusque administrationis vsus diuiduntur. Hic Latine quæstor ærarius vel vrbanus dicatur.

36 Est alius etiam magistratus apud quem & primatæ pactiones & res iudicatæ describendę apud hunc eundem & accusationes & vocationes in ius constituendę sunt. Sed in quibusdam ciuitatibus hic magistratus in multas partes diuiditur, penes vnum tamen authoritas est omnium cuiusmodi sunt scribæ, sacri & iurati, quales ad consilium amphyctionicum mittebantur actuarii seu commentarienses ἱερομνήμονες, ἐπιστάται μνήμονες, aliiq; similibus nominibus appellati.

37 Nunc magistratus sequitur alius omnium fere maxime necessarius, idemque molestissim⁹ & difficillimus, qui circa & damnatorum mulctas & pœnas, circa lites æstimatas, circa carcerē atque custodias versatur. Est vero grauis & molesta eiusmodi prouincia, quia in multorū offensiones & inimicitias incurrit. Itaque nisi quęstus ingens huic mune-

35 Quartus magistratus spectat ad ærariū Græce generalius appellatur, ab Aristotele ἀποδέκτης & ταμίας, id est, receptor & dispensator, quam Latine quæstor quia quæstor in bello proprie dicitur. Plato 6. legum quæstorē sacrorum pecuniarum.

36 Quintus magistratus pertinet ad γραμματεῖς, id est scribas, cui multæ species subiectæ sunt ἱερομνήμονες, id est scribæ sacri & iurati, qui mittebatur ad concilium amphyctionicum ἐπιστάται tabularum custodes, proficiebāt u μνήμονες id est actuarii seu commentarienses.

37 Sextus magistratus suo nomine describitur: continentur autem hac definitione viatores actores, carnifices, tortores ianitores, carceris omnesq;

que rerum iudicatarũ exequuntur, quem magistratum & molestum & necessariũ esse demonstrat.

ri proponatur, nemo suscipiet, aut si susceperit, in eo iura, legesque violabit. Atqui hoc magistratu ciuitas carere non potest, quia iudiciis & legibus nihil proficiatur, nisi iudicata res ad exitũ perducatur. Itaque si communio ciuilis sine iudiciis consistere non potest, neq; sane consistere poterit, nisi quis res iudicatas exequatur. Itaque commodius erit in hoc magistratu non vnum, sed multos aliosque aliarum esse decuriarum, & vt varia rerum tribunalia erunt, ita varios & multiplices constitui.

38 Monet variu magistratibus varia munera diuidẽda esse & pro occasionibus distinguenda, vt alius iudicet alius exequatur.

38 Proderit etiam nõnulla cũ magistratus alios tum præcipue nouos nouis atq; instantibus rebus præfectos exequi, vt quod alius iudicauerit, alius exequatur, verbi gratia, astynomi exequãtur quę agronomi iudicauerũt, & quæ statuerint Astynomi alii magistratus exequãtur. Nam quo minus inuidię iudiciorum ministri sustinebunt, tanto facilius erit res iudicatas absolui & perfici. Quapropter si iidem iudicent, & rem iudicatam exequantur, inuidia duplici flagrabunt. Si vero etiam omnia magistratuũ omnium munera suscipere & exerce-

χὴν ἀπέχθειαν· ὥστε ὅπου μὴ μεγάλα δεῖ κερδαίνειν, οὔτ' ἄρχειν ὑπομένουσιν αὐτὴν· οὔθ' ὑπομείναντες, ἐθέλουσι πράττειν κατὰ τοὺς νόμους. ἀναγκαία δ' ἐστὶν, ὅτι οὐδὲν ὄφελος γίνεσθαι μὲν δίκας περὶ τῶν δικαίων, ταύτας δὲ μὴ λαμβάνειν τέλος. ὥστ' εἰ μὴ γιγνομένων, κοινωνεῖν ἀδύνατον ἀλλήλοις, καὶ πράξεων μὴ γιγνομένων. διὸ βέλτιον μὴ μίαν εἶναι ταύτην τὴν ἀρχὴν, ἀλλ' ἄλλους ἐξ ἄλλων δικαστηρίων. καὶ περὶ τὰς προθέσεις τῶν ἀναγεγραμμένων ὡσαύτως πειρᾶσθαι διαιρεῖν.

38 ἔτι δ' ἔνια πράττεσθαι, καὶ τὰς ἀρχὰς τάς τε ἄλλας καὶ τὰς τῶν νέων μᾶλλον τὰς νέας· καὶ τὰς τῶν ἐνεστώτων, ἑτέρας καταδικασάσης, ἑτέραν εἶναι τὴν πραττομένην· οἷον, ἀστυνόμους τὰς παρὰ τῶν ἀγορανόμων· τὰς δὲ παρὰ τούτων, ἑτέρους. ὅσῳ γὰρ ἂν ἐλάττων ἀπέχθεια ἐνῇ τοῖς πραττομένοις, τοσούτῳ μᾶλλον λήψονται τέλος αἱ πράξεις. τὸ μὲν οὖν τοὺς αὐτοὺς εἶναι τοὺς καταδικάσαντας καὶ πραττο-

παραφυλαττομένους, ἀπέχθειαν ἔχει διπλῆν· τὸ δὲ περὶ πάντων τοὺς αὐτοὺς, πολεμίους πᾶσι. πολλαχοῦ δὲ διῄρηται καὶ ἡ φυλάττουσα πρὸς τὴν πραττομένην· οἷον, Ἀθήνησι τῶν ἕνδεκα καλουμένων. διὸ βέλτιον καὶ ταύτην χωρίζειν, καὶ τὸ σόφισμα ζητεῖν καὶ περὶ ταύτην. ἀναγκαία μὲν γάρ ἐστιν οὐχ ἧττον τῆς εἰρημένης. συμβαίνει δὲ, τοὺς μὲν ἐπιεικεῖς φεύγειν μάλιστα ταύτην τὴν ἀρχήν. τοὺς δὲ μοχθηροὺς οὐκ ἀσφαλὲς ποιεῖν κυρίους· αὐτοὶ γὰρ δέονται φυλακῆς μᾶλλον ἢ φυλάττειν ἄλλους δύνανται. διὸ δεῖ μὴ μίαν ἀποτεταγμένην ἀρχὴν εἶναι πρὸς αὐτοῖς· μηδὲ συνεχῶς τὴν αὐτὴν, ἀλλὰ τῶν τε νέων, ὅπου τις ἐφήβων ἢ φρουρῶν ἐστι τάξις· καὶ τῶν ἀρχῶν δεῖ κατὰ μέρη ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν ἑτέρους. ταύτας μὲν οὖν τὰς ἀρχὰς, ὡς ἀναγκαιοτάτας θετέον εἶναι πρώτας.

39 μετὰ δὲ ταύτας, τὰς ἀναγκαίας μὲν οὐδὲν ἧττον, ἐν σχήματι δὲ μείζονι τεταγμένας· καὶ γὰρ ἐμπειρίας καὶ πίστεως δέονται πολλῆς. τοιαῦται δ'

re iidem cogitabunt, communes se omniũ hostes esse declarabunt. Multis autem locis magistratib. diuisa est nocẽtes & maleficos homines tum custodiendi tũ puniendi ratio, sicut Athenis vndecimuiri distincti sunt. Itaque melius est hũc quoque magistrum diuidere, & eius inuidiam remedio aliquo mitigare. Nec enim superiore minus est commodus ac necessarius. Talẽ vero prouinciam viri boni maxime refugiunt & improbis mandare periculosum est, quoniam ipsi custodiis potius egeant, quam alios custodiri queant. Magistratus igitur in his rebus neque vnus neque continuus idem & perpetuus esse debet, sed vbi iuuenum aut custodum aut magistratuũ ordo quidam descriptus est, necesse est, vt in huius oneris curam aliis alii vicissim succedant. Quapropter hi magistratus velut ex omnibus maxime necessarii, primi etiam omnium iudicandi sunt.

39 Hos autem alii sequuntur non minus illi quidem necessarii, sed qui tamen authoritatis speciem & splendorem maiorem præ se ferant, quod in illis prudentia maior fidesque requiritur:

39 Septimus magistratus spectat ad rem militarem, πολύμορφος dicitur, cuius genera hic breuiter suis nominibus nõtãtur, de quib. Plato 6. legum.

cuiusmodi sunt ii quibus vrbis præsidium custodiaque mandatur, quibusq; omnino res militaris committitur. Necesse est enim & pacis & belli temporibus similem prouinciam dari quibusdam, qui & portas & muros vrbis custodiant, quique ciues & recenseant & describant. Harum itaque rerum omnium nonnullis in vrbibus magistratus sunt complures, in aliis autē pauciores vt in paruis ciuitatibus vnus his omnibus muneribus præest. Hi vero magistratus appellantur στρατηγοὶ & πολέμαρχοι. Tum vero si sint equites aut ferētarii aut sagittarii aut classiarii, in his singulis aliquādo magistratus instituitur, appellaturq; ναυαρχία ἱππαρχία & ταξαρχία, id est nauium, equitum, ordinum præfectura, singillatimque his magistratibus subiectæ prouinciæ τριηραρχίαι & λοχαγίαι & φυλαρχίαι, id est triremium, turmarum & decuriarum præfecturæ cæteræque partes eiusmodi. Tota vero prouinciæ res istas militares attingētis cōsideratio vna quædā est. Atque huius quidē magistratus descriptio talis.

εἶεν αἵ τε περὶ τὴν φυλακὴν τῆς πόλεως, καὶ ὅσαι τάττονται πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας. δεῖ δὲ καὶ ἐν εἰρήνῃ καὶ ἐν πολέμῳ, πυλῶν τε καὶ τειχῶν φυλακῆς ὁμοίως ἐπιμελητὰς εἶναι, καὶ ἐξετάσεως, καὶ συντάξεως τῶν πολιτῶν. ἔνθα μὲν οὖν, ἐπὶ πᾶσι τούτοις ἀρχαὶ πλείους εἰσίν· ἔνθα δ᾽, ἐλάττους· οἷον, ἐν ταῖς μικραῖς πόλεσι μία περὶ πάντων. καλοῦσι δὲ στρατηγοὺς καὶ πολεμάρχους τοὺς τοιούτους. ἔτι δὲ κἂν ὦσιν ἱππεῖς, ἢ ψιλοὶ, ἢ τοξόται, ἢ ναυτικόν· καὶ ἐπὶ τούτων ἑκάστων ἐνίοτε καθίστανται ἀρχαὶ, αἳ καλοῦνται ναυαρχίαι, καὶ ἱππαρχίαι, καὶ ταξιαρχίαι· καὶ κατὰ μέρος δὲ αἱ ὑπὸ ταύτας τριηραρχίαι, καὶ λοχαγίαι, καὶ φυλαρχίαι, καὶ ὅσα τούτων μόρια· τὸ δὲ πᾶν ἕν τι τούτων ἐστὶν εἶδος ἐπιμελείας πολεμικῶν. περὶ μὲν οὖν ταύτην τὴν ἀρχὴν ἔχει τὸν τρόπον τοῦτον.

40 Quoniā vero si minus omnes, at nōnulli certe magistratus publica bona tractant, alium quendam esse necesse est qui rerum ab illis gestarum

40 ἐπεὶ δὲ ἔνιαι τῶν ἀρχῶν, εἰ καὶ μὴ πᾶσαι, διαχειρίζουσι πολλὰ τῶν κοινῶν, ἀναγκαῖον ἑτέραν εἶναι τὴν ληψο-

40 Octauus magistratus pertinet ad iudiciū repetundarū & ad aliorū magistratuū correctionem & probationem: nomina eius hic varia sunt. Plato 734 12 legum vocat, εὐθυντὴν, & tres tales totius ciuitatis consensu optimos vnis ergo

μένην λογισμὸν, καὶ προσευθυνοῦσαι, αὐτὴν μηθὲν διαχειρίζουσαν ἕτερον. καλοῦσι δὲ τούτους, οἱ μὲν εὐθύνους, οἱ δὲ λογιστὰς, οἱ δὲ ἐξεταστὰς, οἱ δὲ συνηγόρους.

41 παρὰ πάσας δὲ ταύτας τὰς ἀρχὰς ἡ μάλιστα κυρία πάντων ἐστὶν· ἡ γὰρ αὐτὴ πολλάκις ἔχει τὸ τέλος καὶ τὴν εἰσφορὰν· ἢ προκάθηται τοῦ πλήθους, ὅπου κύριός ἐστιν ὁ δῆμος· δεῖ γὰρ εἶναι τὸ συνάγον τὸ κύριον τῆς πολιτείας. καλεῖται δὲ, ἔνθα μὲν πρόβουλοι, διὰ τὸ προβουλεύειν· ὅπου δὲ τὸ πλῆθός ἐστι, βουλὴ μᾶλλον.

42 αἱ μὲν οὖν πολιτικαὶ τῶν ἀρχῶν, σχεδὸν τοσαῦταί τινές εἰσιν. ἄλλο δ' εἶδος ἐπιμελείας ἡ περὶ τοὺς θεούς· οἷον, ἱερεῖς τε καὶ ἐπιμεληταὶ τῶν περὶ τὰ ἱερὰ τοῦ σώζεσθαι τὰ ὑπάρχοντα, καὶ ἀνορθοῦσθαι τὰ πίπτοντα τῶν οἰκοδομημάτων, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα τέτακται πρὸς τοὺς θεούς. συμβαίνει δὲ τὴν ἐπιμέλειαν ταύτην ἐνιαχοῦ μὲν εἶναι μίαν· οἷον ἐν ταῖς μικραῖς πόλεσιν· ἐνιαχοῦ δὲ πολλὰς καὶ κεχωρισμένας τῆς ἱερωσύνης· οἷον, ἱεροποιοὺς, καὶ ναο-

rationem reposcat, in eosq; animaduertat, nec quicquã aliud agat: quales magistratus appellantur tum εὔθυνοι, tum λογισταὶ, tum ἐξετασταὶ tum συνήγοροι, id est censores, ratiocinatores, quæsitores, patroni.

41 Præter hos omnes magistratus vnus est maximus maximaque potestate præditus, hic enim sæpe vectigal imperat & tributum indicit, qui populo (vbi populi ipsius summa sit potestas) pficitur: oportet. n. eum qui congregandi populi & concionis aduocandæ ius habeat, primas quoque in repub. partes obtinere, vocãtur aũt alicui πρόβουλοι tales magistratus, διὰ τὸ προβουλεύειν quia prius ipsi de reb. agẽdis consiliũ capiãt. In Democratia vero consiliũ potius appellatur. Ciuiles igitur magistratus hoc fere numero sunt. 42 Sed aliud est magistratus genus qđ ad deorũ cæremonias & religiones attinet, vt sacerdotes & q sacris reb. præfecti sunt, vt tẽpla, q sunt integra, syncera cõseruentur, & quæ vitiata sunt, reficiantur, cæteraq; diis cõsecrata sarta tectaque teneantur. Hæc autem diligentia apud quosdam simplex & vna est, vt in paruis ciuitatib.

41 Nonus magistratus potestatis imperãdi tributi & vocãdi populi definitur. In Oligarchia πρόβουλος, In Democratia cõsilium vocatur. Plato 6. legũm de creatione senatus, id est, τῆς βουλῆς multa scribit, quomodo Senatores creari, & vicissim vigilare in custodia reip. debeant.

42 Præcipitur secundo loco de magistratibus diuinis & necessariis. Plato 6. legum de iis & eorum creatione & muneribus.

In nonnullis autem oppidis multiplex, & à sacerdotio distincta, quales sunt sacrificuli, æditui, sacrarum pecuniarum dispensatores. Proximus huic magistratus est priuatim præpositus cõmunibus sacrificiis omnib. quęcunque sacerdotibus per legem non attribuũtur: sed in epulo publico celebrantur. Hi modo principes modo reges modo prytanes appellantur.

43 Epilogus omnium magistratuum ad huc expositorũ.

43 Quamobrem vt aliquando subductis reb. summam faciamus ac peroremus, hi magistratus necessarii sunt ad rationẽ deorum, bellorum, vectigalium, impensarum, fori, vrbis, portuum, agrorum, itemque iudiciorum, pactorum, tabularum, executionum, custodiarum, repetundarum, quæstionum, cẽsuræ & correctionis magistratuum denique cõsultationum & deliberationum publicarum. Propria vero est paratis & tranquillis ac fortunatis, itemque dignitatis & splendoris ciuilis amantibus & studiosis ciuitatibus γυναικονομία, νομοφυλακία, γυμνασιαρχία, id est mulierum, legum

φύλακας, καὶ ταμίας τῶν ἱερῶν χρημάτων. ἐχομένη δὲ ταύτης ἡ πρὸς τὰς θυσίας ἀφωρισμένη τὰς κοινὰς πάσας, ὅσας μὴ τοῖς ἱερεῦσιν ἀποδίδωσιν ὁ νόμος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς κοινῆς ἑστίας ἔχουσι τὴν τιμήν. καλοῦσι δ' οἱ μὲν ἄρχοντας τούτους, οἱ δὲ βασιλεῖς, οἱ δὲ πρυτάνεις.

43 αἱ μὲν οὖν ἀναγκαῖαι ἐπιμέλειαί εἰσι περὶ τούτων, ὡς εἰπεῖν συγκεφαλαιωσαμένους, περί τε τὰ δαιμόνια, καὶ τὰ πολεμικά, καὶ περὶ τὰς προσόδους, καὶ περὶ τὰ ἀναλισκόμενα, καὶ περὶ ἀγοράν, καὶ περὶ τὸ ἄστυ, καὶ λιμένας, καὶ τὴν χώραν· ἔτι τὰ περὶ τὰ δικαστήρια, καὶ συναλλαγμάτων ἀναγραφάς, καὶ πράξεις, καὶ φυλακάς, καὶ ἐπιλογισμούς τε καὶ ἐξετάσεις, καὶ πρὸς εὐθύνας τῶν ἀρχόντων· καὶ τέλος αἱ περὶ τὸ βουλευόμενόν εἰσι τῶν κοινῶν. ἴδια δὲ ταῖς σχολαστικωτέραις, καὶ μᾶλλον εὐημερούσαις πόλεσιν, ἔτι δὲ φροντιζούσαις εὐκοσμίας, γυναικονομία, νομοφυλακία, παιδονομία, γυμνασιαρχία· πρὸς δὲ τού-

δὲ τούτοις, περὶ ἀγῶνας ἐπιμέλεια γυμνικοὺς καὶ Διονυσιακοὺς, κἂν εἴ τινας ἑτέρας συμβαίνει τοιαύτας γίνεσθαι θεωρίας· τούτων δ' ἔνιαι φανερῶς εἰσιν οὐ δημοτικαὶ τῶν ἀρχῶν· οἷον, γυναικονομία καὶ παιδονομία· τοῖς γὰρ ἀπόροις ἀνάγκη χρῆσθαι καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶν ὥσπερ ἀκολούθοις, διὰ τὴν ἀδουλίαν. τριῶν δ' οὐσῶν ἀρχῶν, καθ' ἃς αἱροῦνταί τινες ἀρχὰς τὰς κυρίους, νομοφυλάκων, προβούλων, βουλῆς· οἱ μὲν νομοφύλακες ἀριστοκρατικὸν, ὀλιγαρχικὸν δ' οἱ πρόβουλοι, βουλὴ δὲ δημοτικόν. περὶ μὲν οὖν τῶν ἀρχῶν, ὡς [ἐν] τύπῳ, σχεδὸν εἴρηται περὶ πασῶν.

gum puerorum, gymnasiorum disciplina & custodia & institutio & præfectura: ludorum præterea cura & gymnicorum & Dionysiacorum & eiusmodi si qua præterea sint spectaculorum. Istorum vero magistratuum quidam certe ad Democratiam nil attinet, vt γυναικονομία & παιδονομία. Inopes enim vxoribus & liberis perinde ac ministris & famulis vtuntur, necessario, quia seruos aliūde multos habeant. Cumque tres sint magistratus per quos quædam ciuitates summos reipublic. rectores eligunt, nomophilaces, πρόβουλοι, consilium: nomophylaces quidem ad Aristocratiam, πρόβουλοι autem ad Oligarchiam: consilium vero ad Democratiam pertinet. Ac magistratus quidem fere omnes breuiter & summatim descripti sunto.

παιδονομία.

Trāsitio ad magistratus dignitatis, tum humanos tū diuinos, & pro reip. distinctio. sicut quarto libro fecit, parte 5.

Finis Libri sexti.

Argumentum primæ partis septimi libri.

PLato, vt antea bis dictum est, duas respub. viginti duobus libris definiuit: alteram beatissimam

omnium (quam putabat) decem libris de repub. alteram magis facilem sed minus beatam duodecim libris de legibus. Aristoteles appellat illam primam, hanc secundam: contra quam utramque secundo libro disputauit. Ad æmulationem itaque Platonis, Aristoteles etiam duas respub. conscripsit, perfectam & mediocrem: de mediocri dictum est libri quarti parte secunda: de perfecta & prima differitur hoc toto libro. Quamobrem ut intelligatur, quam beatam & perfectam remp. esse censeat, prima parte libri septimi summariam quandam beatæ vitæ disciplinam ex Ethicis de beatitudinis definitione & partitione repetit. Beatitas definitur in Ethicis actio virtutis perfectæ in vita perfecta. Itaque quoniam virtutis actiones sine corporis & fortunæ commodis exerceri nō possunt beatam vitam tribus bonorum generibus, animi, corporis, fortunæ comprehendi statuit, sed animi præcipue, quia virtus animi reliqua bonorum genera comparet non reliqua bona virtutem, quia virtus immensa bonitate augeri possit, reliquis, si tanta accessio facta sit, bona esse desinant. Denique quia virtus tanto bonorum omnium prima sit quanto omnium est subiecto nobilissima, ut quanta sit in homine virtus, (sicut exemplo Dei percipitur) qui totus, quamuis reliquis bonis nil utatur, sua virtute infinite beatus est, tanta sit in eo beatitudo. Ut autem Grammatica una est quam pueri vel in paternis ædibus vel in schola uniuersa doceantur, sic una est & eadem singulorum hominum beatitudo, & uniuersorum in ciuitate coniunctorum, ut respublic. & ciuitas optima beatissimaque sit, quæ virtute

tute honesta sit, cæterisque corporis & fortunæ commodis firma, locuples, ampla. Genera beatitudinis duo constituuntur, ciuile & philosophicum, illud in actione, hoc in contemplatione situm. De quorum præstantia Aristoteles in vtramque partem argumentatur. Ciuilis vita (inquit) si herili more imperet, est iniqua, si ciuili est iniucunda: philosophica autem humanis turbis libera est & vacua, ideoque ciuili præponenda. At contra ciuilis actuosa est, philosophica otiosa: præstantior igitur ciuilis quæ agit, quam philosophica quæ nihil agit.

Tandem vero ex sententia pronunciatur, ciuilem vitam herilem vel dominicam non esse, nec tamen iniucundam, quia ciuiliter imperet. philosophicam tamen longe præstare, nec esse otiosam, cum animi contemplationes sint hominis actiones verissimæ. Interponitur autem in huius excellentiæ controuersia, vita tyrannica in magno dominatu principatuque collocata, & contrarias in partes similiter agitatur: primum quod omnium vitarum sit optima, sicum omnium gentium leges & mores indicant, quæ vitam illam consectantur, quodque res complurimas & optimas agens magnas occasiones habeat, sed obsistitur contra, quod iniqua & contra naturam & violenta, quodque sine ea beata ciuitas esse possit.

Tandem ex sententia concluditur, in tyrannica & imperiosa vita disciplinam laudabilem quidem esse, sed in ea beatitudine non esse positam. Verumenimuero per Deum immortalem, quænam

est ista beatitas Aristotelis, quæ ciuitates quæ respublic. beatas efficit? Virtus (inquit) quæ reliqua bona sibi comparat, quæ bonitatis suæ terminos finitimos non habet, quæ sola Deum optimum & beatissimum facit. O sententiam prædicabilem & gloriandam & philosopho beatæ vitæ magistro dignissimam. At gloriosius hic (si constare sibi potuisset) philosophus clarissimam istam preciosissimamque gemmam, nescio quibus sordibus inquinauit. Quid igitur ait? quid in beato viro præter virtutem requirit? δεῖ δ' οὐ μόνον ἀρετὴν, ἀλλὰ καὶ δύναμιν ὑπάρχειν καθ' ἣν ἔσται πρακτικός. *Non solum virtutem adesse necesse est, sed agendi facultatem. Quid igitur? An virtus se ipsa contenta non est? An non tota in seipsam penitus controuersa est? Quid extrinsecus ad se tuendum requirit? Valetudinem (inquit) & vires corporis, fortunæque facultates & opes, quia hæc virtutis instrumenta sunt, sine quibus otiosa, & tanquam veterno sopita dormiat. At bone Deus sententia hæc nimis est vulgaris, nimis à Philosophiæ veritate abhorrens & aliena. Virtutes igitur consideremus, quibus beatos homines effici Aristoteles arbitratur. Proponit primo huius libri capite virtutis quatuor species, Prudentiam, Iustitiam, Fortitudinem, Temperantiam. An Prudentia his instrumentis carere non potest? At eius cogitationes & meditationes* αὐτοτελεῖς, *id est, absolutas & se ipsis contentas tertio capite, Aristoteles docet esse, & diuinæ menti, cuius actiones nullis externis rebus egeant, comparat. Ac multi nobiles philosophi diuitias tanquam prudentiæ & sapientiæ contrarias abiecerunt, oculos etiam sibi Democritus*

eruit,

eruit, Plato locum corpori insalubrem ad melius philosophandum in Academia delegit, aliique alia his præclaris & corporis & fortunæ instrumentis contraria sapientiæ & prudentiæ instrumenta quæsierunt. An iustitia his instrumentis carere non potest? At eius officium nullum est in eorum vel possessione vel vsupositum, sed in tribuendo cuique quod suum est. Aristides Græcorum iustissimus habitus est, at tam pauper fuit vt indotatas filias relinqueret. An fortitudo his instrumentis carere non potest? At eorum priuatione & amissione etiam gloriosa est. Regulus qui paulo ante victor portis Carthaginis insultabat, amissa fortuna, libertate, patria captus resectis palpebris alligatus in machina cruciatur à Pænis, atque hos cruciatus fortiter & constanter patitur. Quando igitur fortitudinis laude clarior & illustrior fuit? An temperantia his instrumentis carere non potest? At omnium libidinum occasiones ex his instrumentis oriuntur, temperantiaque laus est, hæc donare si habeas, si non habeas, non desiderare. Quid est igitur cum omnes virtutes, prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia his instrumentis carere possunt, an non poterit sola virtus hominem beatum facere? Liberalitas (credo) sine pecuniis esse non poterit? At hæc contorta pecuniariæ liberalitatis cogitatio, Aristotelem misere fefellit & induxit. Liberalitas versatur in largitione bonorum, concedo. An igitur exceptis pecuniis & diuitiis bona alia nulla sunt? Nonne sunt animi bona partibus infinitis maiora quam hæc caduca fortunæ ludibria? Dones igitur gratis non habentibus, erudias ignaros, honestas artes & vitæ humanæ vtiles doceas, afflictos & desperatos con-

solare, veram viam virtutis ostende ad Iustitiã, Fortitudinem, Temperantiam, Prudentiam adhortare. An largiri te nulla tum bona putabis? An non liberaliorem Socratem aut alium quemuis qui hæc gratuita benignitate fecerit, quam Alexandrum qui omnia rapuit, vt omnia profunderet. Quamobrem hoc Aristotelicum decretum de secundo tertioque genere bonorum ad beate viuẽdum necessario, licet infirmitati & imbecillitati, licet auaritiæ, licet cupiditati, licet inertiæ humanæ gratissimum, tamen vt improbum & bonis moribus pestiferum damnandum & execrandum est, potuisque Platonis illud & priuatim & publice tota ciuitate cantandum & celebrandum, Omnis iustus est beatus, nullus iniustus est beatus: Nec persuadendum populo quemquam esse vel miserum vel non beatũ, quia sit corporis aut fortunæ commodis priuatus.

An pedibus, manibus, auribus, oculis, corpore toto denique largiri sine pecunia nil potes? Est iter aliquod miseri hominis gratia faciendum? gratis conſice. In afflictum forte incidis, & opem prætereũtis implorantem? manum porrige, & iacentem gratis erige. Opprimitur innocens aliquis, quia a nemine auditus sit, aures illi gratis præbe; tabulas & instrumenta suæ caussæ legenda proponit? oculos gratis exhibe, operam postremo industriam, diligentiam, omni & personæ & loco & tempori congruenti humanitatis & liberalitatis caussa tribue, teque his officiis liberalem esse conside. nulla te pecunia Aristotelis impediet. Verumenimuero Aristoteles ipse primo politico, legatur, audiatur, credatur, agricolas, pastores, venatores, piscatores, olitores, mellificatores, arboratores, opulentos

Quia politici libri antecedũt lib. primo, tertio quarto quinto sexto, magistri eruditionem & principes sunt informati, deinde de ciuibus & ciuitate, ... est disciplina & schola à qua ex eruditione ciuili & humana percipitur. Sed cum summa quædam Ethicæ disciplinæ proponitur, tres igitur sunt huius politici partes: tamen prima repetitur summaria quædam disciplina moralis philosophiæ de beatitudinis definitione & partitione. In secunda materia ciuitatis ex hominum locorumque natura declaratur. In tertia leges exercitationis explicantur, & ad extremum politicum continuantur.

Primæ partis argumentum in trib. primis capitibus sic habet.

pulentos & fortunatos esse prædicat, eorumque solas opes veras & naturales esse disputat, reliquas, quæ præterea diuitias, vt libidinis auaritiæ, luxuriæ, cupiditatis, omnisque fraudis ac sceleris ministras acriter & vehementer accusat.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΟΛΙΤΙΚΩΝ ΤΟ Η.

ΚΕΦ. α.

ΠΕΡΙ [1] πολιτείας ἀρίστης τὸν μέλλοντα ποιήσασθαι τὴν προσήκουσαν ζήτησιν, ἀνάγκη διορίσασθαι πρῶτον, τίς αἱρετώτατος βίος. ἀδήλου γὰρ ὄντος τούτου, καὶ τὴν ἀρίστην ἀναγκαῖον ἄδηλον εἶναι πολιτείαν. ἄριστα γὰρ πράττειν προσήκει τοὺς ἄριστα πολιτευομένους ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς, ἐὰν μή τι γίγνηται παράλογον. διὸ δεῖ πρῶτον ὁμολογεῖσθαι τίς ὁ πᾶσιν, ὡς εἰπεῖν, αἱρετώτατος βίος·

[2] μετὰ δὲ τοῦτο, πότερον κοινῇ καὶ χωρὶς ὁ αὐτὸς, ἢ ἕτερος.

ARISTOTELIS POLITICΩN, LIBER VII.

CAP. I.

QVI [1] de optimo reip. statu conuenienter agere atq; inquirere statuet, necesse est vt primo loco definiat, quæ vita sit maxime expetenda: hac enim dubia & ignota, necesse quoq; est optimam remp. ignorari. Eos autem qui optima rep. vtuntur, suis facultatibus sibi suppetentibus & bonis beatos esse decet, nisi quod absurdum & incredibile forte contigerit. Constet igitur initio, quę omnibus optatissima beatissimaque vita sit: [2] deinde vitam vniuersis communiter an singulis separatim eadem vel diuersa sit.

1. De optima rep. philosophanti, optima vita consideranda est: qualis enim est ciuium vita, talis est respub. & contra, qualis resp. talis ciuiũ vita. Itaq; 4 libri n. 62. Resp. vocatur vita ciuitatis.

2 Hæc quæstio soluitur nu. 12. 14 & 15. 27. Sumpta autem est ex Platonis repub. vbi insit a fœlicitatis hominis ex iustitia & fœlicitate ciuitatis inquiritur. Et tamen Socrates ait quarto libro iustum viru a iusta ciuitate quoad iustitiæ speciem attinet nil differre. Sed Plato de hominis beatitudine aliter quã Aristoteles philosophatur, quã de re in horum philosophorum collatione dicemus.

3 Repetit ex Ethica disciplina summā quandam ac primū definit beatitudinem bonis animi, corporis fortunæ, bona animi & virtutem probat ad beate viuēdum requiri.

Partitio virtutum hic est ex 2. de legibus à Platone sumpta, quā virtutum quadripartitā diuisionem posteritas omnis fere sequuta est: de trib. bonorum generib. ad beatitudinē necessariis.

3 Qua de re, quoniam aliis libris satis multa verba mihi fecisse videor, illinc nobis assumenda sunt, quæ ad hunc explicandum locum pertinebunt. Nec enim certe in vna bonorum diuisione, quasi tria non sunt corū genera, fortunæ corporis, animi quisque hæsitabit aut dubitabit, quin hæc omnia beatis adesse necesse sit. Nec enim quisquam beatum dixerit, in quo nulla neq; fortitudinis neque temperantiæ neque iustitiæ neq; prudentiæ scintilla compareat, sed contra tam ignauum vt aduolantes muscas extimescat tam dissolutum, vt à nulla vel extrema turpitudine cibi vel potus abstineat, tā iniustum vt quadrantis gratia charissimos amicos interficiat: tam denique stultum & omni mēte captum, vt puer aut furiosus esse videatur.

4 Præterit reliquorum bonorum probationem tanquam manifestam & cōtra vulgi errorem disputat virtutem ad beate viuendū plus posse quā reliqua bona. Primum quia virtus parit opes & conseruat, non contra opes virtutem.

4 Atq; hæc iusta quidem & ab omnibus prope concessa sunt, sed de quantitate & exuperātia dissensio quædam est: virtute enim quantulacumque sit, se satis instructum esse hominū vulgus arbitratur. At vero diuitiis & pecuniis, & potentia & gloria, cæterisque generis e-

3 νομίσαντας οὖν ἱκανῶς πολλὰ λέγεσθαι καὶ τῶν ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις περὶ τῆς ἀρίστης ζωῆς, καὶ νῦν χρηστέον αὐτοῖς. ὡς ἀληθῶς γὰρ πρός γε μίαν διαίρεσιν οὐδεὶς ἀμφισβητήσειεν ἄν· ὡς οὐ τριῶν οὐσῶν μερίδων, τῶν τε ἐκτὸς, καὶ τῶν ἐν σώματι, καὶ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ, πάντα ταῦτα ὑπάρχειν τοῖς μακαρίοις δεῖ. οὐδεὶς γὰρ ἂν φαίη μακάριον τὸν μηθὲν μόριον ἔχοντα ἀνδρείας, μηδὲ σωφροσύνης, μηδὲ δικαιοσύνης, μηδὲ φρονήσεως, ἀλλὰ δεδιότα μὲν τὰς παραπετομένας μυίας· ἀπεχόμενον δὲ μηθενὸς, ἂν ἐπιθυμήσῃ τοῦ φαγεῖν ἢ πιεῖν, τῶν ἐσχάτων· ἕνεκα δὲ τεταρτημορίου διαφθείροντα τοὺς φιλτάτους φίλους· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν διάνοιαν οὕτως ἄφρονα καὶ διεψευσμένον, ὥσπερ τι παιδίον, ἢ μαινόμενον.

4 ἀλλὰ ταῦτα μὲν λεγόμενα, ὥσπερ πάντες ἂν συγχωρήσειαν· διαφέρονται δ' ἐν τῷ ποσῷ, καὶ ταῖς ὑπεροχαῖς. τῆς μὲν γὰρ ἀρετῆς ἔχειν ἱκανὸν νομί-

νομίζουσιν ὁποσονοῦν· πλούτου δὲ, καὶ χρημάτων, καὶ δυνάμεως, καὶ δόξης, καὶ πάντων τῶν τοιούτων, εἰς ἄπειρον ζητοῦσι τὴν ὑπερβολήν. ἡμεῖς δὲ αὐτοῖς ἐροῦμεν, ὅτι ῥᾴδιον μὲν περὶ τούτων καὶ διὰ τῶν ἔργων διαλαμβάνειν τὴν πίστιν, ὁρῶντας ὅτι κτῶνται καὶ φυλάττουσιν οὐ τὰς ἀρετὰς τοῖς ἐκτὸς, ἀλλ' ἐκεῖνα ταύταις·

5 καὶ τὸ ζῆν εὐδαιμόνως, εἴτ' ἐν τῷ χαίρειν ἐστὶν, εἴτ' ἐν ἀρετῇ τοῖς ἀνθρώποις, εἴτ' ἐν ἀμφοῖν, ὅτι μᾶλλον ὑπάρχει τοῖς τὸ ἦθος μὲν καὶ τὴν διάνοιαν κεκοσμημένοις εἰς ὑπερβολὴν, περὶ δὲ τὴν ἔξω κτῆσιν τῶν ἀγαθῶν μετριάζουσιν, ἢ τοῖς ἐκεῖνα μὲν κεκτημένοις πλείω τῶν χρησίμων, ἐν δὲ τούτοις ἐλλείπουσιν.

6 οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν λόγον σκοπουμένοις εὐσύνοπτόν ἐστι. τὰ μὲν γὰρ ἐκτὸς, ἔχει πέρας, ὥσπερ ὄργανόν τι· πᾶν δὲ τὸ χρήσιμόν ἐστιν, ὧν τὴν ὑπερβολὴν, ἢ βλάπτειν ἀναγκαῖον, ἢ μηδὲν ὄφελος εἶναι αὐτῶν τοῖς ἔχουσι. τῶν δὲ περὶ ψυχὴν ἕκαστον ἀγαθῶν, ὅσωπερ ἂν ὑπερβάλλῃ, τοσούτῳ μᾶλλον χρήσιμον εἶναι· εἰ δεῖ καὶ τούτοις ἐπι-

iisdem bonis infinite capitur, neque iis modum adhibet vllum. Verumenimuero nos illis respondebimus facile esse in hac caussa de reb. ipsis fidem capere: quod homines non opibus & fortunis virtutes, sed virtutibus opes & fortunas acquirunt & custodiunt.

5 Quodque in beata vita, siue in voluptate, siue in virtute, siue in vtraque locanda sit, in iis potius insit, qui moribus & sapientia mirifice decorẽtur & ornentur, mediocrib. fortunę bonis contenti, quam qui redundantes opes habeant, veris autẽ illis animi bonis careant.

5 Secundũ argumentum est ex subiectis, qa virtus sine bonis aliis beatiorem possessorem suum, quã reliqua bona sine virtute faciũt.

6 Quinetiam si studiose ac diligenter animaduerteris id ipsum quod agimus, perspicuum erit: fortunæ namque bona sicut instrumenta quædam definitum modum ac determinatum habent, bonorum siquidem vtilium exuperantia omnis aut perniciosa est, aut certe possessoribus inutilis. At animi bona quanto maiora sunt, tanto magis vtilia sunt

6 Tertium ex adiunctis, quod exuperãtia diuitiarũ noceat, exuperantia virtutis prosit.

si tamen

si tamen non honesta solum, sed vtilia deceat appellare.

λέγειν, μὴ μόνον τὸ καλόν, ἀλλὰ καὶ τὸ χρήσιμον.

7 Quartum ex senecto, quia animus in quo virtus est, præstet corpori & fortunæ: quod approbatur finis argumento, quod cætera sint animi gratia.

7 Verissimum autem omnino illud & certissimum statuemus, optimas singularium rerum affectiones inter se comparari pro exuperantia differētia rerum, quarum has ipsas affectiones esse dicimus. Itaque si sit animus & opib. & corpore longe nobilior, non solum naturæ suæ præstantia, sed etiā æstimatione natura necesse quoque erit optimam cuiusque horum affectionem simili ratione cōparari. Tū vero hęc animi gratia naturaliter optantur, & omnes sapientes ea de caussa optare debent, non autē illorum gratia animum.

7 ὅλως δὲ δῆλον ὡς ἀκολουθεῖν φήσομεν τὴν διάθεσιν τὴν ἀρίστην ἑκάστου πράγματος πρὸς ἄλληλα, κατὰ τὴν ὑπεροχὴν ἥνπερ εἴληχε διάστασιν· ὧν φαμὲν αὐτὰς εἶναι διαθέσεις ταύτας. ὥστ' εἴπερ ἐστὶν ἡ ψυχὴ, καὶ τῆς κτήσεως καὶ τοῦ σώματος τιμιώτερον, καὶ ἁπλῶς, καὶ ἡμῖν, ἀνάγκη καὶ τὴν διάθεσιν τὴν ἀρίστην ἑκάστου, ἀνάλογον τούτων ἔχειν. ἔτι δὲ τῆς ψυχῆς ἕνεκεν ταῦτα πέφυκεν αἱρετά· καὶ δεῖ πάντας αἱρεῖσθαι τοὺς εὖ φρονοῦντας, ἀλλ' οὐκ ἐκείνων ἕνεκεν τὴν ψυχήν.

8 Cōcludit præstantiam virtutu ad beatitudinē, & exēplo Dei confirmat, qui sola virtute beatus est.

8 Quapropter tantā beatitudinis facultatem vnicuique suppetere, quanta virtutis & prudentiæ, & honestarum & prudentium actionum facultas suppetet nobis sit confessum, ipsoque Deo teste, comprobatū qui nullis quidem fortunæ cōmodis & externis adiumentis, sed per se ipsum & sua vi ac natura fœlix & beatus est,

8 ὅτι μὲν οὖν ἑκάστῳ τῆς εὐδαιμονίας ἐπιβάλλει τοσοῦτον, ὅσονπερ ἀρετῆς καὶ φρονήσεως, καὶ τοῦ πράττειν κατὰ ταύτας, ἔστω συνωμολογημένον ἡμῖν, μάρτυρι τῷ θεῷ χρωμένοις· ὃς εὐδαίμων μέν ἐστι καὶ μακάριος, δι' οὐθὲν δὲ τῶν ἐξωτερικῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ δι' αὑτὸν αὐτὸς, καὶ τῷ ποιός τις εἶναι τὴν φύσιν·

9 Differentia beatitudinis & prosperæ fortunæ.

9 cum etiam prosperitatem & beatitudinem iccirco differētes esse necesse est, quod temeritas & fortuna exter-

9 ἐπεὶ καὶ τὴν εὐτυχίαν τῆς εὐδαιμονίας διὰ ταῦτ' ἀ-

niorum

ἀναγκαῖον ἑτέραν εἶναι· τῶν μὲν γὰρ ἐκτὸς ἀγαθῶν τῆς ψυχῆς, αἴτιον ταὐτόματον καὶ ἡ τύχη· δίκαιος δ' οὐδεὶς οὐδὲ σώφρων ἀπὸ τύχης, οὐδὲ διὰ τὴν τύχην ἐστίν.

10 ἐχόμενον δ' ἐστὶ καὶ τῶν αὐτῶν λόγων δεόμενον, καὶ πόλιν εὐδαίμονα τὴν ἀρίστην εἶναι καὶ πράττουσαν καλῶς· ἀδύνατον δὲ καλῶς πράττειν τοῖς μὴ τὰ καλὰ πράττουσιν· οὐθὲν δὲ καλὸν ἔργον, οὔτ' ἀνδρὸς, οὔτε πόλεως, χωρὶς ἀρετῆς καὶ φρονήσεως.

11 ἀνδρεία δὲ πόλεως, καὶ δικαιοσύνη, καὶ φρόνησις, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν καὶ μορφήν. ὧν μεταχὼν ἕκαστος τῶν ἀνθρώπων, λέγεται δίκαιος, καὶ φρόνιμος, καὶ σώφρων.

12 ἀλλὰ γὰρ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον ἔστω πεφροιμιασμένα τῷ λόγῳ. οὔτε γὰρ μὴ θιγγάνειν αὐτῶν δυνατὸν, οὔτε πάντας τοὺς οἰκείους ἐπεξελθεῖν ἐνδέχεται λόγους· ἑτέρας γάρ ἐστιν ἔργον σχολῆς ταῦτα.

13 νῦν δ' ὑποκείσθω τοσοῦτον, ὅτι βίος μὲν ἄριστος, καὶ χωρὶς ἑκάστου, καὶ κοινῇ ταῖς

norum bonorum domina est. Nullus autem neque iustus, neque temperatus fortuna casuue efficitur.

10 Consentaneum itaque est,& iis rationibus coniunctum, ciuitatem beatam optimam esse, & præclare atque honeste agere. Præclare autem & honeste agere nullo modo potest, nisi res præclaras & honestas agat, nec vlla actio, siue singularis viri, siue vniuersę ciuitatis, absque virtute & prudẽtia honesta erit.

10 Concludit quod positum est n.1.

11 Fortitudo autem ciuitatis & iustitia & prudentia, eandem vim rationemque habent, quam habẽt eędem virtutes, quibus singuli homines præditi, iusti prudentes, temperati nominantur.

11 Hic locus spectat ad quæstionem n. 2.

12 Sed de iis adhuc quadã exordii specie oratio nostra fuerit: nec enim de iis attingi nil potuit, nec accuratas tamen & proprias rationes eorum persequi necesse est, cùm præsertim sint alterius disputationis ac doctrinæ.

12 Prolepsis quod hæc disputatio plena sit, & ideo breuius contrahenda.

13 Nunc vero tantum ponatur vitam & priuatim singulis ciuibus & publice ciuitati vniuersæ optimã esse,

13 Concludit beatitudinem tribus bonorum generibus contineri. quæstio n. 2.

quæ cum virtute coniuncta, copias & opes tantas habeat, vt virtutis actiones facile tueatur. Eos autem qui ab hac ſententia diſſentiũt, pauliſper miſſos faciamus, contra quos alias, ſi quis expoſitis rationibus motus non erit, diſſeremus.

πόλεσιν, ὁ μετ' ἀρετῆς κεχορηγημένης ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε μετέχειν τῶν κατ' ἀρετὴν πράξεων. πρὸς δὲ τοὺς ἀμφισβητοῦντας, ἐάσαντας ἐπὶ τῆς νῦν μεθόδου, διασκεπτέον ὕστερον, εἴ τις τοῖς εἰρημένοις τυγχάνει μὴ πειθόμενος.

CAP. II.

14 Probat quæſtionem numeri 2. varijs beatitudinis definitionibus.

VTRVM [14] autē beatitas eadem ſit cenſenda hominum ſingulorum & ciuitatis, an diuerſa, diſputandum deinceps erit: ſed id etiam planum eſt: omnes enim eandem eſſe confitentur. Nam quicumque beatam vitam in ſolis diuitiis & opulentia reponunt, hi etiam totam ciuitatem, ſi diues & opulenta ſit beatam eſſe iudicant. Itemque qui tyrannicam vitam, tanquam beatam ſuſpiciunt, hi quoque ciuitatem longe & late dominantem beatam ducunt. At ſi quis præſtantem virtute virum probet, & in beatis numeret, is etiam ciuitatem tanto beatiorē ſentiet, quãto virtute præſtãtior fuerit. [15] Hæc itaque reliqua duo ſunt, quæ diſputationē requirere videantur: alterũ

15 Definitio beatitudinis adhuc breuiter cõprehenſa & explicata eſt: partitio ſequitur in ciuilem & philoſophicam. Ariſtoteles ſuo more quæſtionibus inuoluit. De præſtantia ciuilis vitæ & philoſophicæ deque optima

ΚΕΦ. β.

Πότερον [14] δὲ τὴν εὐδαιμονίαν τὴν αὐτὴν εἶναι φατέον, ἑνός τε ἑκάστου τῶν ἀνθρώπων καὶ πόλεως, ἢ μὴ τὴν αὐτήν, λοιπόν ἐστιν εἰπεῖν. φανερὸν δὲ καὶ τοῦτο· πάντες γὰρ ἂν ὁμολογήσειαν εἶναι τὴν αὐτήν. ὅσοι γὰρ ἐν πλούτῳ τὸ ζῆν εὖ τίθενται ἐφ' ἑνός, οὗτοι καὶ τὴν πόλιν ὅλην, ἐὰν ᾖ πλουσία, μακαρίζουσιν. ὅσοι τε τὸν τυραννικὸν βίον μάλιστα τιμῶσιν, οὗτοι καὶ πόλιν τὴν πλείστων ἄρχουσαν, εὐδαιμονεστάτην ἂν εἶναι φαῖεν. εἴ τέ τις τὸν ἕνα δι' ἀρετὴν ἀποδέχεται, καὶ πόλιν εὐδαιμονεστέραν φύσει τὴν σπουδαιοτέραν.

15 ἀλλὰ ταῦτα ἤδη δύο ἐστὶν ἃ δεῖται σκέψεως· ἓν μέν,

πότερος

πότερος αἱρετώτερος βίος, ὁ διὰ τοῦ συμπολιτεύεσθαι καὶ κοινωνεῖν πόλεως, ἢ μᾶλλον ὁ ξενικὸς καὶ τῆς πολιτικῆς κοινωνίας ἀπολελυμένος: ἔτι δὲ, τίνα πολιτείαν θετέον, καὶ ποίαν διάθεσιν πόλεως ἀρίστην· εἴτε πᾶσιν ὄντος αἱρετοῦ κοινωνεῖν πόλεως· εἴτε καὶ, τισὶ μὲν μὴ, τοῖς δὲ πλείστοις. ἐπεὶ δὲ τῆς πολιτικῆς διανοίας καὶ θεωρίας τοῦτ' ἔστιν ἔργον, ἀλλ' οὐ τὸ περὶ ἕκαστον αἱρετόν· ἡμεῖς δὲ ταύτην προῃρήμεθα νῦν τὴν σκέψιν, ἐκεῖνο μὲν πάρεργον ἂν εἴη, τοῦτο δ' ἔργον τῆς μεθόδου ταύτης. ὅτι μὲν οὖν ἀναγκαῖον εἶναι πολιτείαν ἀρίστην ταύτην, καθ' ἣν τάξιν κἂν ὁστισοῦν ἄριστα πράττοι καὶ ζώῃ μακαρίως, φανερόν ἐστιν.

16 ἀμφισβητεῖται δὲ παρ' αὐτῶν τῶν ὁμολογούντων τὸν μετ' ἀρετῆς βίον αἱρετώτατον, πότερον ὁ πολιτικὸς καὶ πρακτικὸς βίος αἱρετός, ἢ μᾶλλον ὁ πάντων τῶν ἐκτὸς ἀπολελυμένος· οἷον, θεωρητικός τις· ὃν μόνον τινές φασιν εἶναι φιλόσοφον. σχεδὸν γὰρ τούτους τοὺς δύο βίους τῶν ἀνθρώπων οἱ φιλοτιμότατοι πρὸς ἀρετὴν

quidem vtra vita magis expetenda atque optanda sit, an quæ in regenda ciuitate & gubernanda repub. versatur, an potius quæ velut peregrini & hospitis vita est, & à reipub. communione ac sollicitudine soluta & libera: alterum vero quæ resp. & quæ ciuitatis gubernatio optima putāda sit, siue rectio & administratio ciuitatis omnibus optāda sit, siue non omnib. quidem, sed tamen plurimis. Id enim certe ciuilis cōmentationis & contemplationis munus est, nō autem quid singulis optabile sit exquirere. Ac nunc equidem nobis illa de re quæstionem proposuimus, hoc enim plane sit alienum, cum illud positæ quæstionis sit proprium. Quod igitur necesse sit, hanc optimam esse remp. cuius legib. & institutis optime agitur, & beate viuitur, cognitū est atque perspectum.

16 Sed ab iis etiam quæritur qui vitam cum virtute & honestate coniunctam maxime probandam existimāt: Vtrū vita ciuilis & in actione posita præferenda sit, an potius, quæ omnibus externarum rerum molestiis soluta cuiusmodi vita est

vita. In priore quæstio e diuisio beatitudinis continetur, posterior beatitudinis definitione prius explicatum.

16. Accedit ad priorē quæstionem de præstantia ciuilis & philosophicæ vitæ, in quam collationem tertia pars inducitur, de vita in summo meroque imperio sita, quam τυραννικὸν βίον appellat Aristoteles illa generali significatione de qua libro 4. disputatur. In vtramque partem de singulis. primo, de ciuili vita quæ si herili modo imperet, iniqua sit, sic vili iniucunda. Contra vero in ea virtutes omnes exerceri melius quam in vita priuata.

in cognitione & contẽplatione rerum conſtituta, quã plerique vitam philoſopho dignam ſolam arbitrantur. Nam fere omnes virtutis imprimis amantes & ſtudioſi homines, ſi patrum memoria, ſiue natura has duas vitas ſibi propoſuerunt, duas (inquam) ciuilem & philoſophicam. Nec vero parui refert vtro ſe modo veritas habeat. Neceſſe enim eſt, vt ſapiens non ſolum priuatim vnumquemque ciuem, ſed publice totam ciuitatem ad optabiliorem præſtantioremque vitæ finem inſtituat. Nonnullorum autẽ ſententia eſt, in finitimos imperium, ſi herili more velut in ſeruos exerceatur, cum maxima iniuria eſſe coniunctum. Sin autem Timocratice imperetur, iniuſtitia quidem vacare, ſed carere vitæ ſuauitate ac fœlicitate. Cui ſententiæ alia velut è regione, contraria ſententia opponitur. Eam enim vitam ſolam homine dignam eſſe arbitrantur, quæ in actione cernitur & in publicis negotiis occupatur. Nec enim melius à priuatis vnãquamque virtutẽ tractari & exerceri quam à reſp. regentib. Atque horum quidem hæc opinio eſt.

17 Interponitur in vtramq; partem diſputatio de tyrannica vita, quæ primo vt beatiſſima

17 Alii vero principatum domini & tyranni ſolum beatum eſſe fœlicemque ſtatuunt: Atque talis reip. finis apud quoſdam

φαίνονται προαιρούμενοι, καὶ τῶν προτέρων, καὶ τῶν νῦν. λέγω δὲ δύο, τόν τε πολιτικὸν καὶ τὸν φιλόσοφον. διαφέρει δὲ οὐ μικρὸν ποτέρως ἔχει τὸ ἀληθές. ἀνάγκη γὰρ τόν τε εὖ φρονοῦντα πρὸς τὸν βελτίω σκοπὸν συντάττεσθαι, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἕκαστον, καὶ κοινῇ τὴν πωλιτείαν. νομίζουσι δ' οἱ μὲν τὸ τῶν πέλας ἄρχειν, δεσποτικῶς μὲν γιγνόμενον, μετ' ἀδικίας τινὸς εἶναι τῆς μεγίστης· πολιτικῶς δέ, τὸ μὲν ἄδικον οὐκ ἔχειν, ἐμπόδιον δὲ ἔχειν τῇ περὶ αὐτῶν εὐημερίᾳ. τούτων δ' ὥσπερ ἐξ ἐναντίας ἕτεροι τυγχάνουσι δοξάζοντες· μόνον γὰρ ἀνδρὸς τὸν πρακτικὸν εἶναι βίον καὶ πολιτικόν. ἐφ' ἑκάστης γὰρ ἀρετῆς οὐκ εἶναι πράξεις μᾶλλον τοῖς ἰδιώταις, ἢ τοῖς τὰ κοινὰ πράττουσι καὶ πολιτευομένοις.

17 οἱ μὲν οὖν οὕτως ὑπολαμβάνουσιν· οἱ δέ, τὸν δεσποτικὸν καὶ τυραννικὸν τρόπον τῆς πολι-

πολιτείας εἶ) μόνον εὐδαίμονά φασι παρ' ἐνίοις δὲ καὶ τῆς πολιτείας οὗτος ὅρος τῶν νόμων, ὅπως δεσπόζωσι τῶν πέλας. διὸ καὶ τῶν πλείστων νομίμων χύδην, ὡς εἰπεῖν, κειμένων παρὰ τοῖς πλείστοις, ὅμως εἴ πού τι πρὸς ἓν οἱ νόμοι βλέπουσι, τοῦ κρατεῖν στοχάζονται πάντες· ὥσπερ ἐν Λακεδαίμονι καὶ Κρήτῃ πρὸς τοὺς πολέμους συντέτακται σχεδὸν ἥ τε παιδεία, καὶ τὸ τῶν νόμων πλῆθος. ἔτι δ' ἐν τοῖς ἔθνεσι πᾶσι τοῖς δυναμένοις πλεονεκτεῖν, ἡ τοιαύτη τετίμηται δύναμις· οἷον ἐν Σκύθαις, καὶ Πέρσαις, καὶ Θρᾳξὶ, καὶ Κελτοῖς. ἐν ἐνίοις γὰρ καὶ νόμοι τινές εἰσι παροξύνοντες πρὸς τὴν ἀρετὴν ταύτην, καθάπερ ἐν Καρχηδόνι φασὶ τὸν ἐκ τῶν κρίκων κόσμον λαμβάνειν, ὅσας ἂν στρατεύσωνται στρατείας. ἦν δέ ποτε καὶ περὶ Μακεδονίαν νόμος, τὸν μηθένα ἀπεκτακότα πολέμιον ἄνδρα, περιεζῶσθαι τὴν φορβειάν. ἐν δὲ Σκύθαις οὐκ ἐξῆν πίνειν ἐν ἑορτῇ τινι σκύφον περιφερόμενον, τῷ μηθένα ἀπεκτακότι πολέμιον. ἐν

quoſdam populos legibus propoſitus eſt, vt finitimorũ domini ſint. Itaque tametſi plurimæ leges paſſim apud populos quamplurimos latæ ſint, tamen ſicubi quid vnum cõmune ſpectant, certe dominatum omnes ſpectãt: vt in Sparta & in Creta aduerſus hoſtes, tum educatio & diſciplina, tum leges ipſæ totę fere cõſtitutę ſunt: denique apud omnes gentes quæ fines imperii propagare poſſunt, ea virtus honoratur, vt apud Scythas, Perſas, Thracas, Celtas. Apud nonnullos etiam leges quędã ſunt, quæ ciues ad talem virtutem exacuant & excitent: quemadmodum Carthagine ferunt vnumquemque pro numero bellicarum expeditionum, quibus interfuerit, annulorum ornamenta cõſequi. Ac fuit quõdã lex in Macedonia, vt qui nullũ interemiſſet hoſtem, capiſtro cingeretur. Apud Scytas autem ſolenni quodam ac feſto die ſcyphũ, qui epulo circumferebatur bibere non licebat ei, qui nullum necauiſſet hoſtem. Sic apud Iberos bellicoſam gẽtem, tot obeliſci in mortui ſepulchro eriguntur, quot hoſtes viuus interemerit. Atque eiuſdem generis ſex-

commendatur teſtimoniis gentium, quæ hanc vitam imprimis approbarint. Ad annulos autem Carthaginenſium, vide nunquid attinet Hannibalis illud, quod in Cannenſi victoria memoratur à Liuio feciſſe, qui detractos Romanis equitibus tam multos annulos miſerit, vt modium expleuerit.

centa sunt alia, partim legibus, partim vsu & consuetudine probata.

18 Dictum est adhuc pro tyrannica vita: deinde contra disputatur ex adiunctis. quod iniusta & violenta sit.

18 Quamquam vehementer alienum & absurdum (si quis acutius id intueri velit) fortasse videatur, si ciuili viro & reip. principi munus imponatur considerandi & prouidendi, vt ciuitas finitimis populis seu volentibus seu nolentibus imperet, ac in eos dominetur. Quo enim modo ciuile aut lege sanciendum sit quod legitimum non fuerit? Atqui id ipsum in propinquos & finitimos non solum iuste, sed etiam iniuste dominari, legitimum certe non est. Dominari enim licet non iuste. Verum ne id quidem in cæteris disciplinis cernimus. Neque enim vel medici vel gubernatoris opus est, aut verbis allicere aut minus impellere, illius quidem ægrotos, huius autem vectores.

19 Tralapsis pro vita tyrannica cui parum perspicue resistitur: Sententia est, dominatum esse quendam naturalem, sed non seruos naturales: de quibus libri primi parte 2. Res explicatur similitudine venationis.

19 Tametsi dominicam istam & herilem potentiam plerique ciuilem esse arbitrantur, & quod in se ipsis iustum & commodum esse negant, id in aliis admittere non erubescunt. Ipsi namque suis in rebus nil nisi iustum præcipi atque imperari volunt. In alienis autem

καὶ τοῖς Ἴβηρσιν, ἔθνει πολεμικῷ, τοσούτους τὸν ἀριθμὸν ὀβελίσκους καταπηγνύουσι περὶ τὸν τάφον, ὅσους ἂν διαφθείρῃ τῶν πολεμίων. καὶ ἕτερα δὴ παρ' ἑτέροις ἐστὶ τοιαῦτα πολλά, τὰ μὲν νόμοις κατειλημμένα, τὰ δὲ ἔθεσι.

18 καί τοι δόξειεν ἂν ἄγαν ἄτοπον ἴσως εἶναι τοῖς βουλομένοις ἐπισκοπεῖν, εἰ τοῦτ' ἔστιν ἔργον τοῦ πολιτικοῦ τὸ δύνασθαι θεωρεῖν, ὅπως ἄρχῃ καὶ δεσπόζῃ τῶν πλησίον, καὶ βουλομένων, καὶ μὴ βουλομένων. πῶς γὰρ ἂν εἴη τοῦτο πολιτικόν, ἢ νομοθετικόν, ὅ γε μηδὲ νόμιμόν ἐστιν; οὐ νόμιμον δέ, τὸ μὴ μόνον δικαίως, ἀλλὰ καὶ ἀδίκως ἄρχειν· κρατεῖν δὲ ἔστι καὶ μὴ δικαίως. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπιστήμαις τοῦτο ὁρῶμεν. οὔτε γὰρ τοῦ ἰατροῦ, οὔτε τοῦ κυβερνήτου ἔργόν ἐστι, τὸ ἢ πεῖσαι, ἢ βιάσασθαι· τοῦ μὲν τοὺς θεραπευομένους, τοῦ δὲ τοὺς πλωτῆρας.

19 ἀλλ' ἐοίκασιν οἱ πολλοὶ τὴν δεσποτικὴν, πολιτικὴν οἴεσθαι εἶναι· καὶ ὅπερ αὐτοῖς ἕκαστοι οὔ φασιν εἶναι δί-

καιον

καιον, οὐδὲ συμφέρον, τοῦτ' οὐκ αἰσχύνονται πρὸς τοὺς ἄλλους ἀσκοῦντες. αὐτοὶ μὲν γὰρ παρ' αὐτοῖς τὸ δικαίως ἄρχειν ζητοῦσι· πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους οὐδὲν μέλει τῶν δικαίων. ἄτοπον δ' εἰ μὴ φύσει, τὸ μὲν δεσποστόν ἐστι, τὸ δ' οὐ δεσποστόν. ὥστε εἴπερ ἔχει τὸν τρόπον τοῦτον, οὐ δεῖ πάντων πειρᾶσθαι δεσπόζειν, ἀλλὰ τῶν δεσποστῶν· ὥσπερ οὐδὲ θηρεύειν ἐπὶ θοίνην ἢ θυσίαν ἀνθρώπους, ἀλλὰ τὸ πρὸς τοῦτο θηρευτόν· ἔστι δὲ θηρευτόν, ὃ ἂν ἄγριον ᾖ, ἐδεστὸν ζῷον.

20 ἀλλὰ μὴν εἴη γ' ἂν καὶ καθ' ἑαυτὴν μία πόλις εὐδαίμων, ἡ πολιτεύεται δηλονότι καλῶς· εἴπερ ἐνδέχεται πόλιν οἰκεῖσθαί που καθ' ἑαυτὴν νόμοις χρωμένην σπουδαίοις, ἧς τῆς πολιτείας ἡ σύνταξις οὐ πρὸς πόλεμον, οὐδὲ πρὸς τὸ κρατεῖν ἔσται τῶν πολεμίων· μηθὲν γὰρ ὑπαρχέτω τοιοῦτον.

21 δῆλον ἄρα ὅτι πάσας τὰς πρὸς τὸν πόλεμον ἐπιμελείας, καλὰς μὲν θετέον. οὐχ ὡς τέλος δὲ πάντων ἀκρότατον, ἀλλὰ ἐκείνου χάριν ταύτας. τοῦ δὲ νομοθέτου τοῦ σπουδαίου ἐστὶ τὸ

negotiis omnem iustitiam pro nihilo ducunt. At vero minime vllum imperiũ probandum est, nisi ciuium alii sint ad imperandum, alii ad parendum nati. Quæ cum ita sint, non in omnes imperium affectare cõueniet, sed in eos demum, qui alterius imperium suapte natura ferent. Quemadmodum neq; venamur homines vt eis vescamur aut sacra diis faciamus, sed eos animãtes, quos his vsibus natura genuit, vt feræ sunt agrestes, & ad hominũ victum natura comparatæ.

20 Verumtamen ciuitas sola quidem & per se beata esse potest, quæ nempe honeste & recte gubernetur; fieri namque potest vt alicubi per se sola ac sine aliis vrbibus incolatur, bonisque legibus vtatur, cuius reipub. status nec ad pugnam nec victoriam spectet. Nil enim tale in ea tradatur. 21 Quib. positis perspicitur omnia disciplinæ militaris studia honesta quidem illa esse & laudabilia, in eis tamen omnium ciuilium bonorum summum & extremum finem situm non esse, sed ad hunc finem illa tendere.

20 Aliud argumentũ cõtra tyrannicã vitã, q sine ea beata ciuitas esse possit.

21 Solutio disputationis de tyrannica vita, & bellicæ artis studium, quale est tyrannicæ vitæ, laudabile quidem sit, sed non complectatur summum bonũ ad q tamen legislatoris & boni principis cõsilium totũ referendum sit: Tametsi pro differentia populorum quædam sit in legib. differentia.

Sapientis autem Legumlatoris est prouidere, qua ratione & ciuitas & hominum genus vniuersum & quæuis alia societas & cõmunio bonã, & quoad possit beatam vitam consequatur. Erit tamen quædam in legibus & institutis differentia, & id considerare ad legum ferendarum prudentiam pertinet, si quidam erunt populi propinqui & finitimi, quæ aduersus quos colenda sunt & exercenda studia, aut quæ sunt ergá singulos præstanda officia. Sed hoc quidem diligenter & accurate postea tractabitur, quẽ ad finem optima respub. respicere debeat.

θεάσασθαι πόλιν, καὶ γένος ἀνθρώπων, καὶ πᾶσαν ἄλλην κοινωνίαν. ζωῆς ἀγαθῆς πῶς μεθέξουσιν, καὶ τῆς ἐνδεχομένης αὐτοῖς εὐδαιμονίας. διοίσει μέντοι τῶν τιθεμένων ἔνια νομίμων· καὶ τοῦτο τῆς νομοθετικῆς ἐστὶν ἰδεῖν, ἐάν τινες ὑπάρχωσι γειτνιῶντες. ποῖα πρὸς ποίους ἀσκητέον, ἢ πῶς τοῖς καθήκουσι πρὸς ἑκάστους χρηστέον. ἀλλὰ τοῦτο μὲν κἂν ὕστερον τύχοι τῆς προσηκούσης σκέψεως, πρὸς τί τέλος δεῖ τὴν ἀρίστην πολιτείαν συντείνειν.

22 Reuertitur ad beatitudinẽ & contentionẽ ciuilis & philosophicæ vitæ (ciuilis vita aspernanda est, & ab ea differt philosophica vita quæ est optima: imo ciuilis præstat, quia agat, philosophica nõ agat.

CAP. III.

DE [22] iis autem qui vitam cum virtute coniunctam optatissimam esse iudicant, sed de virtutis ipsius vsu inter se dissentiunt, differendũ atque agendum nobis est. Alteri enim ciuiles magistratus aspernãtur, atque existimant liberi atque otiosi hominis vitam, à ciuili esse diuersam, longeq; omnium primam maximeq; optandam. Alteri vero ciuilem præponendam esse disputant, quia fieri non potest

ΚΕΦ. γ.

Πρὸς [22] δὲ τοὺς, ὁμολογοῦντας μὲν τὸν μετ' ἀρετῆς εἶναι βίον αἱρετώτατον, διαφερομένους δὲ περὶ τῆς χρήσεως αὐτοῦ, λεκτέον ἡμῖν πρὸς ἀμφοτέρους αὐτούς· οἱ μὲν γὰρ ἀποδοκιμάζουσι τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς, νομίζοντες τόν τε τοῦ ἐλευθέρου βίον ἕτερόν τινα εἶναι τοῦ πολιτικοῦ, καὶ πάντων αἱρετώτατον· οἱ δὲ, τοῦτον ἄριστον· ἀδύνατον γὰρ, τὸν μηθὲν πράτ-

πράττοντα, πράττειν εὖ· τὴν δ' εὐπραγίαν καὶ τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι ταὐτόν.

23 ὅτι τὰ μὲν ἀμφότεροι λέγουσιν ὀρθῶς, τὰ δ' οὐκ ὀρθῶς. οἱ μὲν, ὅτι ὁ τοῦ ἐλευθέρου βίος, τοῦ δεσποτικοῦ ἀμείνων. τοῦτο γὰρ ἀληθές. οὐθὲν γὰρ τῷ γε δούλῳ, ᾗ δοῦλος, χρῆσθαι σεμνόν· ἡ γὰρ ἐπίταξις ἡ περὶ τῶν ἀναγκαίων, οὐδενὸς μετέχει τῶν καλῶν. τὸ μέντοι νομίζειν πᾶσαν ἀρχὴν εἶναι δεσποτείαν, οὐκ ὀρθόν. οὐ γὰρ ἔλαττον διέστηκεν ἡ τῶν ἐλευθέρων ἀρχὴ, τῆς τῶν δούλων, ἢ αὐτὸ φύσει ἐλεύθερον τοῦ φύσει δούλου. διώρισται δὲ περὶ αὐτῶν ἱκανῶς ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις. τὸ δὲ μᾶλλον ἐπαινεῖν τὸ ἀπρακτεῖν, τοῦ πράττειν, οὐκ ἀληθές· ἡ γὰρ εὐδαιμονία πρᾶξίς ἐστιν. ἔτι δὲ πολλῶν καὶ καλῶν τέλος ἔχουσιν αἱ τῶν δικαίων καὶ σωφρόνων πράξεις.

24 καίτοι τάχ' ἂν ὑπολάβοι τις τούτων οὕτω διωρισμένων, ὅτι τὸ κύριον εἶναι πάντων ἄριστον· οὕτω γὰρ ἂν πλείστων καὶ καλλίστων κύριος εἴη πράξεων. ὥστε οὐ δεῖ τὸν δυνάμενον ἄρχειν παριέναι τῷ

putant, quia fieri non potest vt qui nil agat bene agat, bonam autem actionē & beatitudinem idem esse.

23 Quæ vtrique partim recte partim etiam non recte dicunt. Illi quidem quod liberi hominis & negotiis vacui vitam, dominantis vitæ preferunt. Id enim verum est. Nec enim quicquā magnū est seruo, quatenus seruus est, vti: nec res ad vsum necessarias alteri mandare & imperare magnæ laudi tribuendum. Attamen putare omnem principatum, herilem quendam esse dominatum, verum certe & rectum non erit. Nec enim minus differt liberis hominibus & seruis imperare, quam natura liberum & seruum esse, de quibus abūde superioribus sermonibus actum est. Maiorem vero laudem otiosis quam agentibus dare, nulla ratio est, beatitas enim actio est, & iustorum virorum & temperātum actiones, multarum insignium & honestarum rerum fructus assequitur.

23 Solutio contentionis: philosophica præstat. Nec tamen ciuilis vita herilis est. & agere præstat quā otiari. n 25 autem dicetur an philosophica aliquid agat.

24 Quæ cum ita sint, existimabit aliquis, fortasse late in omnes mortales & longe dominari, summum & extremum bonū esse, quoniam plurimarū & optima-

34 Prolepsis per digressionem de tyrannica vita, quod res plurimas & optimas agere possit. Itaque maxime

rum actionum tum materia præbeatur. Itaque nō oportere cum dominari tam late possis, alteri boni tā singularis occasionem cōcedere, sed poti' eā præripere, nec ea patrē liberis, nec liberos patri, nec omnino amicū amico cedere neq; iccirco laborare. Optimū siquidē quod est maxime est optādū, beneq; agere optimū. [25] Atq; id quidē vere dicāt fortasse, si modo latronib. qui rapiunt qui vim & manus afferūt, id inesse possit, quod est omnium optimū & præstātissimum. Sed certe inesse nullo modo potest, idque sibi falso persuadent. Nec enim actiones honestę cadūt, nisi in animū tantū cæteris excellentem, quantum vir vxori, pater liberis, dominus seruis excellit. Itaque qui à recta via semel aberrauerit, nunquam se postea tantum reuocabit, quātum à virtute iam recesserit. Similes autem inter se ac pares honestum & iustum imperium in parendi & imperādi vicissitudine statuūt, id siquidem par est & simile. Pares autem & similes non pari similiq; iure viuere cōtra naturā est. Ac nihil eorū quæ cōtra naturam sunt, est honestum. [26] Quare si quis virtute & rectas ac pręclaras

25 Solutio prolepseos, ꝙ non omni tyrannicæ vitæ virtus addatur: deinde ꝙ contra naturam sit tyrannis.

26 Redit ad beatitudinis definitionē & docet etiā exēplo solitario ciuitatis & Dei & mundi vitam

πλησίον, ἀλλὰ μᾶλλον ἀφαιρεῖσθαι, καὶ μήτε πατέρα παίδων, μήτε παῖδας πατρός, μήθ' ὅλως φίλον φίλου μηθένα ὑπολογίζειν, μηδὲ πρὸς τοῦτο φροντίζειν· τὸ γὰρ ἄριστον, αἱρετώτατον· τὸ δ' εὖ πράττειν, ἄριστον.

25 τοῦτο μὲν οὖν ἀληθῶς ἴσως λέγουσιν, εἴπερ ὑπάρξει τοῖς ἀποστεροῦσι καὶ βιαζομένοις, τὸ τῶν ὄντων αἱρετώτατον. ἀλλ' ἴσως οὐχ οἷόν τε ὑπάρχειν, ἀλλ' ὑποτίθενται τοῦτο [ψεῦδος·] οὐ γὰρ ἔτι καλὰς τὰς πράξεις ἐνδέχεται εἶναι τῷ μὴ διαφέροντι τοσοῦτον, ὅσον ἀνὴρ γυναικός, ἢ πατὴρ τέκνων, ἢ δεσπότης δούλων. ὥστε ὁ παραβαίνων, οὐθὲν ἂν τηλικοῦτον κατορθώσειεν ὕστερον, ὅσον ἤδη παρεκβέβηκε τῆς ἀρετῆς. τοῖς γὰρ ὁμοίοις τὸ καλὸν τὸ δίκαιον ἐν τῷ μέρει· τοῦτο γὰρ ἴσον καὶ ὅμοιον. τὸ δὲ μὴ ἴσον τοῖς ἴσοις, καὶ τὸ μὴ ὅμοιον τοῖς ὁμοίοις, παρὰ φύσιν· οὐδὲν δὲ τῶν παρὰ φύσιν καλόν.

26 διὸ κἂν ἄλλος τις ᾖ κρείττων κατ' ἀρετὴν καὶ κατὰ δύναμιν τὴν πρακτικὴν τῶν ἀρίστων, τούτῳ καλὸν ἀκολουθεῖν, καὶ τού-

τῳ

τῷ πείθεσθαι δίκαιον. δεῖ δὲ οὐ μόνον ἀρετὴν, ἀλλὰ καὶ δύναμιν ὑπάρχειν, καθ' ἣν ἔσται πρακτικός. ἀλλ' εἰ ταῦτα λέγεται καλῶς, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν εὐπραγίαν θετέον, καὶ κοινῇ πάσης πόλεως ἂν εἴη καὶ καθ' ἕκαστον ἄριστος βίος ὁ πρακτικός. ἀλλὰ τὸν πρακτικὸν οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι πρὸς ἑτέρους, καθάπερ οἴονταί τινες· οὐδὲ τὰς διανοίας εἶναι μόνας ταύτας πρακτικὰς, τὰς τῶν ἀποβαινόντων χάριν γιγνομένας ἐκ τοῦ πράττειν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τὰς αὐτοτελεῖς καὶ τὰς αὑτῶν ἕνεκεν θεωρίας καὶ διανοήσεις· ἡ γὰρ εὐπραξία τέλος· ὥστε καὶ πρᾶξίς τις. μάλιστα δὲ καὶ πράττειν λέγομεν, καὶ κυρίους τῶν ἐξωτερικῶν πράξεων, τοὺς ταῖς διανοίαις ἀρχιτέκτονας. ἀλλὰ μὴν, οὐδ' ἀπρακτεῖν ἀναγκαῖον τὰς καθ' αὑτὰς πόλεις ἱδρυμένας, καὶ ζῆν, οὕτω προῃρημένας· ἐνδέχεται γὰρ κατὰ μέρη καὶ τοῦτο συμβαίνειν. πολλαὶ γὰρ κοινωνίαι πρὸς ἄλληλα τοῖς μέρεσι τῆς πόλεώς εἰσιν. ὁμοίως δὲ τοῦτο ὑπάρχει καὶ καθ' ἑνὸς ὁτουοῦν τῶν ἀνθρώπων.

res gerēdi facultate cæteris præstabit, hūc sequi pulchrū est, & audire iustū. Nec vero virtutem solā adesse necesse est, sed agēdi potentiā. Quæ si vera sunt, profecto beatitudo in beata actiōe locāda est, & tum communiter vniuersæ ciuitatis, tum proprie singularum optima vita in actione cōsistit. Tametsi nō necesse est hāc ipsam actuosam vitam ad opera externa referri, vt quorūdam opinio est, nec ea in agēdo sola consilia versari, quæ certorū operum peragendorum gratia suscipiuntur, sed eas cōtemplationes & meditationes multo magis actuosas esse, quæ in se ipsas omnino conuersæ, suoque fructu cōtentæ, extrinsecus nil requirūt. Honesta nempe actio finis est, ideoque etiā actio quædam. Imo vero proprie eos agere dicimus, qui mēte atque animo principes atque architecti externorum sunt operum. Nec vero necesse fuerit otiari ac nil agere ciuitates in diserta solitudine constitutas, idque vitæ genus de industria sequutas. Id namque partibus vsuuenit, auxiliis enim mutuis & cōmunibus officiis partes ciuitatis inter se sociatæ sunt, eaque affectio similis, in hominibus singulis cernitur.

philosophicam aliquid agere. Vbi soluitur argumentum n. 23. Mundū hic intelliges Aristoteli Deū esse: de quo Cicero 1. de Natura deorum. Aristoteles quoque in 3 de philosophia, libro, multa turbat, à magistro Platone vno dissentiens: modo enim mēti tribuit omnē diuinitatem, modo mūdum ipsum Deum ait esse, modo aliū quēdā præficit mūdo, eique eas partes tribuit, vt replicatione quadā mundi motum regat atque tueatur, tū cœli ardorem Deū dicit esse.

Alioqui neque Deus neque mundus vniuersus beatus haberi posset, quibus actiones externæ nullæ sunt, sed omnes suæ naturæ congruentes ac propriæ.

27 Concludit rursus quæstionem n. 2.

27 Quamobrem eadem vita necessario optima erit, & priuatim singulorum hominũ, & publice ciuitatum, hominumque omnium.

σχολῇ γὰρ ἂν ὁ θεὸς ἔχοι καλῶς, καὶ πᾶς ὁ κόσμος, οἷς οὐκ εἰσὶν ἐξωτερικαὶ πράξεις παρὰ τὰς οἰκείας τὰς αὐτῶν.

27 ὅτι μὲν οὖν τὸν αὐτὸν βίον ἀναγκαῖον εἶναι τὸν ἄριστον. ἑκάστῳ τε τῶν ἀνθρώπων, καὶ κοινῇ ταῖς πόλεσι καὶ τοῖς ἀνθρώποις, φανερόν ἐστιν.

CAP. IV.

28 Fuit adhuc disputatio ex Ethicis repetita, sequitur materia ciuitatũ duplex de homine & regione, quæ aliarum similitudine artiũ declaratur.

Plato 4 reipub. ciuitatẽ communione rerũ vnã ait esse maximã, etiã si mille tantum propugnatores habeat. Aristoteles vnitatem Platonicam non probauit, magnitudinis tamen eandẽ rationem probauit. Plato 5. legum certũ ciuiũ numerum

QVONIAM 28 vero de his nũc dicta ad procemii cuiusdam speciem sumpta sunt, ac de cæteris rebuspub. non de optima solum à nobis antea est disputatum, de iis quæ supersunt, dicendi exordium huic dicendũ est, quænã ciuitatis eius, quam animi votis omnibus exoptemus, principia ponenda sunt. Nec enim fieri potest vt optima resp. efficiatur, nisi copia atq; abundantia rerum temperata ac moderata sit. Itaque multa fundamenta tãquam voto aliquo iacienda sunt, eiusmodi tamen vt existere quidem illa possint, vt de multitudine ciuium & quantitate regionis. Quemadmodum enim cæteris opificibus, vt textori

ΚΕΦ. δ.

Ἐπεὶ 28 δὲ πεφροιμίασται τὰ νῦν εἰρημένα περὶ αὐτῶν, καὶ περὶ τὰς ἄλλας πολιτείας ἡμῖν τεθεώρηται πρότερον, ἀρχὴ τῶν λοιπῶν εἰπεῖν πρῶτον, ποίας τινὰς δεῖ τὰς ὑποθέσεις εἶναι [περὶ] τῆς μελλούσης κατ' εὐχὴν συνεστάναι πόλεως. οὐ γὰρ οἷόν τε πολιτείαν γενέσθαι τὴν ἀρίστην ἄνευ συμμέτρου χορηγίας· διὸ δεῖ πολλὰ προϋποτεθεῖσθαι καθάπερ εὐχομένους· εἶναι μέντοι μηθὲν τούτων ἀδύνατον. λέγω δέ, οἷον περί τε πλήθους πολιτῶν, καὶ χώρας. ὥσπερ γὰρ καὶ τοῖς ἄλλοις δημιουργοῖς, οἷον ὑφάντῃ καὶ ναυπηγῷ, δεῖ τὴν ὕ-

λην ὑπάρχειν, ἐπιτηδείαν οὖσαν πρὸς τὴν ἐργασίαν· ὅσῳ γὰρ ἂν αὕτη τυγχάνῃ παρεσκευασμένη βέλτιον, ἀνάγκη καὶ τὸ γιγνόμενον ὑπὸ τῆς τέχνης εἶναι κάλλιον· οὕτω καὶ τῷ πολιτικῷ καὶ τῷ νομοθέτῃ δεῖ τὴν οἰκείαν ὕλην ὑπάρχειν ἐπιτηδείως ἔχουσαν.

ἔστι δὲ πολιτικῆς χορηγίας πρῶτον, τό τε πλῆθος πλῆθος τῶν ἀνθρώπων, πόσους τε καὶ ποίους τινὰς ὑπάρχειν δεῖ φύσει· καὶ κατὰ τὴν χώραν ὡσαύτως, ὅσην τε εἶναι, καὶ ποίαν τινὰ ταύτην.

29 οἴονται μὲν οὖν οἱ πλεῖστοι προσήκειν μεγάλην εἶναι τὴν εὐδαίμονα πόλιν. εἰ δὲ τοῦτ' ἀληθές, ἀγνοοῦσι ποία μεγάλη καὶ ποία μικρὰ πόλις. κατ' ἀριθμοῦ γὰρ πλῆθος τῶν ἐνοικούντων κρίνουσι τὴν μεγάλην. δεῖ δὲ μᾶλλον μὴ εἰς τὸ πλῆθος, εἰς δὲ δύναμιν ἀποβλέπειν. ἔστι γάρ τι καὶ πόλεως ἔργον. ὥστε τὴν δυναμένην τοῦτο μάλιστ' ἀποτελεῖν, ταύτην οἰητέον εἶναι μεγίστην· οἷον, Ἱπποκράτην, οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλ' ἰατρὸν εἶναι μείζω φήσειεν ἄν τις τοῦ διαφέροντος κατὰ τὸ μέ-

& nauium artifici materiam oportet operi congruam & consentaneã suppetere, quãto enim ipsa cultior & instructior erit, tãto necesse est artis opus elegantius ac præstantius esse, sic ciuili viro & legumlatori, materiã propriam & conuenienter excultam adesse necesse est. Est vero ciuilis materię & copię prima quidẽ pars multitudo hominũ, & quot & qualesnam natura esse deceat: altera vero de regione similis, quanta & qualis hæc esse debeat.

29 Permulti igitur beatam ciuitatem putant magnam esse oportere: quod tametsi verum est, tamen qualis & quanta sit magna & parua ciuitas, nõ satis intelligunt. Nam pro magna incolarum multitudine, magnam ciuitatem esse iudicant. Atqui non ex multitudine, sed ex viribus atque potentia magnitudo ciuitatis potius æstimanda est. Est enim certũ quoddam ciuitatis opus, vt quæ facilime & promptissime possit illud præstare maxima dicenda sit, vt Hippocratem (dixerit aliquis) non hominem sed medicum maiorem esse, à quo magnitudine corporis superetur. Atque etiam si magna ciuitas

definit quinques millenos & quadragenos.

Plato 466. de quantitate hominum & agrorum.

Plato 655. Agrum huic multitudini oportunum similiter diuidit.

29 Pars materiæ ciuilis ad homines pertinẽtis duas q̃stiones habet, alteram quantitatis, alterã qualitatis, quantitas tractatur priore loco, de qualitate dicetur, n. 37.

Quantitas vero hominu magna esse debet, sed hæc magnitudo beatæ vitæ potentia & facultate desiniẽda est, & magna ciuitas dicenda, quæ facile suum opus agit, id est beate viuit, no incolarum magnitudine, q. serui & inquilini & peregrini esse possunt, & multitudo immensa ab homine regi non potest licet à Deo possit.

vbi Aristoteles videtur diuinā quandam prouidentiam statuere.

multitudinis habita ratione censenda esset, non tamen cuiusuis multitudinis ratione, cum præsertim necessario sit in ciuitatibus permagnus & seruorum & inquilinorum & peregrinorum numerus, sed eorum multitudine, qui ciuitatis partes habeantur, & ex quib. tanquam propriis ac suis membris ciuitas efficiatur. Nam præstans eorum hominum multitudo, magnæ ciuitatis iudicium est: at ex qua ciuitate magnus sordidorum opificum numerus, militum paruus educi potest, hæc esse magna nullo modo potest. Nec ciuitatis magnitudo & hominum frequentia res vna est & eadem. Verum enimuero res ipsa declarat quam id sit difficile, quamque fortasse fieri nullo modo possit, vt ciuitas ingenti multitudine frequentiaque hominum referta, bonis legibus regatur. Atque earum certe quæ præclaris institutis tenentur: nullam tam copiosam frequentemque cernimus. Quod etiā rationum atque argumentorum fide probari potest. Lex enim ordinatio quædam est, & bona lex ordinatio bona debet esse. Numerus autem tantus tamque immēsus ordine nullo regi gubernariue potest, diuinæ

vrbem esse ciuibus ipsis egressione facilem, hostibus aggressiõe & oppugnatione difficilem. Atque imprimis aquarum fontiumque naturalis, perennisque copia suppetere debet, quę si desit, abundantia tamen adfuerit, si magnæ & aquis abundantes cisternæ cõparentur, vt quãuis hostibus ex agris ciues in vrbem se recipere cogantur, nunquam aquis destituãtur. Cum autem incolarum valetudini ꝓuidendum & prospiciendum sit, eaque ex loci positione, cælique natura & qualitate primum: deinde ex aquarum salubrium vsu pendeat, id quoque diligenter curãdum & animaduertendum est. Quib. enim rebus ad vsum corporis multũ ac sæpe vtimur hæ conferũt ad valetudinem tuendã plurimum, cuiusmodi est aquarum ventorumque vis ac natura. Itaque prudentes & sapientes ciuitates, si non eadem sit aquarum omnium natura, nec fontium abundantia, præscribunt ac definiunt quibus ad alimentum & victum quibus ad alias commoditates sit vtendum.

Plato 5. legũ de situ vrbis, sexto de propugnaculis, Plinius fontibus.

51 Quod attinet autem ad locorum munitiones & pro-

51 Oppidũ pro diuersis rebusp. varijs propugnaculis munitum esse debet.

pugnacula, non eadem est in omnibus rebusp. ratio: velut arx Oligarchiam magis & monarchiam attingit: planities & ęquabilitas Democratiam: neutrum Aristocratiã: sed multa potius castella & propugnacula.

52 Aediũ priuatorũ forma recens paci, vetus bello aptior. Itaq; vtraque species miscẽda est.

52 Ædiũ vero priuatarum forma concinnior & gratior & ad alias plerasque vtilitates aptior: si aditus faciles habeat & recentiorem Hippodamiumque modum sequatur. Contra vero ad bellicas opportunitates vtilior, si ad veteris architecturę speciem componatur. Peregrinis enim & exteris exitus difficiles, hostibus inuadere cupientibus recessus abditos & inextricabiles latebras præbebit. Vtraque igitur vtilitas est retinenda, & id quidẽ fieri potest, si quis ædes dirigat eo modo, quo solent agricolæ, quos vocant vitium ordines & tramites, vt non tota vrbe, sed certis partibus ac locis peruiæ transitiones instituantur. Sic enim vrbs non solum tutior & instructior, sed ornatior & splendidior erit.

53 Plato 6. de legib. muros vrbibus adimit. Hæc opinio reprehenditur quinq; argumentis, quia sine muris ciuitates quæ erant sunt improbatæ, & multis sunt muris obtectæ & similes domui parietes non habẽti, &

53 Muros autẽ quod adimunt quidam his vrbibus, quæ ciues strenuos & virtute præditos habeãt, antiqua valde veteraq; repetunt, cernuntque vrbes reipsa improbari, quæ

τὸ συμφέρον ταῖς πολιτείαις· οἷον, ἀκρόπολις, ὀλιγαρχικὸν καὶ μοναρχικόν· δημοκρατικὸν δὲ, ὁμαλότης· ἀριστοκρατικὸν δὲ, οὐδέτερον· ἀλλὰ μᾶλλον ἰσχυροὶ τόποι πλείους.

52 ἡ δὲ τῶν ἰδίων οἰκήσεων διάθεσις, ἡδίων μὲν νομίζεται καὶ χρησιμωτέρα πρὸς τὰς ἄλλας πράξεις, ἂν εὔτομος ᾖ, καὶ κατὰ τὸν νεώτερον καὶ τὸν Ἱπποδάμειον τρόπον· πρὸς δὲ τὰς πολεμικὰς ἀσφαλείας, τοὐναντίον, ὡς εἶχον κατὰ τὸν ἀρχαῖον χρόνον. δυσέξοδος γὰρ ἐκείνη τοῖς ξενικοῖς, καὶ δυσεξερεύνητος τοῖς ἐπιτιθεμένοις. διὸ δεῖ τούτων ἀμφοτέρων μετέχειν. ἐνδέχεται γὰρ, ἄν τις οὕτω κατασκευάζῃ, καθάπερ ἐν τοῖς γεωργοῖς, ἃς καλοῦσί τινες τῶν ἀμπέλων συστάδας. καὶ τὴν μὲν ὅλην μὴ ποιεῖν πόλιν εὔτομον, κατὰ μέρη δὲ καὶ τόπους. οὕτω γὰρ καὶ πρὸς ἀσφάλειαν καὶ κόσμον ἕξει καλῶς.

53 περὶ δὲ τειχῶν, οἱ μὴ φάσκοντες δεῖν ἔχειν τὰς τῆς ἀρετῆς ἀντιποιουμένας πόλεις, λίαν ἀρχαίως ὑπολαμβάνουσι, καὶ ταῦθ' ὁρῶντες ἐ-

λεγχομένας ἔργῳ τὰς ἐκείνως καλλωπισαμένας. ἔστι δὲ, πρὸς μὲν τοὺς ὁμοίους, καὶ μὴ πολὺ τῷ πλήθει διαφέροντας, οὐ καλὸν τὸ πειρᾶσθαι σώζεσθαι διὰ τῆς τῶν τειχῶν ἐρυμνότητος. ἐπεὶ δὲ καὶ συμβαίνει καὶ ἐνδέχεται πλείω τὴν ὑπεροχὴν γίγνεσθαι τῶν ἐπιόντων, ἢ τῆς ἀνθρωπίνης καὶ τῆς ἐν τοῖς ὀλίγοις ἀρετῆς, εἰ δεῖ σώζεσθαι καὶ μὴ πάσχειν κακῶς μηδὲ ὑβρίζεσθαι, τὴν ἀσφαλεστάτην ἐρυμνότητα τῶν τειχῶν οἰητέον εἶναι πολεμικωτάτην· ἄλλως τε καὶ νῦν εὑρημένων τῶν περὶ τὰ βέλη καὶ τὰς μηχανὰς εἰς ἀκρίβειαν πρὸς τὰς πολιορκίας. ὅμοιον γὰρ τὸ τείχη μὴ περιβάλλειν ταῖς πόλεσιν ἀξιοῦν, καὶ τὸ τὴν χώραν εὐέμβολον ζητεῖν, καὶ περιαιρεῖν τοὺς ὀρεινοὺς τόπους· ὁμοίως δὲ καὶ ταῖς οἰκήσεσι ταῖς ἰδίαις μὴ περιβάλλειν τοίχους, ὡς ἀνάνδρων ἐσομένων τῶν κατοικούντων. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τοῦτό γε δεῖ λανθάνειν, ὅτι τοῖς μὲν περιβεβλημένοις τείχη περὶ τὴν πόλιν, ἔξεστιν ἀμφοτέρως χρῆσθαι ταῖς πόλεσιν, καὶ ὡς ἐχούσαις τείχη καὶ ὡς μὴ ἐχούσαις· ταῖς δὲ μὴ κεκτημέναις,

ri, quæ exeo gloriã affectarunt: tametsi enim aduersus pares neq; multitudine valde superiores minime decorum est murorum septis & vallis, salutẽ suam tueri velle. Attamen cum vsu veniat & fieri certe possit, vt vis hostium virtutem ciuium præsertim paucorũ superet, certe si salutem tueri, nec iniurias & contumelias pati deceat, murorum propugnacula & tutissima & bello aptissima putanda sunt, hoc præsertim tempore telis & machinis ad obsidiones & oppugnationes vrbium tam mirabili industria repertis. Enimuero vrbes mœnibus nolle communire, simile est atque regionem oppugnatione facilem quęrere, & mõtosos locos tollere & priuatas domos parietibus non obducere, quasi vero molliores intra muros & ignauiores sint futuri. Sed certe illud ignorandum non est, liberum esse iis, qui muris vrbes circumdederunt, vtroq; modo suis oppidis vti & tanquam muros habentibus, & tanquam muros nõ habentibus. Quibus autem in oppidis

quæ muros habent, muris suis & vti & nõ vti possunt. Itaque sicut hostis multas oppugnationes sic ciuis varias propugnationes habere debet.

pidis nunc nulli ſunt, opportunitas ea non ſuppetit: quę ſi ita ſe habeant, non ſolum oppida mœnibus cingenda ſunt, ſed eſt etiã prouidẽdum vt ea res vrbi & ad ornamẽtum & ad bellicos vſus cum cæteros omnes alios: tũ recens inuentos & repertos apta ſit & congrua. Vt enim ab oppugnantib. omnia ſtudioſe & ſollicite procurantur, quibus ſuperiores euadant: ita propugnantib. præſidia nõ ſolum propoſita debent eſſe, quæ iam reperta ſunt, ſed noua cõminiſcenda & fabricanda. Neque enim ſane paratos, & inſtructos temere hoſtes aggrediuntur aut oppugant.

54 Triclinia triplicium ſodalitatum diſtincta: militum ad muros, ſacerdotum ad templa, magiſtratuũ ad forum rerũ venalium. Locus templi & fori duplicis, liberi & rerum venalium & gymnaſiorũ notatur. Plato 6. de legib. idẽ 695 [illegible] & 8. legum de templis & palatiis cuſtodiam, magiſtratuum, iudicum de gymnaſiis Theatris, ſcholis.

CAP. XII.

CVM [54] vero ciuiũ multitudinem ſodalitatib. diſtribui & muros propugnaculis & turribus diſtingui, certe locorum & opportuno interuallo deceat, res ipſa profecto clare admonet ſodalitatũ triclinia quædam in ipſis propugnaculis ædificanda & extruenda eſſe, & hæc quidem iſto modo extruenda quiſpiam fortaſſe exiſtimabit. Sacris autem

που, οὐχ ὅτι τείχη μόνον περιβλητέον, ἀλλὰ καὶ τούτων ἐπιμελητέον, ὅπως καὶ πρὸς κόσμον ἔχῃ τῇ πόλει πρεπόντως, καὶ πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας, τάς τ' ἄλλας, καὶ τὰς νῦν ἐπεξευρημένας. ὥσπερ γὰρ τοῖς ἐπιτιθεμένοις ἐπιμελές ἐστι δι' ὧν τρόπων πλεονεκτήσουσιν, οὕτω τὰ μὲν εὕρηται, τὰ δὲ δεῖ ζητεῖν καὶ φιλοσοφεῖν καὶ τοὺς φυλαττομένους. ἀρχὴν γὰρ οὐδ' ἐπιχειροῦσιν ἐπιτίθεσθαι τοῖς εὖ παρεσκευασμένοις.

ΚΕΦ. ιβ.

Ἐπεὶ [54] δὲ δεῖ τὸ μὲν πλῆθος τῶν πολιτῶν ἐν συσσιτίοις κατανενεμῆσθαι, τὰ δὲ τείχη διειλῆφθαι φυλακτηρίοις καὶ πύργοις κατὰ τόπους ἐπικαίρους, δῆλον ὡς αὐτὰ προσκαλεῖται παρασκευάζειν ἔνια τῶν συσσιτίων ἐν τούτοις τοῖς φυλακτηρίοις. καὶ ταῦτα μὲν δὴ τοῦτον ἄν τις διακοσμήσειε τὸν τρόπον. τὰς δὲ τοῖς

θείοις

θείοις ἀποδεδομένας οἰκήσεις, καὶ τὰ κυριώτατα τῶν ἀρχείων συσσίτια, ἁρμόττει τόπον ἐπιτήδειόν τε ἔχειν, καὶ τὸν αὐτόν· ὅσα μὴ τῶν ἱερῶν ὁ νόμος ἀφορίζει χωρὶς, ἤ τι μαντεῖον ἄλλο πυθόχρηστον. εἴη δ' ἂν τοιοῦτος ὁ τόπος, ὅστις ἐπιφάνειάν τε ἔχει πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς θέσιν ἱκανῶς, καὶ πρὸς τὰ γειτνιῶντα μέρη τῆς πόλεως ἐρυμνοτέρως.

πρέπει δ' ὑπὸ μὲν τοῦτον τὸν τόπον τοιαύτης ἀγορᾶς εἶναι κατασκευὴν, οἵαν καὶ περὶ Θετταλίαν ὀνομάζουσιν, ἣν ἐλευθέραν καλοῦσιν. αὕτη δ' ἐστὶν ἣν δεῖ καθαρὰν εἶναι τῶν ὠνίων πάντων· καὶ μήτε βάναυσον, μήτε γεωργὸν, μήτ' ἄλλον μηδένα τοιοῦτον παραβάλλειν, μὴ καλούμενον ὑπὸ τῶν ἀρχόντων. εἴη δ' ἂν εὔχαρις ὁ τόπος, εἰ καὶ τὰ γυμνάσια τῶν πρεσβυτέρων ἔχοι τὴν τάξιν ἐνταῦθα. πρέπει γὰρ διῃρῆσθαι κατὰ τὰς ἡλικίας καὶ τοῦτον τὸν κόσμον· καὶ παρὰ μὲν τοῖς νεωτέροις ἄρχοντάς τινας διατρίβειν·

deorum immortalium templis itemque tricliniis, quibus summæ & solennes magistratuum sodalitates agentur, aptus & decorus locus diligendus est. Idemque sacris omnibus quæ neque lege, neque oraculis vllis aut respõsis Apollinis excipiuntur. Sit autem locus hic eiusmodi, qui talem speciem splendoremque præ se ferat, vt non solum dicatum virtuti, & consecratum domicilium, sed ad vrbis vicinas partes tuendum propugnaculum collocatum esse videatur.

Cui loco forum tali structura atque ornatu subiiciatur quale in Thessalia celebratur, quod Liberum vocant, id est, emptionum venditionumque sordibus alienum & purum, nec eo vel opifices vel agricolæ, vel huius generis homines accedant, nisi à magistratibus accersiti, qui locus gratissimus est futurus, si fuerint in eo puerorum Gymnasia constituta: Est enim etiam hic vrbis ornatus pro ætatibus distinguendus, & adolescentium ludis magistratus, magistratuumque consiliis

ſenes quidam debent intereſſe. Magiſtratuũ enim ante oculos verſantium præſentia, verum pudorem & ingenuam verecundiam gignit. Aliud etiam à ſuperiore diuerſum rerũ vænaliũ forum conſtituendum eſt, ſeiuncto loco & ad res omnes tum ex mari tum ex agro cõuehendas opportuno. At quoniam ciuilis multitudo eſt in Sacerdotes & magiſtratus diuiſa, decet etiã Sacerdotum ſodalitiis eſſe attributa triclinia ſacris ædibus coniuncta. Magiſtratuum autem ſiue pactis & conuentis ſiue litibus & actionibus, ſiue vocationibus in ius, ſiue aliis ſimilibus negotiis ſiue Agoranomia ſine aſtynomia occupentur, aulæ quoque ſodalitiis ſuis in foro & loco celebri quo facile omnes conueniant, ædificãdæ ſunt: qualis locus neceſſario vicinus eſſe debebit: Illud enim forum ſuperius quieti & otio dicamus, hoc autem neceſſariis rebus & negotiis attribuimus. Atque hæc rerum deſcriptio quæ facta adhuc eſt in toto agro tenenda eſt & imitãda. Neceſſe eſt enim vt qui ſint illic magiſtratus,

quos

τοὺς δὲ πρεσβυτέρους, παρὰ τοῖς ἄρχουσιν· ἡ γὰρ ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν ἀρχόντων παρουσία, μάλιστα ἐμποιεῖ τὴν ἀληθινὴν αἰδῶ, καὶ τὸν τῶν ἐλευθέρων φόβον. τὴν δὲ τῶν ὠνίων ἀγορὰν, ἑτέραν τε δεῖ ταύτης εἶναι, καὶ χωρίς. ἔχουσαν τόπον εὐσυνάγωγον, τοῖς τε ἀπὸ τῆς θαλάττης πεμπομένοις, καὶ τοῖς ἀπὸ τῆς χώρας πᾶσιν. ἐπεὶ δὲ τὸ πλῆθος διαιρεῖται τῆς πόλεως εἰς ἱερεῖς, εἰς ἄρχοντας, πρέπει καὶ τῶν ἱερέων συσσίτια περὶ τὴν τῶν ἱερῶν οἰκοδομημάτων ἔχειν τὴν τάξιν. τῶν δὲ ἀρχείων ὅσα περὶ τὰ συμβόλαια ποιεῖται τὴν ἐπιμέλειαν, περί τε γραφὰς δικῶν, καὶ τὰς κλήσεις, καὶ τὴν ἄλλην τὴν τοιαύτην διοίκησιν· ἔτι δὲ περὶ τὴν ἀγορανομίαν, καὶ τὴν καλουμένην ἀστυνομίαν, πρὸς ἀγορᾷ μὲν δεῖ, καὶ συνόδῳ τινὶ κοινῇ, κατεσκευάσθαι. τοιοῦτος δὲ ὁ περὶ τὴν ἀναγκαίαν ἀγοράν ἐστι τόπος· ἐνσχολάζειν μὲν γὰρ, τὴν ἄνω τίθεμεν. ταύτην δὲ, πρὸς τὰς ἀναγκαίας πράξεις. μεμιμῆσθαι δὲ χρὴ τὴν εἰρημένην τάξιν, καὶ τὰ περὶ τὴν χώραν· καὶ γὰρ ἐκεῖ τοῖς ἄρχουσιν, οὓς καλοῦσιν

οἱ δ'

οἱ μὲν ὑλωροὺς, οἱ δὲ ἀγρονόμους, καὶ φυλακτήρια καὶ συσσίτια πρὸς φυλακὴν ... ὑπάρχειν. ἔτι ... κατὰ τὴν χώραν διανενεμημένα· τὰ μὲν θεοῖς, τὰ δὲ ἥρωσιν. ἀλλὰ τὸ διατρίβειν νῦν ἀκριβολογουμένους καὶ λέγοντας περὶ τῶν τοιούτων, ἀργόν ἐστιν. οὐ γὰρ χαλεπόν ἐστι τὰ τοιαῦτα νοῆσαι, ἀλλὰ ποιῆσαι μᾶλλον. τὸ μὲν γὰρ λέγειν, εὐχῆς ἔργον ἐστί· τὸ δὲ συμβῆναι, τύχης. διὸ περὶ μὲν τῶν τοιούτων τό γε ἐπὶ πλεῖον ἀφείσθω τὰ νῦν.

...hyloros, alii agro...nomos vocāt, loca & custodiis & sodalitiis habeant designata, sacraque in agro debent esse diuisa, diis alia, heroibus alia. Sed hic immorari & de his accurate philosophari, superuacaneũ est. Nec enim harum rerum cognitio difficilis, sed actio. Eius enim rei disputatio facilis est & voti atque optati similis: Effectio autem difficilis & fortunæ subiecta. Quapropter his de rebus oratio longior nunc omittatur.

ΚΕΦ. ιγ.

CAP. XIII.

Περὶ [55] δὲ τῆς πολιτείας αὐτῆς, ἐκ τίνων, καὶ ἐκ ποίων δεῖ συνεστάναι τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι πόλιν μακαρίαν, καὶ πολιτεύεσθαι καλῶς, λεκτέον. ἐπεὶ δὲ δύο ἐστὶν ἐν οἷς γίγνεται τὸ εὖ πᾶσι· τούτοιν δὲ ἐστὶν, ἓν μὲν, ἐν τῷ τὸν σκοπὸν κεῖσθαι καὶ τὸ τέλος τῶν πράξεων ὀρθῶς· ἓν δὲ, τὰς πρὸς τὸ τέλος φερούσας πράξεις εὑρίσκειν· ἐνδέχεται γὰρ ταῦτα καὶ διαφωνεῖν ἀλλήλοις καὶ συμφωνεῖν· ἐνίοτε γὰρ ὁ μὲν σκοπὸς ἔκκειται καλῶς, ἐν δὲ τῷ πράτ-

De [55] ipsa vero republica quibus ex rebus & qualibus constare debeat, ea ciuitas (quæ beata quæq; optimo statu sit futura) dicēdum est. Atqui duo sunt in quibus omnium hominum beatitudo consistit, quorum vnum est, vt scopus & finis agendarum rerum recte & vere proponatur. Alterũ vt actiones quę ad finem illum spectant, cōstent & adhibeantur. Hæc enim possunt inter se & dissonare & cōsonare. Alias enim idipsum patet quo tanquam cursus dirigatur, verum in actionibus ad

55 Disputatũ est adhuc de materia beatæ ciuitatis, deinceps eiusdē propria quædam traditur exercitatio, quæ primum sic definitur, vt finem & rectas ad finem actiones spectet, & in actũ vsumq; deducat, quia aliquādo in altero aliquando in vtroq; peccatur.

illud adipiscen-
riis offenditur, aliæ necessa-
actiones veræ adhibentur, sed
ad finem vitiosum referuntur: alias in vtroq; peccatur, vt accidit in Medicina. Nec enim semper certe iudicatur, quomodo sanum corpus affectū esse debeat, nec propositi finis efficientia adhibentur, cum vtrumq; tamen in omnibus scientiis & artibus obtinendum sit & extremum & officia quib. extremum comparetur. Planum vero est omnes & bene viuendi & beatitudinis desiderio teneri: sed alii desiderii sui compotes esse possunt, alii quibusdam vel fortunæ vel naturę incommodis impediti nō possunt. Adiumenta enim quædam beata vita desiderat, in melius quidē affectis minora & leuiora: In mancis autem & debilibus maiora & grauiora. Atqui nōnulli sunt etiam, qui tametsi facultas illis non desit, beatitudinem protinus non recte quærant.

Plato in regno plura de hac exercitatione in duobus vinculis diuino & humano. in repub. autem & legib. totus fere est in educatione iuuentutis & exercitatione.

56 Quum sit igitur nobis optimę reipub. consideratio proposita, eaque sit qua ciuitas optime gubernatur: optime autē gubernetur, si queat imprimis bene beateque viuere, certe quid beatitudo sit non erit ignorandū. Do-

56 Finis hominis est beatitudo, actiones ad eam rectæ sunt per se & absoluta ratione honestæ, quippe q̄ in bonis perfruendis duntaxat occupentur, vt in pecuniis liberalitas, in honoribus magnanimitas, in volu-

τὴν, τοῦ τυχεῖν αὐτοῦ διαμαρτάνουσιν· ὁτὲ δὲ, τῶν μὲν πρὸς τὸ τέλος πάντων ἐπιτυγχάνουσιν, ἀλλὰ τὸ τέλος ἔθεντο φαῦλον· ὁτὲ δ' ἑκατέρου διαμαρτάνουσιν· οἷον, περὶ ἰατρικήν· οὔτε γὰρ, ποῖόν τι δεῖ τὸ ὑγιαῖνον εἶναι σῶμα, κρίνουσιν ἐνίοτε καλῶς, οὔτε πρὸς τὸν ὑποκείμενον αὐτοῖς ὅρον τυγχάνουσι τῶν ποιητικῶν· δεῖ δ' ἐν ταῖς τέχναις καὶ ἐπιστήμαις ταῦτα ἀμφότερα κρατεῖσθαι, τὸ τέλος, καὶ τὰς εἰς τὸ τέλος πράξεις. ὅτι μὲν οὖν τοῦ τ' εὖ ζῆν, καὶ τῆς εὐδαιμονίας ἐφίενται πάντες, φανερόν. ἀλλὰ τούτων τοῖς μὲν ἐξουσία τυγχάνειν, τοῖς δὲ οὔ, διά τινα τύχην ἢ φύσιν· δεῖται γὰρ καὶ χορηγίας τινὸς τὸ ζῆν καλῶς· τούτου δὲ, ἐλάττονος μὲν, τοῖς ἄμεινον διακειμένοις· πλείονος δὲ, τοῖς χεῖρον. οἱ δ' εὐθὺς οὐκ ὀρθῶς ζητοῦσι τὴν εὐδαιμονίαν, ἐξουσίας ὑπαρχούσης.

56 ἐπεὶ δὲ τὸ προκείμενόν ἐστι, τὴν ἀρίστην πολιτείαν ἰδεῖν· αὕτη δ' ἐστὶ καθ' ἣν ἄριστ' ἂν πολιτεύοιτο πόλις· ἄριστα δ' ἂν πολιτεύοιτο, καθ' ἣν εὐδαιμονεῖν μάλιστα ἐνδέχεται τὴν πόλιν.

πόλιν· δῆλον ὅτι τὴν εὐδαιμονίαν δεῖ, τί ἐστι, μὴ λανθάνειν. φαμὲν δὲ καὶ ἐν τοῖς ἠθικοῖς, εἴ τι τῶν λόγων ἐκείνων ὄφελος, ἐνέργειαν εἶναι καὶ χρῆσιν ἀρετῆς τελείαν· καὶ ταύτην οὐκ ἐξ ὑποθέσεως, ἀλλὰ ἁπλῶς. λέγω δ' ἐξ ὑποθέσεως, τἀναγκαῖα· τὸ δὲ ἁπλῶς, τὸ καλῶς· οἷον, τὰ περὶ τὰς δικαίας πράξεις αἱ δίκαιαι τιμωρίαι, καὶ κολάσεις, ἀπ' ἀρετῆς μὲν εἰσιν· ἀναγκαῖαι δέ, καὶ τὸ καλῶς ἀναγκαίως ἔχουσιν· αἱρετώτερον μὲν γὰρ μηδενὸς δεῖσθαι τῶν τοιούτων. μήτε τὸν ἄνδρα, μήτε τὴν πόλιν. αἱ δ' ἐπὶ τὰς τιμὰς καὶ τὰς εὐπορίας, ἁπλῶς εἰσι κάλλισται πράξεις. τὸ μὲν γὰρ ἕτερον, κακοῦ τινος αἵρεσίς ἐστιν· αἱ τοιαῦται δὲ πράξεις, τοὐναντίον· κατασκευαὶ γὰρ ἀγαθῶν εἰσι καὶ γεννήσεις. χρήσαιτο δ' ἂν ὁ σπουδαῖος ἀνὴρ καὶ πενίᾳ, καὶ νόσῳ, καὶ ταῖς ἄλλαις τύχαις ταῖς φαύλαις, καλῶς· ἀλλὰ τὸ μακάριον ἐν τοῖς ἐναντίοις ἐστί. καὶ γὰρ τοῦτο διώρισται κατὰ τοὺς ἠθικοὺς λόγους, ὅτι τοιοῦτός ἐστιν ὁ σπουδαῖος, ᾧ διὰ τὴν ἀρετὴν τὰ ἀγαθά ἐστι, τὰ ἁπλῶς ἀγαθά.

cemus autem in Ethicis, si quid forte nos illa doctrina iuuare possit beatitudinem in actione perfecta, absolutoque virtutis vsu constitui, idque non adiuncta conditione quadã, sed ratione summa & absoluta: Ex conditione autem dico cum actio ipsa necessaria est: ratione vero summa, cum est honesta p se & præclara, veluti quod ad iusticię officia pertinet, animaduersiones & pœnæ q̃ iure expetũtur, à virtute quidem proficiscuntur, necessariæ tamen sunt & necessitatis ratione laudantur & probãtur, optabilius enim fuerat nihil horum neque viro neque ciuitati opus esse. At vero quæ in honoris magnificẽtia & facultatum abundantia, virtutis actiones cernuntur, hæ per se sunt pulcherrimæ & honestissimæ, illic enim mali cuiusdam est depulsio, hic contra boni cõparatio & affectio. Et quidẽ vir bon⁹ & egestatẽ & morbos atque alias fortunæ miserias constanter & egregie fortasse perferat. At in opibus, bona valetudine, cõtrariisq; bonis beatitudo collocatur. Id. n. est in Ethicis definitũ: eum nempe virũ esse bonũ, cui vera & pfecta bona, virtutis gratia bona sunt.

ptatibus honestis Temperantia, in præmiis iustitia, in his omnibus bonis prudentia, quæ actiones beatitudinem efficiunt. Necessariæ autem actiones sunt, quæ in malis tolerandis & reprimẽdis versentur. ut fortitudo in periculis & reb. aduersis, temperantia in voluptatibus inhonestis, iustitia in animaduersionibus prudẽtia in eorũ sollicitudine malorũ quæ actiones non faciunt beatam.

nota.

Manifestum vero est harum rerum vsus, bonos quoque & honestos esse debere.

57 *Prolepsis quod beatitatis sicuti quidam putant, non ideo caussa sit fortuna, sed instrumentum ut cithara canendi, unde concluditur, commoda fortunæ optanda quidem esse: reliqua autem animi & corporis bona comparanda tribus rebus, natura, consuetudine, ratione. Naturales enim sunt eorum bonorum dotes, quæ consuetudine & ratione confirmandæ sunt. Partitio est uniuersiæ monitionis de exercitatione moralis philosophiæ.*

57 Quapropter in his externis fortunæ cōmodis vulgus beatitudinem esse iudicat tanquam videlicet numerose compositeq; canendi, citharam non artem musicam, caussam esse iudicaret. Quibus positis necessario efficit, vt bona alia subsint ac suppetāt, alia prudentia legislatoris accedant. Itaque ad vrbis statum opibus & externis bonis (quorum domina fortuna est) instruendū, vota facimus. Eorum enim fortunam dominā esse dicimus, ciuitatē vero probam & honestam facere, nō fortunæ & temeritatis, sed prudentiæ & voluntatis est opus. Atqui ciuitas ideo proba est & honesta, quia ciues reip. participes probi sunt & honesti. Omnibus autē ciuibus rempub. participari & cōmunicari volumus. Quāobrem considerandum qua ratione vir bonus possit effici. Enimuero si possint vniuersi ciues esse viri boni, nōne etiam singuli poterūt? Id enim sit optabilius. Consentaneū est enim si omnes sint, & singulos esse. Trib. autem rebus probi & boni viri effi-

δῆλον δ' ὅτι καὶ τὰς χρήσεις ἀναγκαῖον σπουδαίας εἶναι καὶ καλὰς ταύτας ἁπλῶς.

57 διὸ καὶ νομίζουσιν ἄνθρωποι τῆς εὐδαιμονίας αἴτια τὰ ἐκτὸς εἶναι τῶν ἀγαθῶν· ὥσπερ εἰ τοῦ κιθαρίζειν λαμπρὸν καὶ καλῶς αἰτιῷντο τὴν λύραν μᾶλλον τῆς τέχνης. ἀναγκαῖον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, τὰ μὲν ὑπάρχειν, τὰ δὲ παρασκευάσαι τὸν νομοθέτην. διὸ κατ' εὐχὴν εὐχόμεθα τὴν τῆς πόλεως σύστασιν, ὧν ἡ τύχη κυρία· κυρίαν γὰρ αὐτὴν ὑπάρχειν τίθεμεν· τὸ δὲ σπουδαίαν εἶναι τὴν πόλιν, οὐκέτι τύχης ἔργον, ἀλλ' ἐπιστήμης καὶ προαιρέσεως· ἀλλὰ μὴν σπουδαία πόλις ἐστὶ, τῷ τοὺς πολίτας, τοὺς μετέχοντας τῆς πολιτείας, εἶναι σπουδαίους· ἡμῖν δὲ, πάντες οἱ πολῖται μετέχουσι τῆς πολιτείας. τοῦτ' ἄρα σκεπτέον πῶς ἀνὴρ γίνεται σπουδαῖος. καὶ γὰρ εἰ πάντας ἐνδέχεται σπουδαίους εἶναι, μὴ καθ' ἕκαστον δὲ τῶν πολιτῶν, οὕτως αἱρετώτερον. ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ καθ' ἕκαστον, καὶ τὸ πάντας. ἀλλὰ μὴν ἀγαθοί γε καὶ σπουδαῖοι γίγνονται διὰ τριῶν. τὰ

τρία δὲ ταῦτά ἐστι, φύσις, ἔθος, λόγος. καὶ γὰρ φῦναι δεῖ πρῶτον· οἷον, ἄνθρωπον, ἀλλὰ μὴ τῶν ἄλλων τι ζώων· εἶτα, καὶ ποιόν τινα τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν. ἔνιά τε οὐθὲν ὄφελος φῦναι. τὰ γὰρ ἔθη μεταβαλεῖν ποιεῖ· ἔνια γάρ ἐστι διὰ τῆς φύσεως ἐπαμφοτερίζοντα διὰ τῶν ἐθῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ τὸ βέλτιον. τὰ μὲν οὖν ἄλλα τῶν ζώων, μάλιστα μὲν τῇ φύσει ζῇ, μικρὰ δ' ἔνια καὶ τοῖς ἔθεσιν, ἄνθρωπος δὲ καὶ λόγῳ· μόνον γὰρ ἔχει λόγον. ὥστε δεῖ ταῦτα συμφωνεῖν ἀλλήλοις. πολλὰ γὰρ παρὰ τοὺς ἐθισμοὺς καὶ τὴν φύσιν πράττουσι διὰ τὸν λόγον, ἐὰν πεισθῶσιν ἄλλως ἔχειν βέλτιον. τὴν μὲν τοίνυν φύσιν, οἵους εἶναι δεῖ τοὺς μέλλοντας εὐχειρώτους ἔσεσθαι τῷ νομοθέτῃ, διωρισάμεθα πρότερον. τὸ δὲ λοιπὸν ἔργον ἤδη παιδείας. τὰ μὲν γὰρ ἐθιζόμενοι μανθάνουσι, τὰ δ', ἀκούοντες.

ΚΕΦ.

ciuntur, Natura, Consuetudine, Doctrina. Etenim nasci primũ necesse est, hominem quippe non autem alterius generis animantem. Itemq; & animi & corporis qualitate quadam effectum: tametsi naturæ dotes nonnullæ nil admodum faciunt: moribus enim peruertũtur. Quædam enim à natura hominibus tributa in vtramuis partem inclinant, sed moribus corrumpũtur aut emendantur ac cæteræ quidem animantes naturam quidẽ vitæ suę ducem maxime sequuntur, quædam paululum consuetudine reguntur. Hominis autem vita ratione etiam gubernatur. Solus enim ex tam multis animantib. ratione præditus est. Hæc igitur inter se cõuenire & congruere necesse est. Homines enim ratione & consilio adducti, multa faciunt contra mores & naturam, si contrarium fore commodius & vtilius existiment. Qua igitur natura dotatos esse ciues cõueniat, vt legislatorem facile ac libenter audiant declarauimus antea. Reliquum opus ac munus est educationis ac doctrinę, partim enim moribus & cõsuetudine, partim audiendo & cognoscendo homines instituuntur.

CAP. XIV. ΚΕΦ. ιδ.

58 Repetitur ex tertio libro distinctio virtutis in principe & ciue optimæ ciuitatis & docetur quodammodo eandem esse & natura & consuetudinis & rationis considerationem in principibus & priuatis & quodammodo non eandem. Vt enim ciues sunt iidem specie, quo modo parent, quo modo imperãt, in bello, in foro, in templo: qualitate tamẽ diuersi quia præstantiore virtute ac vigilãtiore prudentia esse debent dũ imperant, obsequio promptiore & attentiore, dum parent: Sic videlicet pro ætatibus & muneribus distincta debet esse principis & priuati ciuis disciplina. Interim hic soluitur quæstio de perpetuitate magistratuum posita lib. 3. num. 78. si qui cæteris præstantes inueniantur, an perpetuo imperare debeant. Tales enim negat Aristoteles inueniri, & ideo vicissitudinem tertio libro tantopere probatam comprobat ad extremum.

QVONIAM [58] vero ciuilis societas omnis cõstat ex iis qui imperant & iis qui sunt in imperio, id sane considerandum est, varii ne esse tum qui præsunt, tũ qui subsint, an iidẽ tota vita permanere debeant. Qualis enim hæc distinctio fuerit, talem necesse est ciuilis disciplinæ distinctionem esse. Si igitur homines aliis alii tãto præstantiores ac superiores essent, quanto deos & heroas (qui corpore primũ, deinde animo tam multis partibus antecellunt hominibus) excellentiores esse arbitramur, vt principũ supra subditos perspecta virtus talis esset & cognita, profecto sẽper eosdẽ constanter & continenter, & illis imperare & hos parere cõmodius omnino & vtilius esset. Verũ cum tales viri nõ facile reperiantur, neque Reges (sicut ait Schylax) apud Indos esse possunt, qui tanto virtutis interuallo, subditis antecedãt,

ΕΠεὶ [58] δὲ πᾶσι πολιτικὴ κοινωνία συνέστηκεν ἐξ ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων, τοῦτο δὴ σκεπτέον, εἰ ἑτέρους εἶναι δεῖ τοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς ἀρχομένους, ἢ τοὺς αὐτοὺς διὰ βίου. δῆλον γὰρ ὡς ἀκολουθεῖν δεήσει καὶ τὴν παιδείαν κατὰ τὴν διαίρεσιν ταύτην. εἰ μὲν τοίνυν εἴησαν τοσοῦτον διαφέροντες ἅτεροι τῶν ἄλλων, ὅσον τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς ἥρωας ἡγούμεθα τῶν ἀνθρώπων διαφέρειν, εὐθὺς πρῶτον κατὰ τὸ σῶμα πολλὴν ἔχοντες ὑπερβολήν· εἶτα κατὰ τὴν ψυχήν, ὥστε ἀναμφισβήτητον εἶναι καὶ φανερὰν τὴν ὑπεροχὴν τοῖς ἀρχομένοις τὴν τῶν ἀρχόντων· δῆλον ὅτι βέλτιον ἀεὶ τοὺς αὐτούς, τοὺς μὲν ἄρχειν, τοὺς δ' ἄρχεσθαι καθάπαξ. ἐπεὶ δὲ τοῦτ' οὐ ῥᾴδιον λαβεῖν, οὐδ' ἔστιν, ὥσπερ ἐν Ἰνδοῖς φησι Σκύλαξ, εἶναι τοὺς βασιλέας τοσοῦτον διαφέροντας τῶν ἀρχομέ-

certe

ἀρχομένων, φανερὸν ὅτι διὰ πολλὰς αἰτίας ἀναγκαῖον πάντας ὁμοίως κοινωνεῖν τοῦ κατὰ μέρος ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι. τό τε γὰρ ἴσον ταὐτὸν τοῖς ὁμοίοις, καὶ χαλεπὸν μένειν τὴν πολιτείαν τὴν συνεστηκυῖαν παρὰ τὸ δίκαιον. μετὰ γὰρ τῶν ἀρχομένων ὑπάρχουσι, νεωτερίζειν βουλόμενοι, πάντες οἱ κατὰ τὴν χώραν· τοσούτους τε εἶναι τοὺς ἐν τῷ πολιτεύματι τὸ πλῆθος, ὥστ' εἶναι κρείττους πάντων τούτων, ἕν τι τῶν ἀδυνάτων ἐστίν. ἀλλὰ μὴν ὅτι γε δεῖ τοὺς ἄρχοντας διαφέρειν τῶν ἀρχομένων, ἀναμφισβήτητον. πῶς οὖν ταῦτ' ἔσται, καὶ πῶς μεθέξουσι, δεῖ σκέψασθαι τὸν νομοθέτην. εἴρηται δὲ πρότερον περὶ αὐτοῦ. ἡ γὰρ φύσις δέδωκε τὴν αἵρεσιν, ποιήσασα αὐτῷ τῷ γένει ταὐτό· τὸ μὲν, νεώτερον, τὸ δὲ, πρεσβύτερον· ὧν τοῖς μὲν, ἄρχεσθαι πρέπει, τοῖς δ', ἄρχειν. ἀγανακτεῖ δὲ οὐδεὶς καθ' ἡλικίαν ἀρχόμενος, οὐδὲ νομίζει εἶναι κρείττων· ἄλλως τε καὶ μέλλων ἀντιλαμβάνειν τοῦτον τὸν ἔρανον, ὅταν τύχῃ τῆς ἱκνουμένης ἡλικίας. ἔστι μὲν ἄρα ὡς τοὺς

certe ciues omnes multis de caussis æquato iure vicissim sic parere, & imperare necessario debebant. Tum enim æqualitas parib. & similibus tribuitur, ac remp. contra ius & ęquum institutam permanere difficile est. Omnes enim totius regionis accolæ nouandis reb. intenti ad subditorũ caussam aggregantur. Tantum autẽ esse principum numerum vt plus possint quam si omnes fieri posse nullo modo videatur. tametsi dubium minime sit quin principes subditis excellentiores esse deceat. Quare quemadmodum id fiat, & qua ratione cũ ciuibus omnibus imperiũ commune possit esse, legumlatori meditandum & cõmentandum est, quãquam ea de re iam antea diximus. Natura enim discriminis huiꝰ diuisionẽ docuit, quæ ex eodẽ hominum genere, alios adolescentes, alios senes facit, ex quibus illos parere decorum sit, hos imperare. Nec enim quisque in ętate ac tempore subesse alteri & parere indignatur, nec se potiorem esse arbitratur, præsertim cũ ad ętatem legitimam peruenerit, huius honoris fructũ vicissim ab aliis recepturus. Quare quẽadmodum cõce-

dendum est & eosdem & diuersos esse qui imperãt quique obtemperant, sic eorum disciplinam & eandem quodammodo, modo etiã quodam esse diuersam. Nam qui bene imperaturus est, paruerit (aiunt) antea necesse est. Imperium autem quemadmodum superioribus libris dictum est, aliud quidem ad imperantis, aliud ad obtẽperantis vtilitatẽ est accommodatum: quorũ illud quidem seruorum, hoc autẽ liberorum esse dicimus. Ac differũt imperata & pręscripta nonnulla, non operis & rei genere sed fine. Itaq; permulta ministrorum & puerorum fortasse opera videãtur, quæ tamen liberis & ingenuis hominibus non sunt aliena nec indigna. Honestate enim & turpitudine nõ tam per se differũt actiones quam ea re cuius gratia susceptæ fuerint.

58 Differentia principis & subditi disciplina præcipitur in omnib. virtutib. ciues exercẽdos esse, sed præcipue in studiis sapientiæ, deinde in moralibus virtutib. demõstratio sumitur ex fine virtutũ, quia virtutes sapientiæ referuntur ad mentem, quæ pars animæ præstatior est, virtutes morales ad domandum appetitum quæ pars animæ inferior est, qua eadem ratione pax bello, otiũ negotio, honestũ cõmodo præponitur. Plato 470. 471.

59 Quoniam autem & ciuis & principis eandẽ, quam optimi viri virtutem esse dicimus, eundemque & prius paruisse & postea imperare. Id legumlatori fuerit exquirendum & tractandum qua ratione, & quib. studiis boni viri possint effici, & qs optimæ vitę propositus finis esse debeat. Anima vero du-

αὐτοὺς ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι φατέον· ἔστι δὲ ὡς ἑτέρους. ὥστε καὶ τὴν παιδείαν ἔστιν ὡς τὴν αὐτὴν ἀναγκαῖον. ἔστι δ' ὡς ἑτέραν εἶναι. τόν τε γὰρ μέλλοντα καλῶς ἄρχειν, ἀρχθῆναί φασι δεῖν πρῶτον. ἔστι δ' ἀρχή, καθάπερ ἐν τοῖς πρώτοις εἴρηται λόγοις, ἡ μὲν, τοῦ ἄρχοντος χάριν, ἡ δὲ, τοῦ ἀρχομένου. τούτων δὲ, τὴν μὲν, δεσποτικὴν εἶναί φαμεν, τὴν δὲ, τῶν ἐλευθέρων. διαφέρει δ' ἔνια τῶν ἐπιταττομένων, οὐ τοῖς ἔργοις, ἀλλὰ τῷ τίνος ἕνεκα. διὸ πολλὰ τῶν εἶναι δοκούντων διακονικῶν ἔργων, καὶ τῶν νέων τοῖς ἐλευθέροις καλὸν διακονεῖν. πρὸς γὰρ τὸ καλὸν καὶ τὸ μὴ καλὸν οὐχ οὕτω διαφέρουσιν αἱ πράξεις καθ' αὑτάς, ὡς ἐν τῷ τέλει, καὶ τῷ τίνος ἕνεκεν. 59 ἐπεὶ δὲ πολίτου καὶ ἄρχοντος τὴν αὐτὴν ἀρετὴν εἶναί φαμεν, καὶ τοῦ ἀρίστου ἀνδρός· τὸν δ' αὐτὸν ἀρχόμενόν τε δεῖν γίνεσθαι πρότερον καὶ ἄρχοντα ὕστερον, τοῦτ' ἂν εἴη τῷ νομοθέτῃ πραγματευτέον, ὅπως ἄνδρες ἀγαθοὶ γίγνονται, καὶ διὰ τίνων ἐπιτηδευμάτων· καὶ τί τὸ τέλος τῆς ἀρίστης ζωῆς. διῄρηται δὲ δύο μέρη τῆς ψυχῆς· ὧν τὸ μὲν,

μὲν, ἔχει λόγον καθ' αὑτό· τὸ δ', οὐκ ἔχει μὲν καθ' αὑτὸ, λόγῳ δὲ ὑπακούειν δυνάμενον. ὧν φαμὲν τὰς ἀρετὰς εἶναι, καθ' ἃς ἀνὴρ ἀγαθὸς λέγεταί πως. τούτων δὲ ἐν ποτέρῳ μᾶλλον τὸ τέλος, τοῖς μὲν οὕτω διαιροῦσιν ὡς ἡμεῖς φαμεν, οὐκ ἄδηλον πῶς λεκτέον. αἰεὶ γὰρ τὸ χεῖρον τοῦ βελτίονός ἐστιν ἕνεκεν· καὶ τοῦτο φανερὸν ὁμοίως ἔν τε τοῖς κατὰ τέχνην, καὶ τοῖς κατὰ φύσιν. βέλτιον δὲ τὸ λόγον ἔχον. διῄρηταί τε διχῇ, καθ' ὅνπερ εἰώθαμεν τρόπον διαιρεῖν· ὁ μὲν γὰρ, πρακτικός ἐστι λόγος, ὁ δὲ, θεωρητικός. ὡσαύτως οὖν ἀνάγκη διῃρῆσθαι καὶ τοῦτο τὸ μέρος, δῆλον ὅτι καὶ τὰς πράξεις δ' ἀνάλογον ἐροῦμεν ἔχειν· καὶ δεῖ τὰς τοῦ φύσει βελτίονος αἱρετωτέρας εἶναι τοῖς δυναμένοις τυγχάνειν, ἢ πασῶν, ἢ τοῖν δυοῖν. αἰεὶ γὰρ ἑκάστῳ τοῦθ' αἱρετώτατον, οὗ τυχεῖν ἐστιν ἀκροτάτου. διῄρηται δὲ καὶ πᾶς ὁ βίος εἰς ἀσχολίαν, καὶ εἰς σχολὴν, καὶ πόλεμον καὶ εἰρήνην.

καὶ

as in partes diuisa est, altera per se rationis est particeps, altera per se illa quidem rationis expers, sed tamen quę rationis imperio possit obsequi, quarum partium, virtutes eas esse dicimus, vnde vir bonus appellatur. Vtra vero in parte, dicet aliquis, finis potius consistit? Certe quid hic respondeant dubitare non possunt ii qui partitionem nostram sequuntur. Nā vt minus perfecta, perfectorum fiunt gratia, idque non solum in artificiosis, sed etiam in naturalibus reb. est manifestum. At perfectior est animæ pars quæ rationis est compos, eaque bifariam diuiditur, quemadmodum eam diuidere consueuimus. Ratio enim alia in actione, alia in contemplatione versatur. Hoc igitur pacto necesse est, & hanc animæ partem (quę ratione prędita est) distribui ac diuidi. Actiones vero etiā simili ratione partiemur, vt officia partis natura nobilioris ac potioris optabiliora sint iis & chariora, qui vel omnia vel duo certe præstare possunt. Id enim semper est omnib. imprimis expetendū, quo possunt extremum summumque finem consequi. Omnis etiam vita duabus differentiis diuiditur laboris & otii, belli & pacis,

Itemque rerum agendarum aliæ quidem neceſſariæ ſunt & vtiles, aliæ vero laudabiles & honeſtæ. In quibus delectus idem adhibendus, qui in partibus animæ, quique in earũ partium actionib. adhibetur, vt bellum pacis, labor otii, commoditas & vtilitas honeſtatis gratia expetatur. Quapropter hæc omnia reipub. moderator in ferendis legibus perſpicere & conſiderare debebit, vt animæ partes, ipſarumque partium actiones, ſed imprimis quæ præſtabunt, quæque ſumma & extrema erunt, eodemque & in vitæ generibus conſtituendis, & in rerum diuiſionibus faciendis, iudicio fuerit vtendum. Quamuis enim negotium bellumq; aliquãdo neceſſarium ſit, pacis tamen atq; otii tempora præponenda ſunt, itemque neceſſaria commdaque bona, quamuis ſint exquirenda, laudandis tamen & honeſtis bonis poſtponenda. Quamobrem in Inſtitutione iuuẽtutis & cuiuſuis ætatis (quæ quidem diſciplinam requiret,) ad hunc veluti ſcopum conuertenda & dirigenda diſciplina eſt.

60 Digreſsio in legumlatores q. nec ad optimũ

60 At vero de Græcis qui videntur & in gubernanda repub. ſummam laudem meruiſſe,

καὶ τῶν πρακτῶν τὰ μὲν εἰς τὰ ἀναγκαῖα καὶ χρήσιμα, τὰ δ' εἰς τὰ καλά. περὶ ὧν ἀνάγκη τὴν αὐτὴν αἵρεσιν εἶναι, καὶ τοῖς τῆς ψυχῆς μέρεσι, καὶ ταῖς πράξεσιν αὐτῶν· πόλεμον μὲν, εἰρήνης χάριν· ἀσχολίαν δὲ, σχολῆς· τὰ δ' ἀναγκαῖα καὶ χρήσιμα, τῶν καλῶν ἕνεκεν. πρὸς πάντα μὲν τοίνυν τῷ πολιτικῷ βλέποντι νομοθετητέον, καὶ κατὰ τὰ μέρη τῆς ψυχῆς, καὶ κατὰ τὰς πράξεις αὐτῶν· μᾶλλον δὲ πρὸς τὰ βελτίω καὶ τὰ τέλη. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ τοὺς βίους, καὶ τὰς τῶν πραγμάτων διαιρέσεις· δεῖ μὲν γὰρ ἀσχολεῖν δύνασθαι, καὶ πολεμεῖν, μᾶλλον δ' εἰρήνην ἄγειν καὶ σχολάζειν· καὶ τἀναγκαῖα, καὶ τὰ χρήσιμα δὲ πράττειν, τὰ δὲ καλὰ δεῖ μᾶλλον. ὥστε πρὸς τούτους τοὺς σκοποὺς καὶ παῖδας ἔτι ὄντας παιδευτέον, καὶ τὰς ἄλλας ἡλικίας, ὅσαι δέονται παιδείας.

60 οἱ δὲ νῦν ἄριστα δοκοῦντες πολιτεύεσθαι τῶν Ἑλλήνων, καὶ τῶν νομοθετῶν

οἱ ταύτας καταστήσαντες τὰς πολιτείας, οὔτε πρὸς τὸ βέλτιον τέλος φαίνονται συντάξαντες τὰ περὶ τὰς πολιτείας, οὔτε πρὸς πάσας τὰς ἀρετὰς τοὺς νόμους καὶ τὴν παιδείαν, ἀλλὰ φορτικῶς ἀπέκλιναν πρὸς τὰς χρησίμους εἶναι δοκούσας καὶ πλεονεκτικωτέρας. παραπλησίως δὲ τούτοις καὶ τῶν ὕστερόν τινες γραψάντων, ἀπεφήναντο τὴν αὐτὴν δόξαν. ἐπαινοῦντες γὰρ τὴν Λακεδαιμονίων πολιτείαν, ἄγανται τοῦ νομοθέτου τὸν σκοπόν, ὅτι πάντα πρὸς τὸ κρατεῖν καὶ πρὸς πόλεμον ἐνομοθέτησεν. ἃ καὶ κατὰ τὸν λόγον ἐστὶν εὐέλεγκτα, καὶ τοῖς ἔργοις ἐξελήλεγκται νῦν. ὥσπερ γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ζηλοῦσι τῶν πολλῶν δεσπόζειν, ὅτι πολλὴ χορηγία γίνεται τῶν εὐτυχημάτων, οὕτω καὶ Θίβρων ἀγάμενος φαίνεται τὸν τῶν Λακώνων νομοθέτην· καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος τῶν γραφόντων περὶ πολιτείας αὐτῶν, ὅτι διὰ τὸ γεγυμνάσθαι πρὸς τοὺς κινδύνους, πολλῶν ἦρχον. καίτοι δῆλον, ὡς ἐπειδὴ νῦν γε οὐκέτι ὑπάρχει τοῖς Λάκωσι τὸ ἄρχειν; οὐκ εὐ-

ruisse, vel resp. ipsas præclaris legibus & institutis fundasse, nec in describēdis rebusp. optimum verissimumque finem, nec in condendis legibus tradendaque disciplina virtutes omnes sibi ꝓposuerūt, sed ridicule & absurde ad commoditates fortunæ & ampliores & largiores opes declinarunt. Atque ex his, q postea de his de rebus scripserunt, nonnulli vicinam his germanamq; sententiam secuti sunt. Lacedæmoniorum enim remp. laudant, consiliumque legūlatoris admirātur quod ad victoriam bellumque leges omnes accommodarit. Quæ certe rationib. & argumentis refutari possunt, & iam re ipsa refutantur. Quemadmodum enim hominū plerique magnos potentatus & dominatus affectāt, quod hinc amplæ rerum copiosæque facultates existunt: Sic Thibro videtur Laconū legumlatorem, & quisquis eorum remp. scriptis suis celebrauit, suspicere, quod propositis à legumlatore laboriosis & periculosis exercitationibus tantum tamque latum imperium essent assecuti. Itaque (quoniam Lacones imperium nunc amise-

finem nec ad optimas actiones ciuitates suas instituūt. Sed in Lycurgū præcipue q; dominatū pro fine proposuit: hac enim ratione ne Lacones quidem amisso dominatu beati nunc essent, immo ne tū erat, cum suis legib. vterentur & dominarentur, & præstat in liberos quā in seruos imperiū & tali fine ciuis vnusquisq; ad tyrannidem excitatur, & bellicæ virtutis (q; tantopere colebant,) non est hic finis dominatus, & bellicis tantum studiis exercitata ciuitas, pacis tempore periclitatur.

rūt) nec ipsos beatos nec eorum legumlatorē sapientem iam fas est dicere. Illud est etiam valde ridiculum, Lacedæmonios cum legumlatoris sui legibus obtemperarent, nec quicquā (quamuis his vterentur) obstaret, bonam beatamque vitam contempsisse. Sed neque recte iudicant de imperio, quod legumlatori laudatum probatumque videri debeat. Est enim nobilius & illustrius in liberos quam in seruos imperium & virtuti magis coniunctum: tum vero neq; ciuitas beata videri debet, neque ideo legumlator laudandus, quod ciues suos ad dominandum imperādumque finitimis exercuerit. Hęc enim magnum detrimētum cōtinent. Nec enim dubium est, quin si quis potentia ciuibus cæteris excellat, his legibus incitatus nō id vnum agat, studeatque vt se suę ciuitatis dominū faciat. Quod tamen in Pausania rege tanta licet authoritate ac dignitate viro Lacones ipsi criminātur & accusant. Nulla igitur earum rationū legumue ciuilis est, nulla vtilis, nulla vera, nam quę & priuatim & publice bona sunt, eadem legumlator in animis hominum penitus infigere debet atque

δαίμονες· οὐδ᾽ ὁ νομοθέτης ἀγαθός. ἔτι δὲ τοῦτο γελοῖον, εἰ μένοντες ἐν τοῖς νόμοις αὐτοῦ, καὶ μηδενὸς ἐμποδίζοντος πρὸς τὸ χρῆσθαι τοῖς νόμοις, ἀποβεβλήκασι τὸ ζῆν καλῶς. οὐκ ὀρθῶς δ᾽ ὑπολαμβάνουσιν οὐδὲ περὶ τῆς ἀρχῆς, ἣν δεῖ τιμῶντα φαίνεσθαι τὸν νομοθέτην. τοῦ γὰρ δεσποτικῶς ἄρχειν ἡ [τῶν] ἐλευθέρων ἀρχὴ καλλίων, καὶ μᾶλλον μετ᾽ ἀρετῆς. ἔτι δ᾽ οὐ διὰ τοῦτο δεῖ τὴν πόλιν εὐδαίμονα νομίζειν, καὶ τὸν νομοθέτην ἐπαινεῖν, ὅτι κρατεῖν ἤσκησεν ἐπὶ τὸ τῶν πέλας ἄρχειν. ταῦτα γὰρ μεγάλην ἔχει βλάβην· δῆλον γὰρ ὅτι καὶ τῶν πολιτῶν τῷ δυναμένῳ τοῦτο πειρατέον διώκειν, ὅπως δύνηται τῆς οἰκείας πόλεως ἄρχειν· ὅπερ ἐγκαλοῦσιν οἱ Λάκωνες Παυσανίᾳ τῷ βασιλεῖ, καίπερ ἔχοντι τηλικαύτην τιμήν. οὔτε δὴ πολιτικὸς τῶν τοιούτων λόγων καὶ νόμων οὐθείς, οὔτε ὠφέλιμος, οὔτε ἀληθής ἐστι. ταὐτὰ γὰρ ἄριστα καὶ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ τὸν νομοθέτην ἐμποιεῖν δεῖ ταῖς ψυχαῖς τῶν

ἀνθρώπων. τήν τε τῶν πολεμικῶν ἄσκησιν οὐ τούτου χάριν δεῖ μελετᾶν, ἵνα καταδουλώσωνται τοὺς ἀναξίους, ἀλλ' ἵνα πρῶτον μὲν αὐτοὶ μὴ δουλεύωσιν ἑτέροις· ἔπειτα, ὅπως ζητῶσι τὴν ἡγεμονίαν τῆς ὠφελείας ἕνεκα τῶν ἀρχομένων, ἀλλὰ μὴ πάντων δεσποτείας· τρίτον δὲ, τὸ δεσπόζειν τῶν ἀξίων δουλεύειν. ὅτι δὲ δεῖ τὸν νομοθέτην μᾶλλον σπουδάζειν, ὅπως καὶ τὴν περὶ τὰ πολεμικὰ, καὶ τὴν ἄλλην νομοθεσίαν τοῦ σχολάζειν ἕνεκεν τάξῃ, καὶ τῆς εἰρήνης, μαρτυρεῖ τὰ γιγνόμενα τοῖς λόγοις· αἱ γὰρ πλεῖσται τῶν τοιούτων πόλεων, πολεμοῦσαι μὲν σώζονται, κατακτησάμεναι δὲ τὴν ἀρχὴν, ἀπόλλυνται. τὴν γὰρ βαφὴν ἀφιᾶσιν, ὥσπερ ὁ σίδηρος, εἰρήνην ἄγοντες· αἴτιος δ' ὁ νομοθέτης, οὐ παιδεύσας δύνασθαι σχολάζειν.

ΚΕΦ.

atq; imprimere. Bellicis autem ſtudiis ac exercitationibus non iccirco eſt vtendum vt in ſeruitutem redigantur ii, qui ſeruitute ſunt indigni. Sed imprimis ne nos aliis ſeruiamus. Deinde vt imperium ad ſubditorum ſalutem ac vtilitatem comparemus, non autem omnes alios dominatu opprimamus, postremo vt eorum domini ſimus, qui ſerui noſtri merito fuerint. Quod autem legumlator in eo potius laborare debeat, vt belli cęterarumque rerum leges otii paciſque gratia conſtituantur, res ipſa rationi cõgrua, conſentaneaque teſtatur. Eiuſmodi enim ciuitates permultæ interea dum gerendis bellis occupantur, tantiſper incolumes & florentes conſeruãtur. At vbi principatu parto ab armis receſſere è veſtigio labuntur & corruunt. Quemadmodum enim ferrum niſi atteratur, ſitum rubiginemque cõtrahit, ita pacatis & otioſis tẽporibus ſplendorem amittunt, idque culpa legislatoris accidit, qui ciues ſuos in pace & otio viuere non docuerit.

CAP. XV.

61 Concluditur ex antecedentibus omnes virtutes beatæ ciuitati necessarias esse. Syllog. sic est: quæ spectant ad otium ea beatæ ciuitati necessaria sũt omnes virtutes eo spectant. Sunt igitur necessariæ.

AT [61] quoniam finis idem & priuatim singulis & vniuersis publice videtur esse propositus, idemque modus & optimo viro & optimę reip. tenendus est, certe pacis & otii virtutes adesse necesse est, pax enim (sicut ante positum est) finis est belli, otiũ negotii. Conferunt autem ad otium oblectamentumque vitæ non solum virtutes pacis & otii, sed etiam laboris & negotii. Multis enim rebus necessariis opus est vt in otio viuatur. Itaque & temperantiæ & fortitudinis & tollerantiæ comitatu septa debet esse ciuitas. Vt enim in prouerbio est, οὐ σχολὴ δούλοις: quique fortiter & animose periculis obiicere se non audent, ab hostibus opprimuntur, & in seruitutem rediguntur. Fortitudine igitur & patiẽtia in suscipiendis & gerendis negotiis opus est. In tranquillis autem quietisque reb. sapientia: in vtrisque temporibus temperantia & iustitia: sed in pace præsertim & otio: bello siquidem & iusti & temperantes esse cogimur. At pacis tempore secundarũ rerum fructus & otium in-

ΚΕΦ. ιε.

ΕΠεὶ [61] δὲ τὸ αὐτὸ τέλος εἶναι φαίνεται καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὸν αὐτὸν ὅρον ἀναγκαῖον εἶναι τῷ τε ἀρίστῳ ἀνδρὶ καὶ τῇ ἀρίστῃ πολιτείᾳ, φανερὸν ὅτι δεῖ τὰς εἰς τὴν σχολὴν ἀρετὰς ὑπάρχειν. τέλος γὰρ, ὥσπερ εἴρηται πολλάκις, εἰρήνη μὲν πολέμου, σχολὴ δὲ ἀσχολίας. χρήσιμοι δὲ τῶν ἀρετῶν εἰσι πρὸς τὴν σχολὴν καὶ διαγωγὴν, ὧν τε ἐν τῇ σχολῇ τὸ ἔργον, καὶ ὧν ἐν τῇ ἀσχολίᾳ. δεῖ γὰρ πολλὰ τῶν ἀναγκαίων ὑπάρχειν, ὅπως ἐξῇ σχολάζειν. διὸ σώφρονα τὴν πόλιν εἶναι προσήκει, καὶ ἀνδρείαν, καὶ καρτερικήν· κατὰ γὰρ τὴν παροιμίαν, οὐ σχολὴ δούλοις. οἱ δὲ μὴ δυνάμενοι κινδυνεύειν ἀνδρείως, δοῦλοι τῶν ἐπιόντων εἰσίν. ἀνδρείας μὲν οὖν καὶ καρτερίας δεῖ πρὸς τὴν ἀσχολίαν· φιλοσοφίας δὲ πρὸς τὴν σχολήν· σωφροσύνης δὲ καὶ δικαιοσύνης ἐν ἀμφοτέροις τοῖς χρόνοις· καὶ μᾶλλον εἰρήνην ἄγουσι καὶ σχολάζουσιν. ὁ μὲν γὰρ πόλεμος ἀναγκάζει δικαίους εἶναι καὶ σωφρονεῖν· ἡ δὲ τῆς εὐτυχίας ἀπόλαυσις, καὶ τὸ σχολάζειν μετ' εἰρήνης, ὑβριστὰς ποιεῖ μᾶλλον.

πολλῆς

πολλῆς οὖν δεῖ δικαιοσύνης καὶ πολλῆς σωφροσύνης τοὺς ἄριστα δοκοῦντας πράττειν, καὶ πάντων τῶν μακαριζομένων ἀπολαύοντας· οἷ, εἴ τινές εἰσιν, ὥσπερ οἱ ποιηταί φασιν, ἐν μακάρων νήσοις. μάλιστα γὰρ οὗτοι δεήσονται φιλοσοφίας, καὶ σωφροσύνης, καὶ δικαιοσύνης, ὅσῳ μᾶλλον σχολάζουσιν ἐν ἀφθονίᾳ τῶν τοιούτων ἀγαθῶν. διότι μὲν οὖν τὴν μέλλουσαν εὐδαιμονήσειν καὶ σπουδαίαν ἔσεσθαι πόλιν, τούτων δεῖ τῶν ἀρετῶν μετέχειν, φανερόν. αἰσχροῦ γὰρ ὄντος μὴ δύνασθαι χρῆσθαι τοῖς ἀγαθοῖς, ἔτι μᾶλλον μὴ δύνασθαι ἐν τῷ σχολάζειν χρῆσθαι· ἀλλ᾽ ἀσχολοῦντας, μὲν καὶ πολεμοῦντας φαίνεσθαι ἀγαθούς. εἰρήνην δ᾽ ἄγοντας καὶ σχολάζοντας, ἀνδραποδώδεις. 62 διὸ δεῖ μὴ καθάπερ ἡ Λακεδαιμονίων πόλις τὴν ἀρετὴν ἀσκεῖν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οὐ ταύτῃ διαφέροισι τῶν ἄλλων, τῷ μὴ νομίζειν ταὐτὰ τοῖς ἄλλοις μέγιστα τῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ τῷ γενέσθαι ταῦτα μᾶλλον διά τινος ἀρετῆς. ἐπεὶ δὲ μείζω τε ἀγαθὰ ἢ τὰ τοῦ πολέμου ταῦτα, καὶ τὴν ἀπόλαυσιν τὴν τούτων, ἢ τὴν τῶν ἀρετῶν, καὶ

solentiam parit. Magna itaque iustitia, magna temperantia his opus est, qui optime agere ac beatissime viuere, hisque rebus omnibus (quæ beatos efficiunt) abundare & perfrui videantur, quales sunt in beatis insulis, (si qui tamen sunt) quos poetæ commemorant. At tanto magis illis sapientia & temperantia & iustitia necessaria erit, quanto magis in tam abundantib. tamq; affluentibus bonis otio perfruētur. Cur igitur ciuitas, (quæ beata honestaque futura sit) his virtutibus ornata esse debeat manifestum est, cum turpe sit bonis vti non posse: tũ certe longe turpius erit homines negotio belloq; implicatos, virtutis sectatores & ęmulos videri. In pace autem & otio degētes, improbis mancipiis comparari.

Plato 501. 509. Plato 7. de rep. ait philosophos otio suo contētos in beatorũ insulis habitare.

62 Itaque non Lacedæmoniorum more virtus exercēda est, qui non hac ratione differũt à cæteris, quod non eadem quę cęteri in summis bonis habeant, sed quod hęc vna quadam virtute cōparari existiment. Quibus positis efficitur, quoniã otium negotio, paxque bello præstet, otii quoque & pacis & virtutem otio pacique congruentium fructum bellicis

62 Notantur rursus Lacedæmonii qui sola fortitudine summũ bonum crederent comparari.

virtutibus anteponēdum & per se expetēdum & optandum esse.

63 Repetitur ex nu. 50. partitio naturæ consuetudinis rationis. Prima cura est naturæ informatione fœtus, secunda cōsuetudinis in moderatione appetitus: Tertia rationis in mētis eruditione, quia hæc est naturalis ad beatitudinem consequendam hominis progressio

63 Quomodo autem, quibusque rebus id assequamur deinceps erit considerādum. Antea vero posuimus natura, moribus & ratione opus esse. Quanam autem natura pręditos esse ciues oporteat, iam à nobis est explicatum: Illud vnum superest, an à ratione prius an moribus iuuentutis educatio & institutio debeat incipere. Hæc enim mirifice necesse est inter se cōsentire & quasi conspirare & fieri. Tamē potest, vt ab hypothesi & fine ratio deflectat, & ad illud quod sibi proposuerit consentaneis moribus & similibus deducatur, perspicuum id quidem est, quemadmodum cæterarum rerū sic hominis ortum ab aliquo initio, & ortus finem ab alterius finis aliquo principio ꝓficisci. Atqui naturæ humanæ finis est ratio & mēs. Ad rationis igitur & mentis absolutionem, non solū hominis ortus, sed morum etiam institutio cōformatioque referatur. Deinde sicut anima & corpus res duę sunt, sic animæ duas partes, alteram rationis expertem, alteram participem cernimus.

ὅτι δὴ αὐτὴν φανερὸν ἐκ τούτων.

63 πῶς δὲ, καὶ διὰ τίνων ἔσται, τοῦτο δὴ θεωρητέον. τυγχάνομεν δὴ διῃρημένοι πρότερον, ὅτι φύσεως, καὶ ἔθους, καὶ λόγου δεῖ. τούτων δὲ ποίους μέν τινας εἶναι χρὴ τὴν φύσιν, διώρισται πρότερον. λοιπὸν δὲ θεωρῆσαι πότερον παιδευτέοι τῷ λόγῳ πρότερον, ἢ τοῖς ἔθεσι. ταῦτα γὰρ δεῖ πρὸς ἄλληλα συμφωνεῖν συμφωνίαν τὴν ἀρίστην· ἐνδέχεται γὰρ διημαρτηκέναι καὶ τὸν λόγον τῆς βελτίστης ὑποθέσεως· καὶ διὰ τῶν ἐθῶν ὁμοίως ἦχθαι. φανερὸν δὴ τοῦτό γε, πρῶτον μὲν, καθάπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, ὡς ἡ γένεσις ἀπ' ἀρχῆς ἐστι, καὶ τὸ τέλος ἀπό τινος ἀρχῆς ἄλλου τέλους· ὁ δὲ λόγος ἡμῖν, καὶ ὁ νοῦς, τῆς φύσεως τέλος. ὥστε πρὸς τούτους τὴν γένεσιν καὶ τὴν τῶν ἐθῶν δεῖ παρασκευάζειν μελέτην. ἔπειτα ὥσπερ ψυχὴ καὶ σῶμα δύ' ἐστὶν, οὕτω καὶ τῆς ψυχῆς ὁρῶμεν δύο μέρη· τό τε ἄλογον, καὶ τὸ λόγον ἔχον·

Itemque

χον· καὶ τὰς ἕξεις τὰς τούτων δύο τὸν ἀριθμόν. ὧν τὸ μέν ἐστιν ὄρεξις, τὸ δὲ νοῦς. ὥσπερ δὲ τὸ σῶμα πρότερον τῇ γενέσει τῆς ψυχῆς, οὕτω καὶ τὸ ἄλογον τοῦ λόγον ἔχοντος. φανερὸν δὲ καὶ τοῦτο. θυμὸς γὰρ καὶ βούλησις, ἔτι δὲ ἐπιθυμία, καὶ γενομένοις εὐθὺς ὑπάρχει τοῖς παιδίοις· ὁ δὲ λογισμὸς καὶ ὁ νοῦς, προϊοῦσιν ἐγγίνεσθαι πέφυκε.

διὸ πρῶτον μὲν τοῦ σώματος τὴν ἐπιμέλειαν ἀναγκαῖον εἶναι προτέραν, ἢ [τὴν] τῆς ψυχῆς· ἔπειτα, τὴν τῆς ὀρέξεως· ἕνεκα μέν τοι τοῦ νοῦ τὴν τῆς ὀρέξεως· τὴν δὲ τοῦ σώματος, τῆς ψυχῆς. Εἴπερ οὖν ἀπ' ἀρχῆς τὸν νομοθέτην ὁρᾶν δεῖ, ὅπως βέλτιστα τὰ σώματα γένηται τῶν τρεφομένων, [64] πρῶτον μὲν ἐπιμελητέον περὶ τὴν σύζευξιν, πότε καὶ ποίους τινὰς ὄντας χρὴ ποιεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους τὴν γαμικὴν ὁμιλίαν.

Itemque partium illarum duos habitus, quorum hic appetitus, mens ille dicitur. Vt autem corporis ortus, ortum animæ, sic ortus partis irrationalis, ortum rationalis antecedit: quod ex eo quidem intelligi potest, quia in pueris infantibus, simulatque in lucem editi sunt & ira & voluntas, itemque cupiditas apparet. At ratio & mens progressu temporis & ætatis naturaliter ingeneratur. Quamobrem corporis prima cura esse debebit, secunda animæ, ex animæ partibus prima, appetitus, secunda mẽtis: tametsi mentis gratia appetitus cura suscipiatur, & animæ caussa corpus formetur & instituatur. Quapropter si legislatori initio prouidendum est, (vt puerorum quos educare oporteat) corpora quam optimo habitu prædita sint & affecta, [64] Imprimis certe ratio habenda erit, quanam ætate, & quales connubio iungere copulareque deceat.

Plato 479. 480.

64 Leges annales de prima & summa procreatione ad conformandam optimi ciuis naturam vir procreare incipiat. 37. ætatis anno, mulier 18. vir desinat 70. mulier 50. secus discordia

CAP.

CAP. XVI. | ΚΕΦ. ιϛ.

COMMVNIONIS autem huius societatisq; legibus sanciendis parētum ratio est habēda, vt spectentur vir & fœmina tempusq; vitæ vt ætatibus in eandem occasionem rerum maturitatemque cōgruant & conueniant. Neque naturæ vires & facultates ita discrepēt, vt liberos creare vir possit, mulier non possit, aut hæc quidē possit, ille non possit. Hæc enim dissensiones inter ipsos & discordias excitant. Deinde etiam prouisio adhibenda erit in successione sobolis & propagatione. Nec enim conuenit liberos à patribus ætate valde disiunctos esse, quia patribus gratiam liberi referre, & patres liberis opē ferre nullam possent. Nec ita conducit ætate propinquos & vicinos esse. Nam multæ & graues molestiæ hinc oriuntur, tum quia tales liberi minore pudore & reuerentia patres velut æquales suos

ΔΕῖ δὴ ἀποβλέποντα νομοθετεῖν [περὶ] ταύτην τὴν κοινωνίαν, πρὸς αὐτούς τε καὶ τὸν τοῦ ζῆν χρόνον, ἵνα συγκαταβαίνωσι ταῖς ἡλικίαις ἐπὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν, καὶ μὴ διαφωνῶσιν αἱ δυνάμεις· τοῦ μὲν, ἔτι δυναμένου γεννᾷν, τῆς δὲ, μὴ δυναμένης· ἢ ταύτης μὲν, τοῦ δ' ἀνδρὸς μή· ταῦτα γὰρ ποιεῖ καὶ στάσεις πρὸς ἀλλήλους, καὶ διαφοράς. ἔπειτα, καὶ πρὸς τὴν τῶν τέκνων διαδοχήν. δεῖ γὰρ οὔτε λίαν ὑπολείπεσθαι ταῖς ἡλικίαις τὰ τέκνα τῶν πατέρων· ἀνόνητος γὰρ τοῖς μὲν πρεσβυτέροις ἡ χάρις παρὰ τῶν τέκνων, ἡ δὲ παρὰ τῶν πατέρων βοήθεια τοῖς τέκνοις· οὔτε λίαν πάρεγγυς εἶναι. πολλὴν γὰρ ἔχει δυσχέρειαν. ἥ τε γὰρ αἰδὼς ἧττον ὑπάρχει τοῖς τοιούτοις, ὥσπερ ἡλικιώταις, καὶ περὶ τὴν

οὔτε γὰρ τίνα ἔχει δύναμιν, ῥᾴδιον περὶ αὐτῆς διελεῖν, οὔτε τίνος δεῖ χάριν μετέχειν αὐτῆς· πότερον παιδιᾶς ἕνεκα καὶ ἀναπαύσεως, καθάπερ ὕπνου καὶ μέθης· ταῦτα γὰρ καθ' αὑτὰ μὲν, οὔτε τῶν σπουδαίων, ἀλλ' ἡδέα, καὶ ἅμα παύει μέριμναν, ὥς φησιν Εὐριπίδης. διὸ καὶ τάττουσιν αὐτὴν καὶ χρῶνται πᾶσι τούτοις ὁμοίως, οἴνῳ, καὶ μέθῃ καὶ μουσικῇ. τιθέασι δὲ καὶ τὴν ὄρχησιν ἐν τούτοις. ἢ μᾶλλον οἰητέον πρὸς ἀρετήν τι τείνειν τὴν μουσικὴν, ὡς δυναμένην, καθάπερ ἡ γυμναστικὴ τὸ σῶμα ποιόν τι παρασκευάζειν, καὶ τὴν μουσικὴν τὸ ἦθος ποιόν τι ποιεῖν, ἐθίζουσαν δύνασθαι χαίρειν ὀρθῶς, ἢ πρὸς διαγωγήν τι συμβάλλεται, καὶ πρὸς φρόνησιν· καὶ γὰρ τοῦτο τρίτον θετέον τῶν εἰρημένων.

14 Assumptio syllogismi incipit, in qua primum primus finis tollitur: musica discitur cum labore, non valet igitur ad quietem.

14 Musicam igitur pueris ludi gratia tradendam non esse, non est quidem dubium, nec enim pueri discẽdo ludũt, præsertim cum sit illud ipsum discere cum molestia & labore coniunctum.

14 ὅτι μὲν οὖν δεῖ τοὺς νέους μὴ παιδιᾶς ἕνεκα παιδεύειν, οὐκ ἄδηλον· οὐ γὰρ παίζουσι μανθάνοντες· μετὰ λύπης γὰρ ἡ μάθησις.

15 ἀλλὰ

15 ἀλλὰ μὴν οὐδὲ διαγωγήν τε παισὶν ἁρμόττει καὶ ταῖς ἡλικίαις ἀποδιδόναι ταῖς τοιαύταις· οὐθενὶ γὰρ ἀτελεῖ προσήκει τέλος. ἀλλ᾽ ἴσως ἂν δόξειεν ἡ τῶν παίδων σπουδὴ παιδιᾶς εἶναι χάριν, ἀνδράσι γενομένοις, καὶ τελειωθεῖσιν. ἀλλ᾽ εἰ τοῦτ᾽ ἔστι τοιοῦτον, τίνος ἂν ἕνεκα δέοι μανθάνειν αὐτούς; ἀλλὰ μὴ καθάπερ οἱ τῶν Περσῶν καὶ Μήδων βασιλεῖς, δι᾽ ἄλλων αὐτὸ ποιούντων μεταλαμβάνειν τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς μαθήσεως. καὶ γὰρ ἀναγκαῖον βέλτιον ἀπεργάζεσθαι τοὺς αὐτὸ τοῦτο πεποιημένους ἔργον καὶ τέχνην, τῶν τοσοῦτον χρόνον ἐπιμελουμένον, ὅσον πρὸς μάθησιν μόνον. εἰ δὲ δεῖ τὰ τοιαῦτα διαπονεῖν αὐτούς, καὶ περὶ τὴν τῶν ὄψων πραγματείαν αὐτοὺς ἂν δέοι παρασκευάζειν· ἀλλ᾽ ἄτοπον.

16 τὴν δ᾽ αὐτὴν ἀπορίαν ἔχει, καὶ εἰ δύναται τὰ ἤθη βελτίω ποιεῖν· ταῦτα γὰρ τί δεῖ μανθάνειν αὐτούς; ἀλλ᾽ οὐχ ἑτέρων ἀκούοντας

15 Atqui neque vitæ prudentia pueris, neque teneris hisce ętatibus est attribuenda, cum inchoatæ & imperfectæ rei non congruat finis atque perfectio. At fortasse puerorum labores & studia illam sibi relaxationem recreationemque proponunt, qua viri ætate longius prouecti fruantur. Verum si ita se res habet, quid caussæ est cur à pueris Musica discatur? non potius (quēadmodum Persarum & Medorum reges solent) aliorum opera id opus facientium Musicæ voluptas & fructus capiatur? Etenim necesse est lautius & melius id ipsum ab illis præstari, qui in hoc vno operis artisq; munere assidue versantur, quam qui tantum tēporis adhibent, quantum ad artem leuiter degustandam satis esse existiment. Quod si sit in ea disciplina pueris elaborañdum in culina quoque & obsoniorum cura elaborandum erit. At id est absurdum.

15 Tollitur tertius finis imperfectæ puerorum ætati finis, id est sapientia non conuenit, & si possit tandē cōuenire: attamē ille fructus musicæ possit ex aliorum opera percipi, quod exēplis variis declaratur.

16 Eadem autem dubitatio fuerit, possitne musica meliores mores efficere: quid enim pueris ad eam rem musica discenda est? An non potius Musici sunt illis

16 Secundus finis tollitur eodē argumento.

audiendi, vt & honeſtam inde voluptatem capiant, & ea de re ſapienter Laconū more iudicent? Illi enim tametſi non didicerint, tamen (vt aiunt) recte iudicāt, qui concentus probandi ſint, & qui ſint improbandi.

ὀρθῶς τε χαίρειν καὶ δύνασθαι κρίνειν; ὥσπερ οἱ Λάκωνες· ἐκεῖνοι γὰρ οὐ μανθάνοντες, ὅμως δύνανται κρίνειν ὀρθῶς, ὥς φασι, τὰ χρηστὰ καὶ τὰ μὴ χρηστὰ τῶν μελῶν.

17 Tollitur denuo tertius finis, ſed eodē argumento quo antea: additur poeticum teſtimonium.

[17] Eadem autem dubitatio quæſtioque fuerit, an ad fœlicem & honeſtam vitæ traducendæ rationem muſica adhibenda ſit. quid enim neceſſe potius eſt pueros diſcere quam eorum qui didicerint, laborib. perfrui. Subducere autem licet animis & proponere (quam de diis habemus) opinionem. Nec enim apud Poetas Iuppiter cantat aut citharam pulſat, ſed in ſordidis & ſeruilibus habemus eiuſmodi artifices, eaſque actiones hominis eſſe dicimus vinolēti, aut certe pueriliter exultantis & ludētis, ſed de his poſtea commodius.

[17] ὁ δὴ αὐτὸς λόγος κἂν εἰ πρὸς εὐημερίαν καὶ διαγωγὴν ἐλευθέριον χρηστέον αὐτῇ, τί δεῖ μανθάνειν αὐτούς, ἀλλ' οὐχ ἑτέρων χρωμένων ἀπολαύειν. σκοπεῖν δὴ ἔξεστι τὴν ὑπόληψιν ἣν ἔχομεν περὶ τῶν θεῶν· οὐ γὰρ ὁ Ζεὺς αὐτὸς ᾄδει καὶ κιθαρίζει τοῖς ποιηταῖς· ἀλλὰ καὶ βαναύσους καλοῦμεν τοὺς τοιούτους· καὶ τὸ πράττειν, οὐκ ἀνδρὸς μὴ μεθύοντος, ἢ παίζοντος. ἀλλ' ἴσως περὶ μὲν τούτων ὕστερον ἐπισκεπτέον·

18 Fuit adhuc inficiatio quæſtionis eius affirmatio de triplici fine cōtraria ſequitur. Primū quidem de primo & tertio. Muſica valet ad quietem corporis & ad prudentiam.

[18] Prima autem quæſtio eſt, muſicane in diſciplinarū genere numeranda ſit necne, quamque vim in tribus propoſitis quæſtionibus habeat, an ad oblectationem & ludum, an ad diſciplinam morū, an ad vitæ rationem prudentiamque referēda ſit. At optimo quidē iure ad hęc omnia refertur & eorum ſingulorum partē aliquā ample-

[18] ἡ δὲ πρώτη ζήτησίς ἐστι, πότερον οὐ θετέον εἰς παιδείαν τὴν μουσικήν, ἢ θετέον· καὶ τί δύναται τῶν διαπορηθέντων τριῶν, πότερον παιδείαν, ἢ παιδιάν, ἢ διαγωγήν. εὐλόγως δὴ εἰς πάντα τάττεται, καὶ φαίνεται μετέχειν. ἥ τε γὰρ παιδιά, χάριν

ἀνα-

ἀναπαύσεώς ἐστι. τὴν δ' ἀνάπαυσιν ἀναγκαῖον ἡδεῖαν εἶναι· τῆς γὰρ διὰ τῶν πόνων λύπης, ἰατρεία τίς ἐστι. καὶ τὴν διαγωγὴν ὁμολογουμένως δεῖ μὴ μόνον ἔχειν τὸ καλὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἡδονήν· τὸ γὰρ εὐδαιμονεῖν ἐξ ἀμφοτέρων τούτων ἐστί· τὴν δὲ μουσικὴν, πάντες εἶναί φαμεν τῶν ἡδίστων, καὶ ψιλὴν οὖσαν, καὶ μετὰ μελῳδίας. φησὶ γοῦν καὶ Μουσαῖος, εἶναι βροτοῖς ἥδιστον ἀείδειν. διὸ καὶ εἰς τὰς συνουσίας καὶ διαγωγὰς εὐλόγως παραλαμβάνουσιν αὐτὴν, ὡς δυναμένην εὐφραίνειν. ὥστε καὶ ἐντεῦθεν ἄν τις ὑπολάβοι παιδεύεσθαι δεῖν αὐτὴν τοὺς νεωτέρους. ὅσα γὰρ ἀβλαβῆ τῶν ἡδέων, οὐ μόνον ἁρμόττει πρὸς τὸ τέλος, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν ἀνάπαυσιν. ἐπεὶ δ' ἐν μὲν τῷ τέλει συμβαίνει τοῖς ἀνθρώποις ὀλιγάκις γίνεσθαι, πολλάκις δὲ ἀναπαύονται, καὶ χρῶνται ταῖς παιδιαῖς, οὐχ ὅσον ἐπὶ πλέον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἡδονὴν, χρήσιμον ἂν εἴη διαναπαύειν ἐν ταῖς ἀπὸ ταύτης ἡδοναῖς.

19 συμ-

ditur: Ludus. n. relaxationis & quietis gratia quæritur, & relaxatio requiesque necessario iucunda est quippe quę doloris ex labore & molestia contracti, medicina quędam sit, vitæ etiam ratio & institutio non solũ cum honestate, sed etiam cum voluptate cõiuncta est necessario: beata enim vita ex hac vtraque conficitur. Musicam autem cõstat inter omnes esse suauissimam siue simplex & nuda, siue cum numeris & modis audiatur. vnde etiã Musæus ait:

> εἶναι βροτοῖς ἥδιστον ἀείδειν.

Itaque etiam in humanę vitæ consuetudinem & institutionem merito musica assumitur quod ad recreandũ & oblectandum magnam vim habeat, vnde etiã concludi potest eam pueris esse cognoscendam. Voluptates enim omnes quæ nullis incommodis adiunctę sunt, nõ solum finis, sed etiam requietis gratia fruẽdæ sunt, quoniam autem ad finem raro perueniunt hominis, sed sæpe tamen recreantur & ludis vtuntur, non solum ob alios maiores fructus sed etiã ob voluptatem in musicis oblectationibus est acquiescendum.

19 Caussa quã- obrem voluptas per se expeta- tur.

19 Accidit autem vt homines ludum & animi corporisque remissionem summum quoddam vltimumq; bonum facerent, propterea fortasse quod vltimus humanæ vitæ finis voluptatem quandam habeat, sed eam non quamlibet neq; vulgarem, quã dum requirimus, ludicram illam & ioculatoriam pro hac fœlici beataq; capimus, quia cum officiorum actionumque laudabilium fine quasdam similitudines habeat. Finis enim vitæ nullius rei futuræ gratia expetitur, atque eiusmodi voluptates nullam item rem futuram spectant, sed in præteritis & laboribus & molestiis versantur. Quamobrem igitur beatam vitam cum his voluptatibus coniunctam esse homines existiment, hæc caussa cuipiam merito forsitan esse videatur. Quod autem ad vsum fructumque musicæ attinet, nunquid ob hanc solam caussam, quia sit vtilis ad remissionem laboris & requietem vt videtur pueris ediscenda est? Enimuero quærendum est nunquid hæc requieris vtilitas musicę aduẽtitia & fortuita, ipsiusque natura multis partibus quam talis vtilitas magis æstimanda atque optanda sit, atque oporteat non solum capere ab ea communes voluptates quarum

19 συμβέβηκε δὲ τοῖς ἀνθρώποις ποιεῖσθαι τὰς παιδιὰς τέλος· ἔχει γὰρ ἴσως ἡδονήν τινα καὶ τὸ τέλος, ἀλλ' οὐ τὴν τυχοῦσαν· ζητοῦντες δὲ ταύτην, λαμβάνουσιν ὡς ταύτην ἐκείνην, διὰ τὸ τῷ τέλει τῶν πράξεων ἔχειν ὁμοίωμά τι· τό τε γὰρ τέλος οὐθενὸς τῶν ἐσομένων χάριν αἱρετὸν, καὶ αἱ τοιαῦται τῶν ἡδονῶν οὐθενός εἰσι τῶν ἐσομένων ἕνεκεν, ἀλλὰ τῶν γεγονότων· οἷον, πόνων καὶ λύπης. δι' ἣν μὲν οὖν αἰτίαν ζητοῦσι τὴν εὐδαιμονίαν γίγνεσθαι διὰ τούτων τῶν ἡδονῶν, ταύτην ἄν τις εἰκότως ὑπολάβοι τὴν αἰτίαν. περὶ δὲ τοῦ κοινωνεῖν τῆς μουσικῆς, οὐ διὰ ταύτην μόνην, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ χρήσιμον εἶναι πρὸς τὰς ἀναπαύσεις, ὡς ἔοικεν. οὐ μὴν ἀλλὰ ζητητέον μή ποτε τοῦτο μὲν συμβέβηκε· τιμιωτέρα δ' αὐτῆς ἡ φύσις ἐστὶν, ἢ κατὰ τὴν εἰρημένην χρείαν· καὶ δεῖ μὴ μόνον τῆς κοινῆς ἡδονῆς μετέ-

χειν

χεῖν ἀπ' αὐτοῦ, ἧς ἔχουσι πάντες αἴσθησιν·

[20] ἔχει γὰρ ἡ μουσικὴ τὴν ἡδονὴν φυσικήν· διὸ πάσαις ἡλικίαις, καὶ πᾶσιν ἤθεσιν, ἡ χρῆσις αὐτῆς ἐστὶ προσφιλής· ἀλλ' ὁρᾶν, εἴ πῃ καὶ πρὸς τὸ ἦθος συντείνει, καὶ πρὸς τὴν ψυχήν. τοῦτο δ' ἂν εἴη δῆλον, εἰ ποιοί τινες τὰ ἤθη γιγνόμεθα δι' αὐτῆς. ἀλλὰ μὴν ὅτι γιγνόμεθα ποιοί τινες, δῆλον διὰ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ διὰ τῶν [21] Ὀλύμπου μελῶν. ταῦτα γὰρ ὁμολογουμένως ποιεῖ τὰς ψυχὰς ἐνθουσιαστικάς. ὁ δ' ἐνθουσιασμὸς, τοῦ περὶ τὴν ψυχὴν ἤθους πάθος ἐστίν. ἔτι δὲ ἀκροώμενοι τῶν μιμήσεων, γίγνονται πάντες συμπαθεῖς, καὶ χωρὶς τῶν ῥυθμῶν καὶ τῶν μελῶν αὐτῶν.

[22] ἐπεὶ δὲ συμβέβηκεν εἶναι τὴν μουσικὴν τῶν ἡδέων, τὴν δ' ἀρετὴν περὶ τὸ χαίρειν ὀρθῶς καὶ φιλεῖν καὶ μισεῖν, δεῖ δηλονότι μανθάνειν καὶ συνεθίζεσθαι μηθὲν οὕτως, ὡς τὸ κρίνειν ὀρθῶς, καὶ τὸ χαίρειν τοῖς ἐπιεικέσιν ἤθεσι, καὶ ταῖς καλαῖς πράξεσιν.

quarum omnes ſenſum habeant.

[20] Habet enim muſica voluptatẽ tam naturalẽ, vt omnibus ætatibus, omnibuſque moribus vſus eius ſit amabilis, ſed etiam conſiderare nunquid ad mores atq; ad animum formandũ pertineat. Id autem perſpicuum fuerit ſi muſica genere quodam mores noſtros afficiat, atque id ita ſe habere, [21] Olympi concentus oſtendunt, quibus conſtat animos diuino quodam furore permoueri & concitari. Atqui diuina illa pernotio & cõcitatio morum quædam eſt in animis affectio: tũ vero qui in ludis & ſcenis, hyſtrionum motus & actus ſpectãt, quãuis numeris ipſis ſublatis atque cantibus, tamen perinde vt res agũtur ita mouentur & afficiuntur.

[22] Quoniam vero iucundis in rebus muſica numeratur, virtuſque in eo ſita eſt, vt recte vereque gaudeamus & amem⁹ & odio proſequamur, certe nil in diſciplina & conſuetudine nobis tã propoſitum eſſe debet quam vt recte iudicemus, recteque & probis moribus & honeſtis actionibus gaudeamus.

20 Affirmatio ſecundi finis q muſica valeat ad formandos mores, & ſummam cum moribus ſimilitudinem habeat.

Olympi muſici Plato in Minoe conuiuio tertio legum meminit.

21 Olympus. vt Plato in Minoe & Suidas ait Marſys diſcipulus fuit qui citharæ leges dedit modoſque pulſandi reperit & docuit. Plato 631. 353.

22 Iudicii conſtantia muſico ſtudio cõfirmatur ob ſimilitudinem modorũ & affectuum.

23 Maior est morum similitudo in musicis quam in reliquorum sensuum subiectis.

23 Omnino autem cum à rerum natura veritateque discesseris, nulla re & iræ & misericordiæ & fortitudinis & temperantiæ, & contrariorum his affectib. generum, denique affectionũ & morum omnium similitudines & imagines mirabilius quã numeris & concentibus redduntur & exprimuntur. Idque de rebus ipsis intelligitur. Mouemur enim mentibus & animis, cum musicos modos audimus. Similibus autem in rebus & dolendi & gaudendi consuetudo finitima est ipsis in reb. vero dolori veroque gaudio, vt si qs (alicuius imagine conspecta lætetur, non ob aliam certe caussam, quam ob naturalem veramque formã ipsam lætetur. Itaque necesse est huic etiam aspectum illius ipsius (cuius imaginem contemplatur) esse iucundũ, cæteris autem in rebus quę sub sensum cadũt, nulla est cum morib. præ numeris & modis similitudo, vt in iis quæ tactu gustatuque sentiuntur.

In his autem quæ oculorum sensu percipiuntur: leuis est & exigua: ea enim sunt in figuris & lineamentis posita, quorum species moribus

23 ἔστι δὴ ὁμοιώματα μάλιστα παρὰ τὰς ἀληθινὰς φύσεις ἐν τοῖς ῥυθμοῖς καὶ τοῖς μέλεσιν ὀργῆς καὶ πραότητος· ἔτι δὴ ἀνδρείας καὶ σωφροσύνης, καὶ πάντων τῶν ἐναντίων τούτοις, καὶ τῶν ἄλλων ἠθικῶν. δῆλον δὲ ἐκ τῶν ἔργων. μεταβάλλομεν γὰρ τὴν ψυχὴν, ἀκροώμενοι τοιούτων. ὁ δὴ ἐν τοῖς ὁμοίοις ἐθισμὸς τοῦ λυπεῖσθαι καὶ χαίρειν, ἐγγύς ἐστι τῷ πρὸς τὴν ἀλήθειαν τὸν αὐτὸν ἔχειν τρόπον· οἷον, εἴ τις χαίρει τὴν εἰκόνα τινὸς θεώμενος, μὴ δι' ἄλλην αἰτίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν μορφὴν αὐτὴν, ἀναγκαῖον τούτῳ καὶ αὐτὴν ἐκείνην τὴν θεωρείαν, οὗ τὴν εἰκόνα θεωρεῖ, ἡδεῖαν εἶναι.

συμβέβηκε δὲ τῶν αἰσθητῶν ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις μηδὲν ὑπάρχειν ὁμοίωμα τοῖς ἤθεσιν· οἷον, ἐν τοῖς ἁπτοῖς καὶ τοῖς γευστοῖς, ἀλλ' ἐν τοῖς ὁρατοῖς ἠρέμα· σχήματα γάρ ἐστι τοιαῦτα. ἀλλ' ἐπὶ μικρὸν

μικρὸν καὶ πάντες τῆς τοιαύτης αἰσθήσεως κοινωνοῦσιν. ἔτι δ' οὐκ ἔστι ταῦτα ὁμοιώματα τῶν ἠθῶν, ἀλλὰ σημεῖα μᾶλλον τὰ γινόμενα σχήματα καὶ χρώματα, τῶν ἠθῶν.

καὶ ταῦτ' ἐστὶν ἐπὶ τοῦ σώματος ἐν τοῖς πάθεσιν.

24 οὐ μὴν ἀλλ' ὅσον διαφέρει καὶ περὶ τὴν τούτων θεωρίαν, δεῖ μὴ τὰ Παύσωνος θεωρεῖν τοὺς νέους, ἀλλὰ τὰ Πολυγνώτου, κἂν εἴ τις ἄλλος τῶν γραφέων, ἢ τῶν ἀγαλματοποιῶν ἐστιν ἠθικός.

ἐν δὲ τοῖς μέλεσιν αὐτοῖς ἐστι μιμήματα τῶν ἠθῶν. καὶ τοῦτ' ἔστι φανερόν. εὐθὺς γὰρ ἡ τῶν ἁρμονιῶν διέστηκε φύσις· ὥστε ἀκούοντας, ἄλλως διατίθεσθαι, καὶ μὴ τὸν αὐτὸν ἔχειν τρόπον πρὸς ἑκάστην αὐτῶν, ἀλλὰ πρὸς μὲν ἐνίας ὀδυρτικωτέρως καὶ συνεστηκότως μᾶλλον, οἷον πρὸς τὴν μιξολυδιστὶ καλου-

ribus minime respondent omnesque sensus huius sunt participes, nec porro sunt in rebus corporeis & aspectabilibus insignes morum similitudines & expressæ, sed potius obscuræ significationes ex lineamentis & coloribus adumbratæ, eæque non ad animi sed ad corporis affectiones referendæ.

24 Tametsi quod ad tabularum & signorum inspectionem attinet, non erunt opera Pasonis adolescentibus spectanda, sed Polignoti & similium pictorum & statuariorum, qui laudabiles & honestos præstantium hominum mores suis operibus imitati sunt.

24 Obscœnitas spectacnlorum a pueris remouenda.

At in musicis cantibus perspicuæ sunt imitationes affectionum & morum nostrorum, idque est ex eo manifestum, quod simulatque carminis modus & concentus mutatus est, repente aliter atque aliter moueantur auditores, nec eodem modo singulis momentis afficiantur, sed quibusdam ad luctum & mœrorem vehementius excitentur, vt mixolydio

quibusdam contrahantur animo & humilius abiiciantur, vt remisso, quibusdam moderentur & temperētur, vt ex omnibus modorũ generibus, imprimis Dorio, Phrygius autem concitatior est & rapidior & vehementius animos ardentiusq; permouet. Hæc siquidem artis huius doctores & magistri accurate studioseque tradiderunt. Atque de rebus ipsis doctrinæ suæ testimonia & argumenta sumpserunt. Eadem vero est in rythmis ratio quorum alii mores constantiores & stabiliores efficiunt, leuiores alii & mutabiliores. Itemque alii motus habent illiberaliores, alii venustiores & vrbaniores.

25 Concluditur omnem musicã pueris tradendã esse propter fines antea descriptos argumentisque respõdetur quæ fuerant n 15.16 17 Primũ quod per alios Musica plane frui nequeamus, quia ad iudiciũ prudentiamq; rerũ multum intersit vt opus ipsi faciamus.

25 Quæ cum ita sint, musica certe ad componendos animi mores & instituendos plurimum poterit, ideoque iuuenes in ea erudiri & institui oportebit. Atque etiam teneris & iuuenilibus ingeniis Musica disciplina apta & consona est. Nihil enim iniucundum libenter ferunt iuuenes: musica

καλουμένην· πρὸς δὲ τὰς, μαλακωτέρως τὴν διάνοιαν, οἷον πρὸς τὰς ἀνειμένας· μέσως δὲ καὶ καθεστηκότως μάλιστα, πρὸς ἑτέραν· οἷον δοκεῖ ποιεῖν ἡ δωριστὶ μόνη τῶν ἁρμονιῶν· ἐνθουσιαστικοὺς δ᾽ ἡ φρυγιστί· ταῦτα γὰρ καλῶς λέγουσιν οἱ περὶ τὴν παιδείαν ταύτην πεφιλοσοφηκότες· λαμβάνουσι γὰρ τὰ μαρτύρια τῶν λόγων ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων. τὸν αὐτὸν γὰρ τρόπον ἔχει καὶ [τὰ] περὶ τοὺς ῥυθμούς. οἱ μὲν γὰρ, ἦθος ἔχουσι στασιμώτερον, οἱ δὲ, κινητικόν· καὶ τούτων οἱ μὲν, φορτικωτέρας ἔχουσι τὰς κινήσεις, οἱ δὲ, ἐλευθεριωτέρας.

25 ἐκ μὲν οὖν τούτων φανερὸν, ὅτι δύναται ποιόν τι τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος ἡ μουσικὴ παρασκευάζειν. εἰ δὲ τοῦτο δύναται ποιεῖν, δῆλον ὅτι προσακτέον καὶ παιδευτέον ἐν αὐτῇ τοὺς νέους. ἔστι δὲ ἁρμόττουσα πρὸς τὴν φύσιν τὴν τηλικαύτην ἡ διδασκαλία τῆς μουσικῆς. οἱ μὲν γὰρ νέοι, διὰ τὴν ἡλικίαν.

ἀνήδυν-

ἀνήδυντον οὐθὲν ὑπομένουσιν ἑκόντες· ἡ δὲ μουσικὴ φύσει τῶν ἡδυσμένων ἐστί· καί τις ἔοικε συγγένεια ταῖς ἁρμονίαις καὶ τοῖς ῥυθμοῖς εἶναι. διὸ πολλοί φασι τῶν σοφῶν, οἱ μὲν, ἁρμονίαν εἶναι τὴν ψυχήν, οἱ δὲ, ἔχειν ἁρμονίαν.

sica vero per se & sua natura delectat & quædã animis nostris cum Harmoniis & rythmis videtur esse propinquitas atque cognatio. Itaque philosophorum plerique aiunt, alii animam esse Harmoniam, alii cum Harmonia esse coniunctam.

ΚΕΦ. ϛ.

Πότερον δὲ δεῖ μανθάνειν αὐτοὺς ᾄδοντάς τε καὶ χειρουργοῦντας, ἢ μή, καθάπερ ἠπορήθη πρότερον, νῦν λεκτέον. οὐκ ἄδηλον δὲ, ὅτι πολλὴν ἔχει διαφορὰν πρὸς τὸ γίγνεσθαι ποιούς τινας, ἐάν τις αὐτὸς κοινωνῇ τῶν ἔργων. ἓν γάρ τι τῶν ἀδυνάτων ἢ χαλεπῶν ἐστι, μὴ κοινωνήσαντας τῶν ἔργων, κριτὰς γενέσθαι σπουδαίους. ἅμα δὲ καὶ δεῖ τοὺς παῖδας ἔχειν τινὰ διατριβήν· καὶ τὴν Ἀρχύτου πλαταγὴν οἴεσθαι γενέσθαι καλῶς· ἣν διδόασι τοῖς παιδίοις, ὅπως χρώμενοι ταύτῃ, μηδὲν καταγνύωσι τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν· οὐ γὰρ δύνα-

CAP. VI.

VTRVM [26] vero pueri Musicis sic erudiendi sint, vt vel assa voce cantent, vel fidibus aliisque instrumentis canant, sicut antea est dubitatum, nunc explicandum nobis est. Nec vero dubium est quin permagni quidem intersit, vt quales quidem efficiamur, si rem per nos exequamur opusque ipsi faciamus. Nã fieri nullo modo potest, aut certe factu perdifficile est, vt qui nullum in rebus studium nullamque operam posuerint, de iis verum iudicium veramque scientiã habeant. Atque etiam pueris exercitatio quædam est attribuenda, & Archytæ crepitaculum vtiliter inuentum est, quod infantibus donatur, vt eo lusitantes nihil interim è domesticis rebus confringant: nec enim possunt infan-

26 Soluitur argumentum illud ꝙ per alios musica frui possumus, quia ad iudicium prudentiamq; intersit multũ, vt opus ipsi faciamus.

tes conquiescere. Itaq; conuenit illis hic ludus. At paulo grandioribus iuuenibus, crepundiorum illorum loco disciplina tradenda est. Pueros igitur in musicis sic instituendos esse, vt etiam per se cantare, & musicæ artis opus ac mun⁹ exequi possint, ex his est cognitum & perspectum.

Plato 622.626. secundo legum id bis à Platone dicitur.

27 Quid autem singulas ætates deceat aut non deceat non est difficile constituere & definire eisq; respondere qui musicum studium vt abiectum & sordidum despiciunt. Imprimis enim (quia iudicii gratia opus ipsum facere debemus) necesse est temporibus ita rem totam diuidere, vt pueri suscipiamus exercitationem & vsum, senes autem facti opus ipsum deponamus, operisque honesti honestæque oblectationis iudicium ex disciplina pueritiæ studiis acquisita retineamus. Vituperatoribus autem qui musicam quasi seruiles & sordidos musicos efficiat, ideo vituperant & accusant, facile est respondere si viderimus, qui modus operis iis sit adhibendus qui ad ciuilē virtutē fuerint informati quibusq; & concentib. & ry-

27 Inficiationis argumentū postremum refellitur, quod studium musicum non sit seruile, & vsus musicæ distinguitur, & reiicitur ea musica qua virtus impeditur aut corpus deformatur: quo loco diligēter animaduertendum est Aristotelis consilium, qui vanas de arte quæstiones à pueritiæ studiis remouendas censeat.

ἔσται τὸ νέον ἡσυχάζειν. αὕτη μὲν οὖν ἐστὶ τοῖς νηπίοις ἁρμόττουσα τῶν παιδίων· ἡ δὲ παιδεία, πλαταγὴ τοῖς μείζοσι τῶν νέων.

ὅτι μὲν οὖν παιδευτέον τὴν μουσικὴν οὕτως, ὥστε καὶ κοινωνεῖν τῶν ἔργων, φανερὸν ἐκ τῶν τοιούτων·

27 τὸ δὲ πρέπον καὶ τὸ μὴ πρέπον ταῖς ἡλικίαις, οὐ χαλεπὸν διορίσαι, καὶ λῦσαι πρὸς τοὺς φάσκοντας βάναυσον εἶναι τὴν ἐπιμέλειαν. πρῶτον μὲν γὰρ, ἐπεὶ τοῦ κρίνειν χάριν μετέχειν δεῖ τῶν ἔργων, διὰ τοῦτο χρὴ νέους μὲν ὄντας χρῆσθαι τοῖς ἔργοις· πρεσβυτέρους δὲ γιγνομένους, τῶν μὲν ἔργων ἀφεῖσθαι, δύνασθαι δὲ τὰ καλὰ κρίνειν, καὶ χαίρειν ὀρθῶς διὰ τὴν μάθησιν τὴν γενομένην ἐν τῇ νεότητι. περὶ δὲ τῆς ἐπιτιμήσεως ἣν τινες ἐπιτιμῶσιν, ὡς ποιούσης τῆς μουσικῆς βαναύσους, οὐ χαλεπὸν λῦσαι, σκεψαμένους μέχρι τε πόσου τῶν ἔργων κοινωνητέον τοῖς πρὸς ἀρετὴν παιδευομένοις πολιτικὴν, καὶ ποίων μελῶν, καὶ ποίων ῥυ-

θμῶν

θμῶν κοινωνητέον· ἔτι δ' ἐν ποίοις ὀργάνοις τὴν μάθησιν ποιητέον· καὶ γὰρ τοῦτο διαφέρειν εἰκός. ἐν τούτοις γὰρ ἡ λύσις ἐστὶ τῆς ἐπιτιμήσεως. οὐθὲν γὰρ κωλύει τρόποις τινὰς τῆς μουσικῆς ἀπεργάζεσθαι τὸ λεχθέν. φανερὸν τοίνυν, ὅτι δεῖ τὴν μάθησιν αὐτῆς, μήτε ἐμποδίζειν πρὸς τὰς ὕστερον πράξεις, μήτε τὸ σῶμα ποιεῖν βάναυσον καὶ ἄχρηστον πρὸς τὰς πολεμικὰς καὶ πολιτικὰς ἀσκήσεις· πρὸς μὲν τὰς χρήσεις ἤδη, πρὸς δὲ τὰς μαθήσεις ὕστερον· συμβαίνοι δ' ἂν περὶ τὴν μάθησιν, εἰ μήτε τὰ πρὸς τοὺς ἀγῶνας τοὺς τεχνικοὺς συντείνοντα διαπονοῖεν, μήτε τὰ θαυμάσια καὶ περιττὰ τῶν ἔργων, ἃ νῦν ἐλήλυθεν εἰς τοὺς ἀγῶνας· ἐκ δὲ τῶν ἀγώνων, εἰς τὴν παιδείαν. ἀλλὰ καὶ τὰ τοιαῦτα μέχρι περ ἂν δύνωνται χαίρειν τοῖς καλοῖς μέλεσι καὶ ῥυθμοῖς. καὶ μὴ μόνον τῷ κοινῷ τῆς μουσικῆς, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων ἔνια ζώων· ἔτι δὲ καὶ πλῆθος ἀνδραπόδων καὶ παιδίων.

thmis, itemq; quib. artis instrumentis sit vtendum. Id enim multum interesse putandum est, præsertim cum sit in eo sita tota reprehensionis explicatio atq; solutio, quia fortasse quod isti reprehensores accusant, à musicis quibusdam modis non sit alienum. Statuatur igitur illud talem disciplinam musicam esse oportere, vt neque futuras actiones impediat, neque corpus aut deformet, aut ad res bellicas & ciuiles minus aptum faciat, sed in pueritia iam nũc vsum quidem sui præbeat, scientiam autem & iudicium ætati grauiori postea reseruet, quod quidem accidet, si neq; in iis quæ contentionibus de arte & concertationibus agitantur elaborabunt, neque in iis operam locabunt quæ magnam quidẽ admirationem & iactationem, sed vnam & inanem primo quidem in musicorum certaminib. deinde etiam in præceptis & artibus habuerũt: sed hæc studia hactenus adhibebunt vt queant honestis concentibus & rythmis oblectari, non solum vulgari & cõmuni musicæ sensu frui, quo etiam quædã animantes aliæ, itemque seruorum & puerulorum vulgus imperitum perfruuntur.

28 Occasione proxima distinctionis, distinctio fit instrumentorũ musicorum & reiicitur Tibia, cithara & similia organa, quia nil ad virtutem nec sapientiam faciant. Sed de Tibia pluribus quomodo accepta, primũ, & dãnata: tãdem quia corpus deformaret & turbaret mentem. vbi considerabis an cithara & tibia tũ fuerũt hæc instrumenta quæ sunt nobis hoc tempore.

28 Quæ cum ita sit, iam percipi potest quibus organis & instrumentis sit vtendum. Neque enim tibia ad disciplinam assumenda, nec aliud artificiosum instrumentum qualis est cithara, & si quod aliud est eiusmodi, sed ea demum sunt assumẽda quæ auditores ad Musicam aut aliam quamuis ingenuam disciplinam consequendam promptiores & aptiores efficiunt, iam vero tibia sedatos & quietos mores nihil adiuuat, sed concitat potius & perturbat. Itaq; tibia tum demum commode poterit adhiberi, cũ tempus & occasio magis excitãdos & inflãmandos animos quam docendos & erudiendos postulabit: adiungamus etiam id licet, tibia disciplinam impediri, mentemq; ab vsu rationis auocari. Quamobrem veteres tametsi ea primo essent vsi, eius vsum in adolescentibus & ingenuis hominibus sapienter improbauerunt. Nam cum propter abundantiam affluentiamq; rerum in otio maiore versarentur, maioribusque animis virtutem complecterentur, rebusq; & ante & post Medorum bellum gestis magnificentius efficerẽtur, nullo delectu, sed stu-

28 δῆλον δὲ ἐκ τούτων καὶ ποίοις ὀργάνοις χρηστέον. οὔτε γὰρ αὐλοὺς εἰς παιδείαν ἀκτέον, οὔτ᾽ ἄλλο τεχνικὸν ὄργανον, οἷον κιθάραν, κἂν εἴ τι τοιοῦτον ἕτερόν ἐστιν· ἀλλὰ ὅσα ποιήσει αὐτῶν ἀκροατὰς ἀγαθοὺς, ἢ τῆς μουσικῆς παιδείας, ἢ τῆς ἄλλης. ἔτι δὲ οὐκ ἔστιν ὁ αὐλὸς ἠθικὸν, ἀλλὰ μᾶλλον ὀργιαστικόν. ὥστε πρὸς τοὺς τοιούτους αὐτῷ καιροὺς χρηστέον, ἐν οἷς ἡ θεωρία κάθαρσιν μᾶλλον δύναται, ἢ μάθησιν. προσθῶμεν δὲ, ὅτι συμβέβηκεν ἐναντίον αὐτῷ πρὸς παιδείαν, καὶ τὸ κωλύειν τῷ λόγῳ χρῆσθαι τὴν αὔλησιν.

διὸ καλῶς ἀπεδοκίμασαν αὐτοῦ οἱ πρότερον τὴν χρῆσιν ἐκ τῶν νέων, καὶ τῶν ἐλευθέρων· καίπερ χρησάμενοι τὸ πρῶτον αὐτῷ. σχολαστικώτεροι γὰρ γιγνόμενοι διὰ τὰς εὐπορίας καὶ μεγαλοψυχότεροι πρὸς ἀρετὴν· ἔτι τε πρότερον καὶ μετὰ τὰ Μηδικὰ φρονηματισθέντες ἐκ τῶν ἔργων, πάσης ἥπτοντο μαθήσεως, οὐδὲν διακρίνοντες

κρίνοντες, ἀλλ' ἐπιζητοῦντες. διὸ καὶ τὴν αὐλητικὴν ἤγαγον πρὸς τὰς μαθήσεις. καὶ γὰρ ἐν Λακεδαίμονι τὶς χορηγὸς αὐτὸς ηὔλησε τῷ χορῷ· καὶ περὶ Ἀθήνας οὕτως ἐπιχωρίασεν, ὥστε σχεδὸν οἱ πολλοὶ τῶν ἐλευθέρων μετεῖχον αὐτῆς. δῆλον δὲ ἐκ τοῦ πίνακος, ὃν ἀνέθηκε Θεράσιππος Ἐκφαντίδῃ χορηγήσας. ὕστερον δ' ἀπεδοκιμάσθη διὰ τῆς πείρας αὐτῆς, βέλτιον δυναμένων κρίνειν τὸ πρὸς ἀρετὴν, καὶ τὸ μὴ πρὸς ἀρετὴν, συντεῖνον. ὁμοίως δὲ καὶ πολλὰ τῶν ὀργάνων τῶν ἀρχαίων, οἷον πηκτίδες, καὶ βάρβιτοι· καὶ τὰ πρὸς ἡδονὴν συντείνοντα τοῖς ἀκούουσι τῶν χρωμένων, ἑπτάγωνα, καὶ τρίγωνα, καὶ σαμβῦκαι· καὶ πάντα τὰ δεόμενα χειρουργικῆς ἐπιστήμης. εὐλόγως δ' ἔχει καὶ τὸ περὶ τῶν αὐλῶν ὑπὸ τῶν ἀρχαίων μεμυθολογημένον.

φασὶ γὰρ δὴ τὴν Ἀθηνᾶν εὑροῦσαν ἀποβαλεῖν τοὺς αὐλούς. οὐ κακῶς μὲν οὖν ἔχει φάναι καὶ διὰ τὴν ἀσχημο-

dio duntaxat & desiderio adhibito omnes artes arripuerunt. Itaque etiam tibiæ peritiam in artium loco & honore habuerũt. Etenim Lacedæmone Choragus quidã ipso audiente choro tibia cecinit & Athenis sic vsitata & celebrata est, vt magna pars liberorum & ingenuorum tibia caneret, quod ex ea tabula perspici licet, quã Thrasippus cum ludos fecisset, Ecphantidæ deuotam & sacram suspendit. Postea tandem improbata & repudiata est, cum iam vsu atque experientia edoctis statuere & iudicare liceret, quid ad virtutem aut quid non spectaret: similiq; iudicio multa quæ veteribus fuerant instrumenta damnata sunt, vt pectides, barbiti, cæteraque ad eorum, qui talibus instrumentis vtentem audiũt, voluptatem spectantia, vt Heptagona, trigona, sambucæ omnia denique manuũ gesticulationem desiderantia. Cõsentaneum etiam his est quod veterum fabulis de tibia memoriæ proditum est.

Quod citharâ cathenis celebris esset, Platonis tempore. vide Platonem 8.

Idem 3. de rep. trigonorum pectidarum & omnium instrumentorum quæ multis constant chordis & plurimis consonantiis: fabros e sua ciuitate Plato eicit.

Aiunt enim à Minerua, cum eas tamen ipsas reperisset, tibias abiectas esse: ac tametsi nihil alienũ est existimare id deam deformi-

Plato 5. & 456. & 25. in philoſophia autem artes omnes videtur illiberales facere, quæ non intelligentiæ & mentis ratione, ſed manuũ miniſterio perficiuntur.

tate oris offenſam & iratam feciſſe: attamen certe probabilius eſt id ab ea factũ eſſe, quia tibiarũ ſcientia mentem nihil adiuuaret, præſertim cum Mineruam ſcientiarum artiumque deam faciamus. Quoniam vero muſicorum & inſtrumentorum & cantuum artificioſam diſciplinam improbamus, artificioſam autem in concertationib. intelligimus, quia qui illic cantat, non ad virtutem ſibi comparãdam, ſed ad audientium voluptatem eamque moleſtam & importunam aucupandam id facit. Iccirco ſane libero homine & ingenuo munus hoc indignum eſſe iudicamus ac potius mercenariis & ſordidis opificibus attribuimus. Illiberalis enim & inhoneſtus huic operi finis & tanquam ſcopus proponitur. Auſcultator enim cum ſit moleſtus & importunus Muſicã mutare temere conſueuit, vnde fit vt Tibicines (qui ſe ad eius voluntatem comparant) non ſolum animo, ſed etiam corpore propter varios motus offendantur.

σύνην τοῦ προσώπου τοῦτο ποιῆσαι, δυσχεράνασαν τὴν θεόν· οὐ μὴν ἀλλὰ μᾶλλον εἰκὸς, ὅτι πρὸς τὴν διάνοιαν οὐθέν ἐστιν ἡ παιδεία τῆς αὐλήσεως· τῇ δὲ Ἀθηνᾷ τὴν ἐπιστήμην περιτίθεμεν, καὶ τὴν τέχνην.

ἐπεὶ δὲ τῶν τε ὀργάνων καὶ τῆς ἐργασίας ἀποδοκιμάζομεν τὴν τεχνικὴν παιδείαν· τεχνικὴν δὲ τίθεμεν τὴν πρὸς τοὺς ἀγῶνας· ἐν ταύτῃ γὰρ ὁ πράττων, οὐ τῆς αὑτοῦ μεταχειρίζεται χάριν ἀρετῆς ἀλλὰ τῆς τῶν ἀκουόντων ἡδονῆς, καὶ ταύτης φορτικῆς. διόπερ οὐ τῶν ἐλευθέρων κρίνομεν εἶναι τὴν ἐργασίαν, ἀλλὰ θητικωτέραν. καὶ βαναύσους δὴ συμβαίνει γίνεσθαι. πονηρὸς γὰρ ὁ σκοπὸς πρὸς ὃν ποιοῦνται τὸ τέλος. ὁ γὰρ θεατὴς, φορτικὸς ὤν, μεταβάλλειν εἴωθε τὴν μουσικήν. ὥστε καὶ τοὺς τεχνίτας τοὺς πρὸς αὐτὸν μελετῶντας, αὐτούς τε ποιούς τινας ποιεῖ, καὶ τὰ σώματα, διὰ τὰς κινήσεις.

ΚΕΦ.

ΚΕΦ. ζ.

Σκεπτέον[29] δ' ἔτι περί τε τὰς ἁρμονίας, καὶ τοὺς ῥυθμοὺς, καὶ πρὸς παιδείαν, πότερον πάσαις χρηστέον ταῖς ἁρμονίαις, καὶ πᾶσι τοῖς ῥυθμοῖς, ἢ διαιρετέον· ἔπειτα τοῖς πρὸς παιδείαν διαπονοῦσι, πότερον τὸν αὐτὸν διορισμὸν θήσομεν, ἢ τρίτον δεῖ τινὰ ἕτερον· ἐπειδὴ τὴν μὲν μουσικὴν ὁρῶμεν διὰ μελοποιΐας καὶ ῥυθμῶν οὖσαν· τούτων δὲ ἑκάτερον οὐ δεῖ λεληθέναι τίνα ἔχει δύναμιν πρὸς παιδείαν. καὶ πότερον προαιρετέον μᾶλλον τὴν εὐμελῆ μουσικὴν, ἢ τὴν εὔρυθμον.

νομίσαντες οὖν πολλὰ καλῶς λέγειν περὶ τούτων, τῶν τε νῦν μουσικῶν ἐνίους, καὶ τῶν ἐκ φιλοσοφίας, ὅσοι τυγχάνουσιν ἐμπείρως ἔχοντες τῆς περὶ τὴν μουσικὴν παιδείας, τὴν μὲν καθ' ἕκαστον ἀκριβολογίαν ἀποδώσομεν ζητεῖν τοῖς βουλομένοις παρ' ἐκείνων·

CAP. VII.

PRAETEREA[29] vero de harmoniis & rithmis siue per se spectẽtur, siue disciplinæ ratione considerentur quærendum est: per se quidem, an omnibus sit vtendum, an id ipsum partiendum sit & diuidendũ. Deinde disciplinæ cognitionisque gratia, an musicam discentibus sit eadem partitio præscribenda, an tertia quædam ab his diuersa, cũ musicam in Harmoniis & rythmis consistere videamus, quorum neutrum est ignorandum, quam vim ad disciplinam ipsam cognitionemque habeat, & vtrum musicæ genus præponendum optandumq; sit, an quod in canoro Harmoniæ concentu, an quod in suaui numerosoque rythmo positum est.

29 Vt antea instrumenta ita nunc cantica ipsa distinguuntur. Prima partitio est in Harmonias & rythmos. Secũda de vario vsu musicæ ad mores, actiones concitationes, disciplinã purgationem, rationem vitæ requietem.

Ac quoniam arbitramur de iis permulta præclare dicta, & à nonnullis ætatis memoriæque nostræ musicis & à Philosophis, qui musicæ peritiam vsumque habuerunt, diligentiorem de singulis rationem & accurationem ab illis petendam censemus.

Nunc vero summis rerum leuiter adumbratis succincte differamus. Cum igitur cantus eam diuisionem probemus, quam philosophi nonnulli tradiderunt, vt alii ad mores, ad actiones alii, alii ad animorum permotiones spectẽt, Harmoniarumque ad eas res singulas, alia ad aliam valeat (nec enim musicæ vnam duntaxat vtilitatem aut vsum simplicem sed varium & multiplicem statuimus (vt ad disciplinam & purgationem (quid vero purgationem dicamus nunc quidẽ breuiter attingemus, alias vero in libro de arte poetica planius exponemus) itemque ad degendæ vitæ rationem, ad animi relaxationem grauiorisque laboris & contentionis remissionem omnibus certe Harmoniis vtendum, licet non omnibus eodem modo, sed ad disciplinam iis vtendum est, quæ mores optime conformabunt. In auscultatione autem eorum, qui fidibus aut organis aliis cantent, & agentibus & permouẽtibus vtendum.

Nam quæ vis & affectio vehemẽtius animos permouet, ea cadit in animos o-

νῦν δὲ νομικῶς διέλωμεν, τοὺς τύπους μόνον εἰπόντες περὶ αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ τὴν διαίρεσιν ἀποδεχόμεθα τῶν μελῶν, ὡς διαιροῦσί τινες τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ, τὰ μὲν ἠθικά, τὰ δὲ πρακτικά, τὰ δ' ἐνθουσιαστικὰ τιθέντες, καὶ τῶν ἁρμονιῶν τὴν φύσιν πρὸς ἕκαστα τούτων οἰκείαν ἄλλην πρὸς ἄλλο μέρος τιθέασι· φαμὲν δ' οὐ μιᾶς ἕνεκεν ὠφελείας τῇ μουσικῇ χρῆσθαι δεῖν, ἀλλὰ καὶ πλειόνων χάριν· καὶ γὰρ παιδείας ἕνεκεν καὶ καθάρσεως· τί δὲ λέγομεν τὴν κάθαρσιν, νῦν μὲν ἁπλῶς, πάλιν δ' ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς ἐροῦμεν σαφέστερον· τρίτον δὲ πρὸς διαγωγήν, πρὸς ἄνεσίν τε καὶ πρὸς τὴν τῆς συντονίας ἀνάπαυσιν· φανερὸν ὅτι χρηστέον μὲν πάσαις ταῖς ἁρμονίαις, οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον πάσαις χρηστέον· ἀλλὰ πρὸς μὲν τὴν παιδείαν, ταῖς ἠθικωτάταις· πρὸς δὲ ἀκρόασιν, ἑτέρων χειρουργούντων, καὶ ταῖς πρακτικαῖς, καὶ ταῖς ἐνθουσιαστικαῖς. ὃ γὰρ περὶ ἐνίας συμβαίνει πάθος ψυχὰς ἰσχυρῶς, τοῦτο ἐν πάσαις ὑπάρχει· τῷ

χει· τῷ δ' ἧττον διαφέρει, καὶ τῷ μᾶλλον· οἷον ἔλεος καὶ φόβος. ἔτι δ' ἐνθουσιασμός· καὶ γὰρ ὑπὸ ταύτης τῆς κινήσεως κατακώχιμοί τινές εἰσιν.

ἐκ δὲ τῶν ἱερῶν μελῶν ὁρῶμεν τούτους, ὅταν χρήσωνται τοῖς ἐξοργιάζουσι τὴν ψυχὴν μέλεσι, καθισταμένους, ὥσπερ ἰατρείας τυχόντας καὶ καθάρσεως. ταὐτὸ δὴ τοῦτο ἀναγκαῖον πάσχειν καὶ τοὺς ἐλεήμονας, καὶ τοὺς φοβητικούς, καὶ τοὺς ὅλως παθητικούς· τοὺς δ' ἄλλους, καθ' ὅσον ἐπιβάλλει τῶν τοιούτων ἑκάστῳ, καὶ πᾶσι γίγνεσθαί τινα κάθαρσιν, καὶ κουφίζεσθαι μεθ' ἡδονῆς. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ μέλη τὰ καθαρτικά, παρέχει χαρὰν ἀβλαβῆ τοῖς ἀνθρώποις. διὸ ταῖς μὲν τοιαύταις ἁρμονίαις καὶ [τοῖς] τοιούτοις μέλεσι θετέον τοὺς τὴν θεατρικὴν μουσικὴν μεταχειριζομένους ἀγωνιστάς.

30 ἐπεὶ δ' ὁ θεατὴς διττός, ὁ μὲν ἐλεύθερος καὶ πεπαιδευμένος, ὁ δὲ φορτικὸς ἐκ βαναύσων καὶ θητῶν,

mnium, sed alias actior, alias remissior vt misericordia & metus & animi diuinus afflatus. Hoc enim motu nonnulli rapiuntur. Ac sacris canticis, si forte ad expiandos, & ad cultum venerationemque deorum comparandos animos hæc adhibeantur, ita videmus affici, quasi Medicina aliqua curati purgatique fuerint, quod idem pati necesse est & misericordes & timidos & cæteris grauiorum perturbationum generibus obnoxios alios autem quantum cuiusque animum vis ipsa musica afficiet tantum & purgari & cum lætitia molestiis leuari & liberari. Quinetiam cantus hic quo mentes purgantur, voluptatem omni prorsus detrimento vacuam hominibus affert. Quapropter in talibus Harmoniis & cantibus auscultandi sunt hi qui musicos modos in theatrorum & spectaculorum certaminibus faciunt.

30 Spectatorum autẽ duo genera sunt, alii quidem ingenui & expoliti, alii autem agrestes & importuni ex sordidorũ opificũ & cerdonum & merce-

30 Auditores varii varia musica naturæque suæ cõsentanea delectantur Plato 639.

& mercenariorum fæce collecti, quibus ludorum & spectaculorum oblectatio ad animi remissionem concedenda est.

Atque quemadmodum in hac agresti hominum sentina animi distorti sunt, & à vero naturæ habitu vehementius auersi, sic Harmoniæ quædam distortæ sunt, & deprauatæ, cantusque alii rigidiores & dissolutius inflati. Id autem cuique gratum est & iucundum quod eius naturæ consonum est & congruum. Quapropter apud eiusmodi spectatorem musicis in theatrali spectaculo canentibus tali quodam Musicæ genere vti licebit.

30 Ad disciplinam autem moralibus (sicut antea dictum est,) & cantibus & Harmoniis erit vtendum, qualis est (vt supra dixi) dorius concentus. Suscipiendus etiam fuerit modus alius, si quem Philosophi & musici laudabunt & probabunt.

Nec vero recte Socrates in politia Phrygiũ modum cum Dorio relinquit, præ-

31 Postrema distinctio musicæ ex triplici concentus genere, acuto, medio graui. Acutus est, Phrygius qui propter nimia vehementiã soni tibiæ similẽ cõtra sententiã. Socratis improbatur. Dorius & temperatus de iuuenili conuenit ætati. Lydius remissus, & senectuti congruit.

καὶ ἄλλων τοιούτων συγκείμενος, ἀποδοτέον ἀγῶνας. καὶ θεωρίας καὶ τοῖς τοιούτοις πρὸς ἀνάπαυσιν. εἰσὶ δ᾽ ὥσπερ αὐτῶν αἱ ψυχαὶ παρεστραμμέναι τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως, οὕτω καὶ τῶν ἁρμονιῶν παρεκβάσεις εἰσί. καὶ τῶν μελῶν τὰ σύντονα, καὶ παρακεχρωσμένα. ποιεῖ δὲ τὴν ἡδονὴν, ἑκάστοις τὸ κατὰ φύσιν οἰκεῖον. διόπερ ἀποδοτέον ἐξουσίαν τοῖς ἀγωνιζομένοις πρὸς τὸν θεατὴν τὸν τοιοῦτον τοιούτῳ τινὶ χρῆσθαι τῷ γένει τῆς μουσικῆς.

31 πρὸς δὲ παιδείαν, ὥσπερ εἴρηται, τοῖς ἠθικοῖς τῶν μελῶν χρηστέον, καὶ ταῖς ἁρμονίαις [ταῖς] τοιαύταις. τοιαύτη δ᾽ ἡ δωριστί, καθάπερ εἴπομεν πρότερον. δέχεσθαι δὲ δεῖ κἄν τινα ἄλλην ἡμῖν δοκιμάζωσιν οἱ κοινωνοὶ τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ διατριβῆς, καὶ τῆς περὶ τὴν μουσικὴν παιδείας.

ὁ δ᾽ ἐν τῇ Πολιτείᾳ Σωκράτης οὐ καλῶς τὴν φρυγιστὶ μόνην καταλείπει μετὰ τῆς δωριστί· καὶ ταῦτα ἀποδοκιμάσας

τιμάσας τῶν ὀργάνων τὸν αὐλόν. ἔχει γὰρ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἡ φρυγιστὶ τῶν ἁρμονιῶν, ἥνπερ αὐλὸς ἐν τοῖς ὀργάνοις· ἄμφω γὰρ ὀργιαστικὰ καὶ παθητικά. δηλοῖ δ' ἡ ποίησις. πᾶσα γὰρ βακχεία, καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη κίνησις, μάλιστα τῶν ὀργάνων ἐστὶν ἐν τοῖς αὐλοῖς. τῶν δ' ἁρμονιῶν ἐν τοῖς φρυγιστὶ μέλεσι λαμβάνειν ταῦτα τὸ πρέπον· οἷον, ὁ διθύραμβος ὁμολογουμένως εἶναι δοκεῖ Φρύγιον· καὶ τούτου πολλὰ παραδείγματα λέγουσιν οἱ περὶ τὴν σύνεσιν ταύτην· ἄλλα τε, καὶ διότι Φιλόξενος ἐγχειρήσας ἐν τῇ δωριστὶ ποιῆσαι διθύραμβον τοὺς μύθους, οὐχ οἷός τ' ἦν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐξέπεσεν εἰς τὴν φρυγιστί, τὴν προσήκουσαν ἁρμονίαν πάλιν. περὶ δὲ τῆς δωριστὶ πάντες ὁμολογοῦσιν, ὡς στασιμωτάτης οὔσης, καὶ μάλιστ' ἦθος ἐχούσης ἀνδρεῖον. ἔτι δέ, ἐπεὶ τὸ μέσον μεταξὺ τῶν ὑπερβολῶν ἐπαινοῦμεν, καὶ χρῆναι διώκειν φαμέν· ἡ δὲ δωριστὶ ταύτην

sertim cum ex organis & instrumentis musicis tibiam damnauisset, habet enim vim talem in Harmoniis, Phrygia, qualem habet in instrumentis Tibia: vtraque enim mentes hominum concitat & perturbat, idque poesis indicat: omnis enim bacchatio, omnisque similis animi concitatio, tibia præ cæteris instrumentis efficitur.

Itemque ex omnib. Harmoniis Phrygia imprimis apte decoreque illa ipsa eadem concitatio præstatur, vt dithyrambus qui sine controuersia Phrygius est, cuius rei cum multa sint ab eis exempla, qui in huius artis intelligentia prudentiaq; versantur, tum etiam illud quod Philoxenus conatus in Harmonia Doria Dithyrãbicas fabulas agere & cantare, idipsum non potuit, sed à Doria natura in Phrygiam Harmoniam Dithyrambo congruentem relapsus est. Est autem omnium consensu Doria Harmonia & firmitate, & morali quadam grauitate fortis & robusta. Præterea cum extremorum mediocritatem laudemus, eamque persequendam iudicemus, Harmoniaque Do-

rica inter Harmonias cæteras mediocritatis illam vim naturamque habeat, profecto Doriis Harmoniis pueros maxime decebit informare.

In his autem conſideranda duo ſunt, & quid fieri poſſit, & quid deceat fieri. Nam quæ fieri poſſunt quæq; conueniunt aggredienda ſunt & ſuſcipienda, eaque fere ſunt ætatibus definita, vt effœtis & ætate confectis ſenibus acres acutaſque Harmonias difficile eſt cantare. His igitur natura lenes & remiſſas Harmonias proponit. Qua de cauſſa nonnulli muſici id in Socrate [31] merito reprehendunt, quod remiſſas Harmonias ad diſciplinam damnauerit, quippe quas tanquam ebrias & violentas iudicauerit. Non tamen quia in his vis ebrietatis ineſſet (ebrietas enim bacchicum furorem potius inducit) ſed quia remiſſæ eſſent & languidæ. Quamobrem ad futurum ſenectutis oblectamentum tales Harmoniæ taleſq; modulationes ſunt addiſcendæ.

Poſtremo ſi qua talis eſt Harmonia, quæ iuuenilem

ἔχει τὴν φύσιν πρὸς τὰς ἄλλας ἁρμονίας· φανερὸν ὅτι τὰ δώρια μέλη πρέπει παιδεύεσθαι μᾶλλον τοῖς νεωτέροις.

εἰσὶ δὲ δύο σκοποί· τό τε δυνατὸν, καὶ τὸ πρέπον. καὶ γὰρ τὰ δυνατὰ δεῖ μεταχειρίζεσθαι μᾶλλον, καὶ τὰ πρέποντα ἑκάστοις. ἔστι δὲ καὶ ταῦτα ὡρισμένα ταῖς ἡλικίαις· οἷον, τοῖς ἀπειρηκόσι διὰ χρόνον οὐ ῥᾴδιον ᾄδειν τὰς συντόνους ἁρμονίας, ἀλλὰ τὰς ἀνειμένας ἡ φύσις ὑποβάλλει τοῖς τηλικούτοις.

32 διὸ καλῶς ἐπιτιμῶσι καὶ τοῦτο Σωκράτει τῶν περὶ τὴν μουσικήν τινες, ὅτι τὰς ἀνειμένας ἁρμονίας ἀποδοκιμάσειεν εἰς τὴν παιδείαν, ὡς μεθυστικὰς λαμβάνων αὐτὰς, οὐ κατὰ τὴν τῆς μέθης δύναμιν· βακχευτικὸν γὰρ ἥ γε μέθη ποιεῖ μᾶλλον· ἀλλ' ἀπειρηκυίας. ὥστε καὶ πρὸς τὴν ἐσομένην ἡλικίαν, τὴν τῶν πρεσβυτέρων, δεῖ καὶ τῶν τοιούτων ἁρμονιῶν ἅπτεσθαι, καὶ τῶν μελῶν τῶν τοιούτων.

ἔτι δ' εἴ τις ἐστὶ τοιαύτη τῶν ἁρμονιῶν, ἣ πρέπει τῇ τῶν

παίδων

παίδων ἡλικίᾳ, διὰ τὸ δύνασθαι κόσμον τ' ἔχειν ἅμα καὶ παιδείαν· οἷον ἡ λυδιστὶ φαίνεται πεπονθέναι μάλιστα τῶν ἁρμονιῶν· δῆλον ὅτι τούτους ὅρους τρεῖς ποιητέον εἰς τὴν παιδείαν· τό τε μέσον, καὶ τὸ δυνατὸν, καὶ τὸ πρέπον.

ætatem ad ornatum & ad doctrinam deceat, qualis inter Harmonias videtur esse Lydia, profecto hi tres ad doctrinam modi terminique statuendi sunt, vt primum mediocris sit & temperata Harmonia facilis & prompta: tum conueniens & decora.

FINIS.

ΑΡΙΣΤΟ-

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ ΠΟ-
λιτικῶν τὰ κεφάλαια.

ΤΟΥ Α. ΒΙΒΛ.

ΤΟΥ Β. ΒΙΒΛ.

ΤΟΥ Γ. ΒΙΒΛ.

ΤΟΥ Δ. ΒΙΒΛ.

ΤΟΥ Ε ΒΙΒΛ.

ΤΟΥ

ΤΟΥ Ζ. ΒΙΒΛ.

ΤΟΥ Η ΒΙΒΛ.

ΤΟΥ Θ. ΒΙΒΛ.



ΕΛΕΓΧΟΣ

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

τῶν ἁπάντων ἐκτεθειμένων τοῖς Πολιτικοῖς, σπουδαίως ἐπιγραφείς.

A

ἀνάπαυ-

ἀπο-

ſacra

διακο-

πισω-

σόφισμα

T

Υ.

φύλα-

INDEX



INDEX LIBRORVM POLITICORVM.

Amyntæ

Aristo-

Ciues

G ante

Oli-

Regum

R ante h

R ante o

S ante a

Thi-

V ante e

V ante i

Viri

V ante l

V ante o

V ante s

V ante u

V ante x

FINIS.

qui sui iuris non est, sed alieni, is iure naturæ servus [illegible]

primus honor diis apponitur qui tyrannum necat. l. 2. ca: 5.
omnes fraudes et iniurie ex avaritia et ambitione committuntur
l. 2. pol. ca: 7.

in civitate quanto pluribus ad honores aditus patet, tanto ad
civilem stabilitatem est aptior. l. 2. cap: 9.
quod fit a pluribus tanto melius efficitur. ibid:
civitas est multorum civium unitas et recta ordinatio. l. 3. c. 1.
cives sunt qui magistratuum iudicii intra se funguntur. l. 3. ca: 1.
Resp: ea est depravata in qua princeps proprium spectat
emolumentum. l. 3. cap: 4. fine.
civitates institute sunt ad bene beateque vivendum. l. 3. c: 6. p: 180.
iustitia est summum bonum. l. 3. ca: 8.
nobilitas est pura stantia atque virtus. l. 3. ca: 8.
civis est qui et imperandi et parendi virtute praeditus est. ibid:
melius de rebus iudicant multi quam unus quilibet
sit. l. 3. ca: 11.
quod multum est difficilius corrumpitur quam quod paucum. ibid:
nam lex est ut similes et aequales eadem fruantur dignitate. Pol. l. 3. ca: 12. 219
optime Reip: leges est ^ desceptiva. l. 4. ca: 2. 234.
respublica est ordo magistratuum atque descriptio. Pol. 4. c. 3.
in democratia liberi in oligar: divites praesunt. l. 4. ca: 4.
timocratia est oligarchie et democratice permistio. l. 4. c: 8.
finis aristocratie virtus est. oligarchie opulentia. Democra-
tie libertas. l. 4. ca: 8.
qui florent opibus parere nesciunt. l. 4. ca: 11.
illa Resp: est melior que est optime proxima, quam que est mediocris.
Pol: l. 4. ca: 11. fine.
peritia magis requiritur in imperatore quam iustitia. l. 5. ca: 9.
qualis est unius hominis talis est totius civitatis intemperantia. ibid.
tria bonorum genera necessario complectitur felicitas. l. 7. ca: 1.
divitiarum acquisitio pretiosa est. ibid:
bona actio idem est cum beatitudine. l. 7. ca: 3. p: 441.
sex hominum genera sunt quibus civitas esse non possit.
agricole, opifices, mercatores, milites, magistratus, sacerdotes
l. 7. cap: 8. 458. et 9.
que virtutis actiones sunt in honorum magnificentia, et
facultatum abundantia, pro se pulcherrime sunt. l. 7. c: 13.
quies et otium finis rerum omnium. l. 8. ca: 3.
felicitas consistit in otio. ibid.
omnes virtutes coniungimus iustitie necessario. l. 3. ca p. ? in medio

27
14
23
2-6
1=6
4-0



rem confiteatur aduersarius. Vt si probatur vnam
n facultatem, ac eorum eandem esse scientiam: in
vlla p[r]æconcessione, rem confitebuntur ob perspicuã
bi caus, si ponas dimetientẽ esse rationabilem, con-
neri impares paribus sint æquales. Sunt autem per-
[illegible] ex hypothesi concludunt, syllogismi, qui dili-
[pr]ouandi sunt & annotandi: ac quot sint syllo-
[h]ypesi genera, quótque modis illi fiant, posterius
o[uo]d ad rem præsentem attinet, hoc tantùm intelli-
nisos eiusmodi in figuras referri non posse ob eam,
taiam. In quæstionibus autem omnibus, quæ per
[pr]obantur, si quæ in vna conclusa sit, ipsam argu-
alteram figu[ra]m referre poßis, vt quæ priuãs in
ur, in sec[u]ndam, quæ in hac, in primam referatur,
aliquæ, id quod in progressu perspicuum erit. Nam
eritur, & b est in toto c, a sanè in nullo e reperitur:
primafigura efficitur. Quòd si inuertas pronuntia-
edia erit figura. Ita enim b in nullo a erit, & in
fit, vbi in p[a]rte tantùm, non omnino concludet
sit in nullo b, & hoc in aliquo c insit. Nam effi-
dit, si reciprocetur pronuntiatum priuans. Ex iis
onibus, quæ in secunda figura struuntur, vniuersa-
rinã figurã referentur. ex iis, quæ in parte conclu-
ntùn. Faciamus enim, vt nullum b sit a, omne verò
retr commeet negatio, prima figura dicetur. Nam
est, [o]mne c est a. Quòd si ipsi b affirmatio iun-
ò c negatio, illud c in maiori extremo collocandum
fiet, vt nullum a sit c, & omne b sit . Atque it..
nec vnum quidem c erit b. Reciprocatur enim pri-
tum. Quòd si ratiocinatio in parte concludat, vbi
negat[io] fu[er]it iuncta, in primam figuram reduce-
[n]ullo b [si]t, & in c aliquo: efficietur enim prima fi-
[p]rimæ [n]egatio. Nam b in nullo est a, & hoc in a-